

ALPHABETICVM QVODLIBET VM,

Seu moralium omnium operationum Compendium,
juxta seriem Alphabeti, permixto competenti In-
dice, dispositum; ex duplice Tomo Encyclopediae
Matthæi Renzi deductum.

In quo laxioribus opinioribus rejectis, probabiliores,
& selectiores in unicum hoc Volumen arctantur:
Simulque sub litera .O. INNOCENTII XI.
Propositiones explanantur.

Addita sub litera .I. notitia Ordinis Judicialis, & praxis à Tribu-
nali bus, præsertim Religiosorum, servandæ: Materia tam Ju-
dicibus, quam Reis, & Testibus perutilis.

A D

EMINENTISSIMUM, ET REVERENDISSIMUM DOMINUM

D. IACOB'VM
CANTELM'VM
S. R. E. CARD. AMPLISSIMUM
ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM.

P E R

F R. FVLGENTIVM
A NATIVITATE,

Minorum S. Petri de Alcantara in hoc Regno
litano Discalceatum, & Sacræ Theol. Lectorum.



NE A P O L I M. D. CCI.

Apud De Bonis Typographum Archiepiscopalem.

Superiorum Licentia.

A*duo fr̄j Garrearij a.s.*
Portinot ad Conuentū
S.M. Carmeli i.s. Archimi.

EMINENTISSIMO PRINCIPI, &c.

 Atrocinium tuum, Alphabeticum hoc
moralium operationum Compendium,
jure quodam suo reposuit, PRINCIPES EMI-
NENTISSIME; qui omnium maximè virtu-
tes omnes, ac morum disciplinas, cumulatissimè
complectaris; qui que doctrina, autoritate, atque
exemplo præfulgentissimam facem præferens, ad
arduum Christianæ Religionis culmen, nos omnes
facillimè, ac tutissimè ducis felici viarum compen-
dio. Nil ergo mirum, si huic qualicumque operi in
lucem prodire gestienti, Primus magnitudine sua
occurristi, atque omnium ferè lumini penitus ob-
struxisti. Ego verò quamquam majorem Te vide-
bam, quām ut Te huc descensurum arbitrarer, &
isthuc nuncupatum Tibi velles, perficui tamen
frontem, & Te tuis virtutibus denereri putavi.
Ignoscas igitur in nostra audacia Tuz morum faci-
litati, qua Te tantum Tibi submittis, in qua om-
nium animos descendis, quaneus alia via occurris
ingens submovesque nobilitatis, ac dignitatis fa-
scibus. Fulgarat enim ex Te Purpura illa, & nescio
quid' luminis mutuari videtur ex Tuo. Nō enim eam
sedens, atque in otio comparasti, sed innumeris ferè
Legationibus tam gloriose obitis, in Melitam ad
Fidei quæsturam, in Helvetios ad Hæresecos inter-
nacionem, in Poloniam ad Barbarorum excidium,
in Germaniam ad Imperii de Rege Romanorum
creando Comitiam; inter hæc Tibi illa(honor nè, an

a 2 mer-

merces? Jacecessit. Magna quidem dignitas, sed non à metiti struis, non à Nataibus aliena; Nam cui apprior pars proa, quam Regio sanguinis: quæ tu è magnis Beatis fixæ Regibus continent. Ayorum serie deductum, ac summa magnorum Principum cognatione, solvitutu per divertia derivatum, magnitudinem suum instar, tot Provinciæ, tot Regna diffusum habent, ac demirantur. Sed quid tua hæc, Te vacollata, dum Te ipsum suscipiendum præbes ad oculorum suspendia? Mentem illam humana ferè majorem; interiorē literaturam, qua Græcè, qua latine cultissimam, delectissimam eruditionem; Facultatum omnium, atque Jurium pennitissimam scientiam. Ad hæc animi in omnibus præsentiam, Prudentiæ in futuris prævidendis dexteritatem, Pectoris in arduis capessendis robur. Sed equidem si sic ab omnibus suspiceretis, ad venerationem patres tantum. At eum Facilitatem cum Dignitate, Benignitatem cum Majestate facile videamus conjunctam, ac suavissimo nexu temperatam, amorem venerationi adjungimus, atque aditum ad Te facimus reverenti quadam confidentia. Patere igitur, PRINCEPS EMINENTISSIME, & hoc Compendium ad Te sisti, ac nuncupari; atque è Te uno illam mutuari lucem, in quam dum prodit, reliquis fortasse ostendet tutissimum, ac luculentissimum iter ad tuorum morum disciplinam, ad cuius normam ac modum, illud, meque conformandum, quam maximè velim. Vale.

Em. Vestræ Humillimus, atque addictijs. Servus
Fr. Fulgentius à Nativitate.

BENEVOLO LECTORI.

NE mireris, Amice Lector, quod tanta librorum
copiae, qua literaria res jam nimium penè labo-
rat, & meum hunc audeam libellum adiicere; id enim
non mei nominis celebritati, sed tuo commodo consultu-
rus exequor: intra domesticos parietes meis tantum hęc
scripseram auditoribus, quibus post traditam scholastici-
cam T beologiam, moralē etiam in breve hoc conge-
seram compendiolum, quod tamen aded amici, & sa-
pientioribus arrisit, ut dulci quadam violentia mibi ut
illud typis quamprimum mandarem, autores extite-
rint; id ut minus invitus perficerem illud evicit samam
nullam, laudem ferē nullam, ex hoc mibi opusculo
proventurum: nam si materiam species communis est, &
vulgaris; si doctrinam tota tota quanta est ex Matthaei
Renzi penu deprompta, paucis dumtaxat vel expunctis,
vel adiectis, nihil propemodum de meo, una excepta
methodo, que tota mea est, & meo parta si non ingenio,
certè labore; & quidem non pœnitendo, bac enim faci-
liori veluti via, & brevi temporis intervallo, & Novi-
tios manuducit ad confessiones audiendas, & Magistris
totam moralis T beologie suppellectilem momento exhibe-
bet, examinatoribus proinde perutilis, aque ac exami-
nandis. Ea igitur velim libellum hunc accipias bene-
volentia, qua illum tibi offero, & si quid in eo pecca-
tum reperies, id vel tua dissimiles facilitate, vel tua
corregas sapientia. Vale.

Emi-

Eminentiss. Princeps, & Reverendiss. Domine.

Frater Fulgentius à Nativitate Sancti Petri de Alcantara Regalis Provinciæ Minorum Discalceatorum in Regno Neapolitano Alumnus: Quemdam Tractatum Latino Idiomate compositum, cui Titulus: *Alphabeticum Quodlibetum* Typis mandare desiderans: Humiliter V. Em. rogat, ut dictum Opus recognoscatur, & si visum fuerit idoneum, Paternalis Em. V. benignitatis obtenta licentia, absque impedimento prælo subijci possit. Vt Deus, &c.

De Mandato Eminentissimi Domini

Reverendus Dominus D. Simon Viglino videat, & in scriptis referat die 12. Maii 1701.

JO: ANDREAS SILIQVINVS VICARIVS GENERALIS.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

Eminentiss. & Reverendiss. Domine.

Vidi Librum (cui Titulus *Alphabeticum Quodlibetum*) ab Ad. Rev. P. Fr. Fulgentio à Nativitate Ordinis Minorum Discalceatorum S. Petri de Alcantara elaboratum, omne quod habet sana fulget doctrina, solidis micat rationibus; contra fidem aut mores nec minimum admicet Typis, &c. dari potest si Em. Tuæ placet Neap. die 27. Junii 1701.

Em. Tuæ

*Humillimus, & Obsequens. Servus
D. Simon Viglino.*

*Stampa relatione prefata Domini Revisoris poset imprimi 27.
Junii 1701.*

JO: ANDREAS SILIQVINVS VICARIVS GENERALIS.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

Excellentissimo Señor.

Fr. Fulgencio de la Natividad, Religioso de Menores Discalzos representa a V. E. como desea imprimir un Tratado cuyo Titulo es: *Alphabeticum Quodlibetum*. Por tanto suplica a V. E. sea servido ordenar se le conceda licencia, para imprimirla, en que recibirá Merced de la Grandeza de V. E. &c.

Rever. D. D. Magistral Gaudiose videat, & in scriptis referat.
GASCON REG. ANDREAS REG. ANDREASSI REG.
GVERRERO REG. MERCADO REG.

Provismum per S. Exc. Neap. 6. Aprilis 1701.

*Mastellonus.
Ex-*

Excellentissime Domine.

INtè Vepres , & Spinas , Rosæ , Liliaque nascuntur : Sic ager
Domini admirabilis pœnitentiæ tribulis confitus ; Castitatis,
Obedientiæ , Paupertatis Carduis Circundatus , segete ditioni ve-
stitur . R. P. Fr. Fulgentius à Nativitate ex Discalceatis S. Petri de
Alcantara Librum elaboravit, cui Titulus *Alphabeticum Quodlibetum*
Rosarum honestatem , & liliorum suavitatem unde quaque
redolentem , continentem . Illum ergo de mandato E. V. at-
tentè perlegi , & in omnibus Regiæ Jurisdictioni pergratum
consideravi ; Quapropter prælo meritissimum censeo . Neap. 23.
Junii 1701.

Em. Vestræ

Huiusmissus, & Devotiss. Servus

Abbas Matthæus Gaudiosus J.V.D. & S.Th. Mag.

*Visa relatione imprimatur , verum in publicatione servetur Re-
gia Pragmatita.*

GASCON REG. ANDREASSI REG. GVERRERO REG.

MERCADO REG.

Provisum per Suam Exc. Neap. 4. Julii 1701.

Mastellonus.

*Frater Carolus à Sancto Josepb Sacra Theologia Lector, & Provin-
cialis Minister Provinciae D. Petri de Alcantara Minorum
Discalceatorum in Regno Neapolitano.*

CVM opus , cui inscriptio , *Alphabeticum Quodlibetum* ,
à Fr. Fulgentio à Nativitate nostræ Provinciæ Sacræ Theol.
Lect. , elaboratum , aliquot à nobis deputati fidæ digni Viri , &
docti recognoverint , nihilque contra Catholicam Fidem , bo-
nisque mores repererint , unde in lucem edi posse non dubita-
verint . Nos tenere præsentium , & quantum ad nos attinet , ut præ-
dictum opus Typis mandari possit , servatis tamen servandis , fa-
cilitatem concedimus . In quorum fidem has literas propria manu
subscriptas , nostri Officii Sigillo munitas , & per Secretarium no-
strum refrendatas , dedimus . Neapoli ex Nostro Regali Conventu
Sanctæ Luciæ de Monte die secunda Aprilis 1701.

Fr. Carolus à Sancto Josepb Minister Provincialis.

Locus ✠ Sigilli. *De Mandato Carissimi Fr. Nostri*

Fr. Cœlestinus à Spiritu Sancto Secretarius Provincialis.

Gr-

Fol.3.quæf.3.verf.5.	& vinci	ut vinci
Fol.7.quæf.25.v.4.	¶.etiam neg.	R. aff.
Fol.44.quæf.43.v.4.	la. 1.	el 1.
Fol.59.quæf.23.v.5.	debuit	non debuit
Fol.78.quæf.14.v.3.	ultrà	ante
Fol.94.quæf.2.v.8.	dicitis	dictantis
F.115.q.27.v.1.	decreto celebati	decreto, dumtaxat, celebrati
Fol.140.q.23.v.11.	charitas	caritas
Fol.153.q.83.v.2.& 3.	sibi	ibi
Fol.150.quæf.3.v.1.	ea	R. esse ea
Fol.235.quæf.7.v.6.	R. neg.	R. aff.
Fol.289.quæf.24.v.13.	possent	posset
Fol.342.quæf.5.v.3.	qua	quia
Fol.350.quæf.4.v.4.	Secus si nolēs	Secus si volens
Fol.446.quæf.21.v.1.	oblata	ablata
Fol.498.quæf.66.v.6.	q.23.	q. 63.
Fol.511.quæf.15.v.15.	aliqueni	aliquam
Fol.539.quæf.21.v.1,	exigitur	excipitur

ALPHA.



ALPHABETICVM QVODLIBETVM

Litera A.

*Indicis pars ad præsignatam literam
Alphabetico ordine spectans.*



Bbates an possint sacros Ordines conferre. v. Sacramentum Ordinis. q. 66.

Abbatissæ, ejusque electio. v. Censura interdicti. q. 10. An possit dispensare. v. Voti irritatio. q. 24. An irritare possit vota Monialium. v. ibi q. 94.

Abortus. v. Censura excom. propter abortum. q. 1. q. c. v. Conscientia. q. 1. v. homicidium. q. 15. v. op. 34. Inn. XI. Abortus Monialis v. Censura excom. Si qui. q. c. q. 33. Abortus saltantis, vel coeuntis, an inducat irregularitas. v. irregulartas ex delicto q. 15.

Absolvere à venialibus an possit simplex Sacerdos. v. Censura excom. majoris. q. 47. Absolvere dimidiatè, quando sit licitum v. op. 59. Innoc. XI. Absolvere à censuris quis possit. v. Censura q. 8. q. c. v. Censura excom. minoris. q. 8. v. Cens. excom. si quis q. 47. v. Denunciatio contra sollicitantes q. 3. v. Censura excom. ob duellum q. 23. v. Censura excom. contra violantes Immunitatem q. 58. v. Censura interdicti q. 12. v. Censura excom. propter Abortum q. 12. Absolvere à reservatis Papæ, item à reservatis per Bullam Cœna, quis, q. quomodo possit. v. Sacramensi Pœnit. Minister Ordin. ad reservata q. 1. q. c.

A

Ab-

Absolvi quando possit non resistere, v. *Resistitio cui.*, *C. q. 17. 15*
18. Absolvi an possit moribundus sine signis, *C. v. Sacramentis*
Poenit. materia proxima q. 54. 15.

Absolutio sub conditione quando dari possit. v. *Sacramenti Poenit. ma-*
teria proxima q. 57. 15. An possit dari in scriptis. Item absenti, *15*
que sunt de essentia formae absolutionis v. Sacramenti Poenit. forma
q. 2. 15. **Absolutio censurarum, an possit dari in scriptis v. abr. q. 5.**
Absolutio casus reservatis ignorati, an sit bona. v. *voluntarium*
q. 15.

Absolutionem singere an possit Confessarius v. voluntarium q. 39. v.
opi. 29. Inno.

Absolutus à reservatis in articulo mortis an, *C. v. Sacramenti Pœ-*
nit. Minister deleg. q. 15. v. Sacramenti Pœnit. Minister deleg. ad
reservata q. 15.

Absterni an possit ad Ordines promoveri v. Sacramentum ordi-
nis q. 56.

Acceptatio populi an requiratur ad legem, *C. v. legis obligatio q.*
10. 15 11.

Accessus Regularium ad Monasteria Monialium, an interdici sub
censura possit. v. *Censura q. 4.*

Acedia quid sit v. Invidia q. 9.

Accusatio quid sit, *C. v. Iustitia in accusando,* *C. q. 1. 15.*

**Accusator palliatus quis sit, *C. an teneatur probare delictum v. Iu-*
stitia in accusando, *C. q. 1. 15. v. Iuris, *C. justitiae,* *C. q. 1.****

Actores excommunicati quid possint v. Censura excom. majoris q. 31.
15.

Actus turpis, infernus, indifferens, *C. an possit esse materia legis*
v. legis materia q. 3. 15. **Actus fidei quando obliget,** *C. v. op. 17.*
18. 15. Inno. Item **Actus dilectionis Dei v. op. 7. 15 11. Inno.**
Actus poenitentis qui sunt v. Sacramenti Pœnit. materia proxima
q. 1. **Actus conditionalis quando possit esse sine peccato.** v. *Delecta-*
tio morosa q. 5. **Actus conjugalis quando illicitus v. Sacramentum**
matri. ut, 15. q. 3 1. 15. **Actus turpes in Ecclesia an,** *C. v. Luxuria*
sacrilegia q. 16.

A C T V S H V M A N I.

Quares.

Quid sit Voluntarism, & quotuplex? 12. ad primum. Vo-
luntarium est illud, quod præcisè procedit à voluntate
consentiente, supposita illuminatione ex parte intellectus, ad
differentiam liberi, quod ultra rationem voluntarii dicit indiffe-
ren-

rentiam ex parte voluntatis, & magis latè patet quam voluntariū; Nam omne liberum est voluntarium, non autem è contrà. Vnde ad 2. Voluntarium aliud est directè, & per se voluntum, aliud indirectè, & volitum in causa, aliud actuale, aliud virtuale operans ex vi præcedentis actus, aliud habituale & cum quis nullo præcedenti actu, ita facit actum, ut fecisset, etiam si scivisset. *Merol. Ren. tom. I. fol. 3. q. 1.*

2 Quomodo voluntarium tollatur? R. tolli primo simpliciter per violentiam, non quidem in actibus elicitis, sed tantum imperatim à voluntate. 2. tolli secundum quid per metum; & denique per ignorantiam, de quibus modo. *Ren. q. 2. S. Tho.*

3 Quæ Ignorantia causet involuntarium? Præsupponendum est Ignorantiam (quidquid de hac dici possumus, dicendum est etiam de inadvertentia) aliam esse juris, qua ignoratur jus, aliam facti, qua factum v. g. comestione esse carnis, ignoratur. Rursus ignorantia, alia est antecedens, quæ omnem actum voluntatis antecedit, & dici solet invincibilis, & inculpabilis, quia nulla diligentia vinci potest, cum nullatenus cognoscatur, nec quid scrupuli oritur de eo, quod ignoratur, & vinci possit, vel si oratur facta *morali* diligentia, judicio prudentis non vincitur. Alia Comitans, quando scilicet aliquid ignoratur, quod tamen si sciretur adhuc ageretur, ut si quis inimicum occidens, putans esse feram, ipsum etiam occideret, si sciret esse, suum inimicum. Alia denique subsequens, qua quis voluntarie vult ignorare actum, & hoc vel indirecte ratione maxime negligenter sciendi ea, quæ tenetur, & potest scire, & dicitur crassa, vel directe quando scilicet, non vult scire præceptū ut liberiū peccet, & vocatur affectata, his præsuppositis. q. ad quæsitu priuam ignorantiam causare involuntarium simpliciter, tertiam involuntarium secundum quid, & secundam, neque voluntarium, neque involuntarium, sed non voluntarium. Rat. primi, quia ea antecedit voluntatem, & omnem ejus actum: ergo, &c. Rat. 2. quia si ignorantia subsequens est causa actus, jam quis actum non fecisset, si scivisset: ergo, &c. Rat. 3. quia non potest esse volitum, quod ignoratum est: ergo, &c. *Ren. fol. 4. q. 1.*

4 Quæ Ignorantia excusat à peccato? R. ignorantiam invincibilem excusare, sicut, & comitantem (si sit invincibilis) subsequentem verò nequaquam. Rat. primi, & 3. quia subsequens ignorantia non causat involuntarium, sicut antecedens: ergo, &c. Rat. 2. quia licet comitans, non causet involuntarium, tamen quia voluntas faciendi actum si scivisset non est actualis, sed

tantum habitualis, idcō non causat peccatum: ergo, &c. *Ren.*
q.2. Merol.

5 Quibus de rebus possit dari ignorantia invincibilis? R. dari non posse de universalissimis principiis juris naturalis, qualia sunt: Bonum esse amandum, malum fugiendum, quod tibi non vis, alteri ne feceris: quia hæc sunt per se nota, & manifesta, bene verò ob oppositam rationem diu dari posse de omnibus Decalogi præceptis, quæ ex ipsis principiis deduci possunt concurrente aliqua apparenter bona circumstantia, ut si quis existimatet bonum esse perjurium ad vitæ defensionem, & infuper per totum vitæ tempus, de conclusionibus, quæ ex dictis principiis non tam clare, sed remote deducuntur, ut pluralitatem uxorum, lucrum ex mutuo, vel pollutionem esse licitam. *Ren. q. 4.*

6 An possit dari ignorantia juris divini positivit R. aff. loquendo de illis dum taxat, qui nunquam audire potuerunt de necessariis ad salutem: fides enim ex auditu, auditus autem per Verbum Christi: ergo, &c. *Ren. q. 6.*

7 An ignorantia jejunii provenientis ex voluntaria omissione facri excusat à fractione jejunii? R. aff. si omitendo sacram, nullus scrupulus de obligatione jejunii oriatur: quia tunc ignorantia est invincibilis. *Ren. q. 7. San. Merol. &c.*

8 An ignorantia juris, vel facti excusat à poena per jus imposta? R. aff. si sit invincibilis: quia poena supponit culpam: ergo, &c. Hinc mulier invincibiliter ignorans ex affinitate, vel cognatione privari debiti petitione, vel aliquem esse libi in gradu prohibito conjunctum, non privatur debiti petitione. *Ren. q. 8. Nav. San.*

9 An censendum sit nullum matrimonium contractum ab eo, qui invincibiliter ignoravit matrimonium esse nullum ob impedimentum illud dirimens? R. aff. quia impedimenta matrimonii non in poenam delicti, sed ad validitatem contractus statuta ab Ecclesia fuerunt: ergo ad solemnitates ipsius obligantur in conscientia, etiam ignorantibus. Hinc si testamento q.g. ex ignorantia deficiant solemnitates, adhuc in foro conscientiae erit nullum. *Ren. q. 9.*

10 An ignorantia invincibilis censuræ annexæ casui reservato excusat non solum à censura, sed etiam à reservatione? R. neg. Loquendo de casibus Episcopo reservatis: quia Episcopi non reservant immediatè censuras, & quasi mediatè casus, sicut facit Papa, qui ordinariè non reservat casus, nisi cum censuris, & quibus est annexa censura, sed immediatè reservat censuras, & casus:

casus: ergo ignorantia à censura tantum excusat: antecedens probatur, quia Episcopi non solum reservant casus, quibus annexa est censura, sed etiam alios, quibus censura non est annexa, quod non facit Papa: ergo signum est non solum sibi reservare censuram, sed etiam casus: ergo, &c. *Ren. q. 10. Merol. contra P.M.Q. Fag. de Ianu. &c.*

11 An ignorans invincibiliter jus imponens censuras, vel irregularitatem, incurrat illas pœnas? *R. neg.* quia ob ignorantiam deest contumacia, inobedientia, vel contemptus: ergo, &c. *Ren. q. 11.*

12 An ignorans pœnam per statutum Episcopale impositam aliqui actui, alias per jus canonicum, vel naturale prohibito incurrat hanc pœnam? *R. neg.* quia tunc ignorans tantum contrahit culpam contra jus naturale, vel canonicum, non autem contra legem imponentem pœnam, quæ sola culpa pœnam inducit: ergo, &c. *Ren. q. 12. Sæn. Nav. &c. contra Axo. Gabrie. Barzolum, &c.*

13 An ignorantia solius pœnae (non autem legis) excusat à pœna? *R. aff.* si pœna sit exorbitans, ut præter censuras est irregularitas ex delicto; secùs si non sit exorbitans. *Rat. utriusque:* quia exorbitans pœna dumtaxat contumaciam requirit, ut potest gravissim; sed ignorantia contumaciam excludit: ergo, &c. *Ren. q. 3. San. Sua. &c.*

14 An ignorantia reservationis excusat à reservatione? *R. aff.* si reservatio facta sit in pœnam delinquentis per statutum scilicet, seu in Synodo seculi si sit personalis per denunciationem videlicet, seu per modum præcepti in bonum regimen Ecclesiæ, ne scilicet graviores casus omnibus, sed tantum doctioribus Confessariis concedantur, quod ex verbis reservationis cognosci poterit, ut si dicatur: *reservamus nobis, ut non absolvatur nisi per nos, vel de mandato nostro, &c.* *Rat. primi* quia ignorantia legis excusat à lege, immo, & ab ejus pœna etiam non exorbitante; sed qui ignorat pœnam reservationis, ignorat etiam legem reservantem: ergo, &c. *Rat. 2.* quia cum reservatio est facta in bonum Ecclesiæ regimen, tunc principaliter afficit Confessarios (qua ratione est restringio jurisdictionis) non penitentes: ergo, &c. *Ren. q. 14. &c. 15. Cos. contra plures plura confusè dicentes.*

15 An simplex Confessarius ignorans casum esse reservatum, validè absolvat? *R. neg.* immo ignorantiam de iis, quæ sunt sui numeris ipsi imputari ad culpam, & est ratio responsionis. *Ren. q. 16. Fag.*

- 16 An teneatur ad paenam voti paenalis, qui votum transgreditur, immemor voti, & paenae? R. neg. idem dicendum de oblitione solius paenae *exorbitantis*, Peregrinationis e.g. ergo, &c. *Ren. q. 16.*
17. *T. amb.*
- 18 An si quis credens occidere feram, ignorans occidit inimicum in culpmam homicidii incidat? R. aff. si actualem (non quidem habitualem) voluntatem habeat occidendi, adhuc si esset suus inimicus. Rat. est pravus ille affectus. *Ren. q. 18.*
- 19 An rusticus, qui à viro aestimato docto auditis actum externum tantum fornicationis esse peccatum, non internum, peccet, si actum internum elicit? R. neg. loquendo de actu interno per medium affectus tantum, non effectus, ut patet. Rat. est ignorantia invincibilis pravitatis actus interni. *Ren. q. 19. San.*
- 20 An aliquando ignorantia vincibilis ita minuit voluntarium, ut excusat etiam à veniali? R. neg. quia supposito, quod ignorantia sit vincibilis non adhibuit quis omnem diligentiam ad eam superandam, & sic venialiter saltem deliquit: ergo, &c. *Ren. q. 20. Sua. San.*
- 21 An ignorantia mortaliter vincibilis excusat à paenit., & censuris Ecclesiasticis? R. aff. si paenae impositae sint scienter contra legem operantibus, & dummodo ignorantia non sit affectata, secus si non sint ita impositae. Rat. primi, quia ignorantia etiam crassa, & supina excludit scientiam: ergo, &c. antecedens probatur, quia excludit dolum: ergo excludit scientiam: consequentia probatur: quia ad hoc ut quis dicatur scienter operari, requiritur, ut cum dolo operetur: ergo, &c. *Sua. San. Rat. 2. quia affectans scire, verè scit: ergo, &c. Sua. San. Rat. 3. quia non datur ignorantia mortaliter vincibilis, quæ non sit crassa, vel supina: ergo nisi lex sit contra scienter operantes, non excusat.* *Ren. q. 22. Sua. contra Hen. & Merol.*
- 22 Quando censetur lex imposta contra scienter operantes illam? R. quando in lege dicitur qui *consultò, malitiose, ausu temerario temerè, vel ex contemptu* id fecerit, &c. *Ren. q. 23.*
- 23 An ignorantia crassa, vel supina clericatus excusat ab excommunicatione Canon. Si quis, R. neg. quia Canon non est contra scienter

scienter percutientes : ergo, &c. *Ren. q. 24. Sua. 56.*

24 An sicuti ignorantia mortaliter vincibilis excusat à pena,
quando lex requirit scientiam, ita etiam excuset a culpa? *R. neg.*
quia implicat ignorantiam mortaliter vincibilem culpam ex-
cludere. *Ren. q. 15.*

25 An culpa hæresis ut talis incurritur, quando quis laborat igno-
rantia vincibili crassa, & supina vel etiam affectata? *R. ad pri-
mum, neg.* quia talis ignorantia excludit pertinaciam: ergo,
&c. unde ad 2. *R. ~~etiam~~ aff.* quando affectatio est ad finem li-
berius errandi in fide; fecus quando evenit ex tædio addiscen-
di res fidei. Rat. utriusque, quia in primo tantum sensu, igno-
rans pertinax est. *V/a/q. Ren. q. 26.*

26 Quid sit metus, & quotplex? *R. ad primum* metus est instan-
tis periculi, vel futuri causa, mentis trepidatio *Ako.* Vnde ad 2.
metus alius est ab intrinseco à causis scilicet, naturalibus incus-
sus, alius ab extrinseco, à causa videlicet, rationali, & hic, vel ju-
stè, vel injustè incussus. Rursus alius est cadens in virum con-
stantem, seu gravis, attenta conditione uniuscujusque Personæ
sive feminæ, sive pueri, &c. alius non talis, seu levis. *Ren.*
fot. 13. q. 1.

27 Quæ conditio[n]es requirantur, ut metus sit cadens in virum
constantem? *R. requiri*, ut malum in se, & non comparativè ad
aliud malum, sit grave; deinde ut non secundum existimatio-
nem, sed probabiliter timeatur. Rursus ut incutiens metum mi-
nis exequi soleat, & denique ut minis aliter occurri non possit,
Ren. q. 2.

28 An metus amissionis omnium bonorum, vel magnæ partis
ipsorum (attenta qualitate personæ) sit cadens in virum con-
stantem? *R. aff. etiam si (contra Rosellam)* secundam amissionem
incurrens, aliundè vivere possit. Rat. est quia bona, vitæ compa-
rantur: ergo, &c. *Merol.*

29 An metus amissionis magni lucri sit cadens in virum constan-
tem? *R. neg.* si metus sit in ordine ad rescissionem contractus, &
quis ad lucrum jus non habet, ut constat ex cap. *cum venisse de
insti.* Rat. primi, quia magnum lucrum non nisi concupiscenti-
am movet, quæ potius auget voluntarium: ergo ex ea ori-
non potest metus cadens in virum constantem: ergo, &c. *San.*
Rat. 2. quia dum quis contrà legem humanam cum tali metu
operatur, non peccat: ergo, &c. *Ren. q. 4. Merol.*

30 An dicatur metus viri constantis, signala timeantur in consan-
guineis, vel affinibus? *R. aff. usque ad 4. gradum: quia supradieti,*

- vel ex eodem sanguine derivantur , vel existimantur derivare:
ergo ipsorum mala, ut propria reputantur. *Ren.q.5.San.*
- 31 An metus reverentialis possit dici cadens in virum constantem? *Ry.neg.* nisi minæ, vel verbera adjungantur, & hæc solita sint exequi , quia tunc tantum vir constans terretur. *Ren. q. 6. Pala.*
- 32 An quæ metu reverentiali fiunt,sint valida in conscientia? ut si filius metu reverentialis fide jussiter pro Patre? *Ry. esse invalida,*
& restitutioni obnoxia, si metus ad ea emerquenda sit incussus,
& facta non fuissent sine metu:quia sunt involuntaria mixtæ, &
secundum quid,& metum incutiens, injustitiam committit: ergo,&c. *Ren.q.7.contra Azo.* qui id in donationibus concedit.
- 33 An preces importunæ causent metum cadentem in virum
constantem? *Ry. aff.* si cum ipsis timor reverentialis conjunga-
tur,quia tunc homo fit timidus, nec audens contradicere. *Ren.*
q.8. San. Et Merol.
- 34 An solæ preces importunæ saltem faciant actum nullum in con-
scientia , e. g. licentiam dandi , vel retinendi à Superiore ob-
tentam? *Ry. aff.* si sint usque ad finem importunæ, nec Superior à
principio relistar, & postea libenter faciat: quia tunc cogunt, &
si leviter . Vnde faciunt involuntariorum mixtum, & secundum
quid:ergo,&c. *Ren.q.9.San.*
- 35 An metus cadens in constantem virum excusat à peccato con-
tra legem humanam? *Ry. aff.* si humana lex non concurrat simul-
cum divina,vel naturali:quia humanæ leges cum tanto incom-
modo non obligant. Hinc præceptum jejunii, e.g. non obligat,
nisi fractio ipsius in odium Religionis Christianæ præcipere-
tur. *Ren.q.10. San. Et c.*
- 36 An licitum sit Sacerdoti ob metum mortis celebrare sine vesti-
bus sacris luminaribus , vel sine Altari? *Ry. aff.* si id in contem-
ptum Religionis Sacerdoti non præcipiatur , constat ex dictis.
Ren.q.11. Vasq. Et c.contra Fili, id celebranti sine aliquibus (non
sine omnibus vestibus ratione magni scandali)concedentem.
- 37 An metu mortis possit totus panis positus in platea licetè con-
securari? *Ry.neg.* quia licet tunc consecratio expressè non præci-
peretur in fidei contemptum(ut supponimus)meo tamen vide-
ri implicitè in ejus derisum, & vilipensionem intenderetur, &
redundaret:ergo,&c. ita etiam *Ren.q.12. Et Sanc.*
- 38 An posset Sacerdos ad vitandam gravem infamiam,& sic metu
gravi celebrare in peccato mortali, vel communicare indignitatem
Ry. aff. nec posse eu casu fingere consecrationem:quia minus ma-
lum

lum est uti hostia consecrata, quam non consecrata, ut patet: ergo, &c. Ren. q. 13. Sanci. contra Villalobos, Albertum Magnum, &c. quorum opinio damnata est ab Innoc. XI. op. 29.

39 An possit Confessarius qui in peccato mortali reperitur, & non habet promptum actum contritionis fingere absolutionem (saltem venialium) in casu quo se infamaret si diceret non posse poenitentem absolvere, vel si absolveret incurreret peccatum mortale, & sic grave detrimentum animæ suæ r. neg. quia præterquamquod fingendo privat poenitentem argumento gratiæ, & cum periculo damnationis exponit, si habeat mortale oblitum, & aliam confessionem ante mortem non faciat, mentitur etiam in re gravi, & illudit divinis signis: ergo, &c. Ren. q. 14. contra Veric. cuius opinio damnata est ab Innoc. XI. op. 29.

40 An ad evitandam mortem licitum sit vesci carnis humanis? R. aff. quia, ut infra dicemus, aliquando lex naturalis non obligat cum tanto incommodo: ergo, &c. Tum quia vita est ordinis superioris carne mortua. Tum denique, quia ea (quæ dicitur *mumia*) utuntur Medici ad morbos curandos: ergo, &c. Ren. q. 15. Less. &c. contra D. Thom. Valen. &c.

41 An metu mortis licitum sit contrahere matrimonium cum impedimentis dirimentibus, vel impedientibus? R. neg. si contrahens habet animum consummandi; secus è contra. Rat. pri- mi: quia tale matrimonium est irritum saltem ratione metus: ergo habens animum consumandi peccat mortaliter: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc licet irritum sit matrimonium, tale autem non facit contrahens, nec ad illius irritationem cooperatur cum potius metum patiatur quam illum incutiat, & Ecclesia illud irritum declarat obmetum: ergo, &c. Ren. q. 16. Sua. & San.

42 An si metus sit non solum ad contrahendum, sed etiam ad consumandum peccet quis consummando? R. aff. quia stante tali metu per copulam non ratificatur matrimonium, etiam affectu maritali habitam, sicut ratificatur recedente metu: ergo, &c. Ren. q. 17. San.

43 An licitum sit metu mortis communicare sive in humanis, sive in divinis cum excommunicato vitando? R. aff. quia ex dictis Lex humana non obligat cum tanto incommodo. Ren. q. 18.

44 An possit Sacerdos excommunicatus vitandus ministrare Sacramentum Pœnitentiæ ad vitandam gravem infamiam, vel aliud grave incommodum? R. neg. quia irritatio Sacramenti prohibetur, etiam lege naturali divina ergo, &c. Ren. q. 19. Sua. & San.

- 45 An metus gravis excusat à lege positiva divina, e.g. ab integritate confessionis? R. aff. (nisi concurrat casus, in quo observatio legis divinæ præponderet propriæ cujusque vitæ, ut patet in obligatione sigilli, e.g.) Ratio desumitur ex præsumpta voluntate Legislatoris nolentis eo casu obligare maximè ad ea, quæ sunt prohibita, quia talia, non quia mala. *Ren. q. 20. Vasq. Sua. Gc. contra Gersonem, & Victoria.*
- 46 An sicut excusat lex divina positiva in casu gravis metus, ita excusat lex divina naturalis *negativa*; affirmativa enim subveniendi, e.g. extremè indigenti (*intellige corporaliter*) certum est, quod excusat? R. neg. quia homicidium, ut homicidium, furtum ut furtum, &c. semper sunt intrinsecè mala, sicut & contra *Merol.* reddere ensem ad illius abusum Domino petenti ex dicendis op. i. *Innoc. XI.* ergo, &c.
- 47 An contractus celebrati metu gravi *injustè*, & ad extorquendum contractum ab extrinseco incusso, sint ipso jure irriti, vel irritandi? R. neque jure naturæ, neque positivo esse irritos, licet possint à judice rescindi pro arbitrio metum passi. Rat. quia adhuc simpliciter sunt liberi, & voluntarii, & secundum quid involuntarii: ergo, &c. *Lay. C. Lug.* excipiuntur tamen aliqui contractus, qui ipso facto sunt irriti (saltem ex jure positivo) si ex metu gravi fiant; talis est primo contractus matrimonii, etiam si juramentum accesserit ex cap. *cum loco*, & cap. *vensens*. 2. Professio Religiosa ex cap. 1. de his 3. in aliis quibusunque votis 4. contractus dotis protinus, vel solutæ qui in hoc sequitur natum matrimonii, cui accessorius ex l. si mulier, §. si dos, ff. quod *mesus causa* &c. Promissio, vel traditio in rebus Ecclesiæ cap. 15. q. 6. 6. Authoritas Tutoris per metum extorta l. 2. §. vult, ff. de auctoritat. Tutoris. His alii addunt renunciationem beneficii, jurisdictionem per merum extortam, verùm hi controvertuntur, sicut & an donatio, &c.
- 48 An donatio, vel testamentum metu facta, sint ipso jure irrita? R. neg. dummodo in testamento tabellio, vel testes non sint metu ducti. Rat. primi: quia nullum adest jus tales contractus irritant ergo, &c. *San. Less. Merol. Gc. contra Moli. Aro. Vasq. Gc.* 2. constat ex l. qui testamentio, ff. de testim. requirente supradictos rogatos. *Ren. q. 15.*
- 49 An metu, vel blanditiis extorta in contractibus, qui non sunt ipso jure irriti, sint restituenda in foro conscientiarum. aff. ad primum, etiam an equam contractus rescindatur, & etiam (contra *Med.*) si metus sit levis, dummodo injuria intercedat, & metus

dc-

dederit causam contractui: quia obligatio restitutionis ex injuria illata oritur: ergo, &c. Vnde ad 2. v. neg. quia blanditiæ potius voluntarium angent: ergo, &c. Ren. q. 24. Mol. Less. &c.

ACTVS RELIGIONIS.

Quares.

Quot sunt actus Religionis, & qui? v. Actus Religionis esse duo, Orationem scilicet, sive mentalem, sive vocalem, & Adorationem Dei, & Sanctorum; quæ alia dicitur Latriæ, & competit Sanctis, eorumque Imaginibus. Alia Latriæ, & competit Deo, Christo Domino, ejusque imaginibus. Oratio est explicatio desiderii coram Deo, ut aliquid ab ipso impetreremus. Adoratio est honor externo corporis gestu, & interno mentis Deo exhibitus, ita communiter.

Adoptio quando dirimat matrimonium. v. Sacramenti matri. &c. q. 12. &c.

Adoratio quid sit. v. Actus Religionis q. unico.

Adulterio quando habeat jus petendi debitum. v. Luxuria simplicis, &c. q. 12. occidens maritum adultere, an teneatur ad damnum. v. Restitutio ob stuprum, &c. q. 5.

Adulterium quid sit, quotplex, &c. v. Luxuria Adulterii. q. 1. &c. Adulterium conjugati cum conjugata quo imbibat peccata. v. legis modus, &c. q. 18. v. Luxuria Adulterii q. 2. quando dirimat matrimonium, &c. v. Sacramenti matri. &c. q. 14. &c.

Advocatus quando arceatur à suis actionibus. v. Censura excom. majoris q. 3. i. &c. quomodo in advocando. v. Conscientia q. 21. An reo concedi debeat, &c. v. Jus rei in Advocatum.

Aetas pro annua confessione requisita. v. Communio annua q. 8. Aetas parva, vel magna, an excusat a pena. v. Jus rei in exceptiones, &c. q. 28. Aetas testium qualis. v. Justitia, & modus, &c. q. 21.

Affinitas quid sit, &c. v. Sacramenti matri. q. 57.

Alloquentes cum Municipalibus exceptis, an, &c. v. Legis materia q. 28.

Amentes, Furiosi, &c. quomodo contrabero possint. v. contractus in genere q. 24. &c. An ligentur legibus. v. legis materia q. 12. &c. 13. An valide voveant. v. votum q. 2.

Anticipare impletionem præcepti, quando quis teneatur. v. legis modus, &c. q. 29.

Annua confessio. v. Confessio annua; Annua communio. v. Communio annua.

Annus quomodo intelligendus sit in Ordinibus suscipiendis. v. Sacramentum Ordinis q. 12. &c.

Am-

- Amphibologia an nisi quis possit. v. op. 26. ¶ 27. Inno. quando ea uti
reus possit v. Jus Prelati in rei. ¶ c. q. 3. ¶ 4.*
- Apices Juris quales sint. ¶ c. v. Jus. ¶ Justitia in causis q. 2. ¶ c. An
servari debeant in Religiosorum causis. v. ibi q. 3. quæ ad Apices
spectent. v. Iustitia, ¶ modus q. 21.*
- Apostasia à fide qualis sit. v. op. 4. Inno.*
- Apostatae à Religione an gaudeant privilegio Canonis. v. Censura
excom. Si quis, ¶ c. q. 19.*
- Appellatio à censura. v. Censura q. 7. A sententia declaratoria ipsius.
v. ibi q. 27. A sententia diffinitiva. v. Ius ad appellationem q. 1. ¶ c.
An suspendat eff. etum censura. v. ibi q. 2. Appellatio à mandata
Superioris an, ¶ c. v. ibi q. 2. ¶ 4.*
- Appostate occidens an sit predictor. v. Censura excom. contra, ¶ c.
q. 24.*
- Approbati in una Diœcesi an possint in alia, ¶ c. v. Sacramenti Pœn.
nit. Minister deleg. q. 19. ¶ c.*
- Approbatio Confessariorum. v. satisfactio per Jubileum q. 5. ¶ c.*
- Aqua an sit miscenda in Calice. v. Sacramentum Eucharistie q.
38. ¶ c.*
- Arbitri, ¶ Arbitratores qui sint. v. Festorum observantia q. 29.*
- Articulus mortis qualis sit. v. Communio annua q. 44. Quando verifi-
cetur. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. q. 8.*
- Affassinus quis sit. v. Censura excom. contra, ¶ c. q. 28.*
- Affistentia ad Missam necessaria qualis, ¶ c. v. Missam audire, ¶ c.
q. 18. ¶ c.*
- Astrologia quid sit, ¶ c. v. superstitione q. 4.*
- Attentio requisita ad recitationem Officii. v. Hora Canonica q. 46.
v. legis materia q. 3. ¶ c.*
- Attritio quid sit, ¶ c. v. Sacramenti Pœnit. materia pro. q. 1. ¶ c.
An naturalis sufficiat. v. op. 57. Inno.*
- Audire Missam an teneatur discedens à loco sui domicilii. v. legis
materia q. 25. eam coacte audire medietatem ab uno, ¶ aliam ab
altro Sacerdote, aut non intendere præcepti satisfactionem. v. legis
modus, ¶ c. q. 4. ¶ c. v. op. 53. Inno. qui teneantur Missam audire,
¶ quomodo v. Missam audire, ¶ c.*
- Authoritas ordinaria delegata, ¶ c. v. Sacramenti Pœnit. Minister
Ord. ¶ Deleg.*

B

Baptismus quid sit, ¶ c. v. Sacramentum Baptismi, ¶ c. Baptismi
forma. v. Sacramentum in genere q. 7. v. Sacramentum Bap. q. 15.
Bar-

- Barbitonfores an diebus festis possint laborare. v. Festorum observantia q. 7. v.
 Bellum v. Conscientia q. 73. &c. Quæ ad ipsum spettent. v. Homicidium q. 33. An detur bellum justum ex utraque parte in inquisitione delicti. v. Jus Prælati ad. &c. q. 11.
 Beneficiatus an, & quomodo teneatur ad horas, &c. v. Horæ Canonicae q. 12. &c.
 Beneficiis Ecclesiasticis fructibus ejus, pensionibus an, & quomodo ex communicati præsentur. v. Censura excom. majoris q. 15. &c.
 Beneficium quale ad Ordines suscipiendas, &c. v. Sacramentum Ordinis q. 21.
 Bestialitas quid sit, &c. v. Luxuria peccati, &c. q. 15. & 16.
 Bigamia quid sit. v. Irregularitas ex defœstu q. 9. An Bigamus generaliter privilegio Canonis. v. Censura excom. Si quis, &c. q. 15.
 Bizzochæ an gaudeant privilegio Canonis. v. Censura excom. Si quis, &c. q. 21. v. Sacramenta Ordinum in, &c. q. 26.

B L A S P H E M I A.

Quares.

- Q**uid sit, & quotplex? **1.** ad primum Blasphemia est verbum contumeliosum in Deum, quod multis modis contingere potest, vel tribuendo ei falsa, vel negando ei vera, vel tribuendo creaturis quod ipsi debetur, vel etiam dicendo vera, sed quæ ad ejus vilipensionem tendant per modum indignantis, contemnentis, &c. *S. Tho. Bon. Lay.* &c. Dixi in *Deum*, quia Blasphemia, quæ est contra Sanctos est indistincta ab illa, quæ est contra Deum, honor enim, qui Sanctis debetur in Deum redundat, & ad ipsum tacite, & virtualiter refertur. Hinc est quod convicia in Sanctos semper sunt Blasphemias quomodocunque Sancti considerentur, & quantumcumque præscindatur ab eis habitudo, quam dieunt ad Deum prout scilicet, sunt quid Dei. *T. amb. de Janu. Ren. som. I. fol. 111. q. 1.* Vnde ad 2. Blasphemia duplex est hæreticalis una, altera non talis: Illa ex *Janu.* est quando per verbum indicativum asseritur aliquid contra fidem: Non hæreticalis est quando nihil asseritur contra fidem, vel si asseratur, non sit per verbum indicativum, sed optativum, imperativum, vel imprecativum, *Fag. ex Emerico.*
- 2.** An omnis Blasphemia semper aliquid falsi contineat contra Deum? **q. neg.** quia ad Blasphemiam sufficit convicium. *Janu. Sua. Azo. Ren. q. 3.*
- 3.** An Blasphemia in Sanctos possit esse hæreticalis? **q. aff.** nam si quis

- quis diceret *riniego Dio*, aliquid contra fidem proferret : ergo etiam si diceret *riniego S. Francesco*; videretur enim negare ejus sanctitatem. *Pala.Ren.q.5. contra San. & Bon.*
- 4 An Blasphemia in Deum, Beatam Virginem, & Sanctos ratione diversarum adorationum ipsis respectivè competentibus, scilicet Latriæ, Duliaæ, & Hyperduliaæ specie differant? *R. neg.* quia Blasphemia non est talis, quia opponitur speciali cultui, sed quia opponitur cultui Deo debito, qui semper est ejusdem speciei: ergo, &c. *Dia.Faus.Ren.q.6. &c. contra Hurs.*
- 5 An sint explicandæ in confessione Blasphemiae in Deum, vel in Sanctos? *R. aff.* non ratione specificæ distinctionis earum, sed ratione circumstantiarum hæresis, v. g. adjunctæ, edii, &c. &c. univerfim ratione irreverentiae oppositæ cultui Latriæ, &c. specie distinctæ. *Sua.Filiu.Lay.Ren.q.7.*
- 6 An Blasphemare creaturas sit Blasphemia? *R. aff.* si Blasphementur ut sunt quid Dei, sive interim rationales sint, sive irrationales; contra verò erunt maledictiones mortales erga rationales, veniales verò, erga irrationales, imò nec tales si ut nobis nocivæ blasphementur. *D.Tbo.Fag.Filiu.Ren.q.8.*
- 7 An detur parvitas materiæ in Blasphemia? *R. neg.* quia in homicidio non datur levitas materiæ cum vita hominis sit res gravissima: ergo neque Blasphemia, quæ est illo gravior ex *D.Tbo.* Hinc si quis per jocum diceret SS. Joannem, & Paulum fuisse eunuchos, læthaliter peccaret. *S.Tbo. S. Antoni. Lay.Azo. Ren.q.9. &c.*
- 8 An Blasphemia prolata sub conditione, sit peccatum mortale, et si quis diceret, *abnemo Deum*, si hoc non est verum? *R. Blasphemias*, sub quacunque conditione, sive de præsenti, sive de futuro, semper esse blasphemias mortiferas; imò nec per illas tolli, quin sint hæreticales; quia licet conditio nihil ponat in esse, adest tamen voluntas de præsenti Deum conviciandi. *San.Pala.Ren.q.10.contra Salazar.*
- 9 An Amasiam vocare suam beatitudinem, suum Idolum, sit Blasphemia? *R. neg.* quia ista, & similia verba, videlicet tam clarum est hoc, quam clarum Evangelium, hyperbolice, & per quandam similitudinem proferuntur. *Hurs.Dia.Azo.Ren.q.11.*
- 10 An sit Blasphemia dicere: *Deo displiceat, Deum tædeat, velit, nolit Deus, hoc faciam, si Deus descendat de Cælo, non faciam?* *R. aff.* quia ita dicere, est derogare Omnipotentiæ Dei, quasi non possit Deus impedire illud, quod asseritur. *San.Ren.q.12.*
- 11 An sit Blasphemia, dicere: *Coi po di Dio?* *R. esse irreligiositatem, si ex*

7-2

si ex ira dicatur contra homines, Blasphemiam verò, si contra Deum. Rat. primi, quia irreverenter assumitur Deus contra secundum præceptum: ergo, &c. Rat. 2. quia summa blasphemia est, contra Deum irasci. *Fag. Pala. Ren. q. 14.*

12 An sit Blasphemia, dicere. *Poser di Dio, Pofar di Dio?* *v.* neg. quia hæc, & similia ex communi usu sunt tantum admirationis signa. *Bon. Ren. q. 15.*

13 An jurare per Mercurium, Jovem, &c. sit Blasphemia? *v.* aff. quia tribuitur, dœmoni, quod est proprium Dei. *Ren. q. 16.*

14 Quis possit de Blasphemia judicare, & cognoscere? *v.* Blasphemia hæreticalis, tam in Clericis, quam in secularibus spectat ad Judices Ecclesiasticos tantum; aliae verò ad seculares, vel Ecclesiasticos Judices: undè datur præventioni locus. *San. Azo. Fag. Ren. q. 17.*

15 An publicè in Deum, vel Sanctos blasphemans sit denunciandus? *v.* aff. & intra triduum: immò etiam si blasphemus sit emendatus, nam denunciatio præcipitur non in emendationem, sed in odium criminis: & sic est denunciatio judicialis, cui nulla præmissenda est correctio. *Azo.* ex Concilio Laterani. & Julio III. & ex Canon. *Si quis per capillum.* Contrarium putat *San. de Blasphemia non hæreticali, item Medina, & Fag. Ren. q. 8.*

16 An sint puniendi qui ex prava quadam consuetudine alicujus Civitatis solent blasphemare? *v.* non solum ex cap. *quamvis padum par. 1. §. 7. nu. 12.* esse puniendos. *Covarru.* sed augendam esse in eis pænam, undè aliquando non sunt absolvendi, *San. Care. Ren. q. 19.* contra quosdam dicentes, pænam ob consuetudinem esse minuendam.

Bona castrenia, quasi castrenia Paraphernalia, Adventitia, &c. v.
Contradicte in genere q. 30. & 35. v. Dominium q. 5.

Bona inventa, an sint restituenda. v. Restitutionis quantitas q. 15.

Bona incerta cui restituenda sint. v. Restitutio cui, &c. q. 1. 2. &c.
Bona, vel male fidei possessor quis sit, &c. v. Restitutionem quis, &c. q. 1. v. Restitutionis quantitas q. 1. &c. v. Restitutio cui, &c. q. 5.

Bulla Cœnæ an comprehendant Hæreticos pure mentales, &c. v. legis materia q. 6. &c.

Bullæ Pontificum quoq; promulgationes requirant. v. legis obligatio. q. 8.

C

Cambium quid sit, &c. v. contrarius onerosus q. 70.
Canonici non canendo in Choro, vel confabulando, an senectus tur

- etur ad restitutionem. v. Hora Canonice q. 26. & 27. An possint
abesse ab eorum Ecclesiis. v. Sacramentum Eucharistiae, ut, &c.
q.47.
- Capitula, seu articuli reo proponendi, quomodo, & qui sint. v. Jus, &
Justitia in proponendis, &c. q. 1. &c.
- Capitulum 5. Sede vacante, an facultatem habeat absolvendi casus
Papales publicos. v. Sacramenti Pœnit. Minister. Ordin. ad. reserva-
ta q. 8.
- Cappellanus an possit aliquando omittere Missam, &c. v. Sacra-
mentum Eucharistiae, ut, &c. q. 3. 4. &c.
- Cappuccini an possint audire Confessiones. v. Sacramenti Pœnit. Mi-
nister Ordin. q. 8.
- Capitularia voluntas quid importet. v. contractus gratuitus q. 30.
- Carceris conditiones, &c. v. Jus ad carcerem q. 1. &c.
- Cardinales Presbyteri an possint Ordines conferre. v. Sacramentum
Ordinarii, &c. q. 66.
- Cartusiiani quomodo non peccent perpetuo jejunando, &c. v. Homici-
dium q. 27. v. Legis obligatio q. 6.
- Castitas quid sit, & quotuplex. v. Luxuria q. 2.
- Castrari an possint filii a suis parentibus. v. Honor parentibus, &c.
q. 15.
- Casus reservati intra Italiam qui sint. v. Censura excom. ob duellum
q. 24. Casus reservati in una Diocesi an possint in alia absolvi, &
è contraria. v. Confessio annua q. 29. &c. Quando virtute Jubilei ab-
solvi possint. v. satisfactio per Jubileum q. 16. Casus Bullæ Cœnae,
item Papales publici à quo possint absolvi, &c. v. Sacramenti Pœ-
nit. Minister Ordin. ad reservata q. 5. &c. 9. &c. Casus dubii Bullæ
Cœnae an possint absolvi. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. ad
reservata q. 6. Casus heresis occulta à quo possint absolvi. v. Sacra-
menti Pœnit. Minister Ordin. ad reservata q. 9. & 10.
- Cathecumenus an sit capax Indulgenciarum. v. satisfactio per In-
dulgencias q. 6. et 11.
- Cause excusantes ab integritate materiali confessionis. v. Sacramenti
Pœnit. materia pro. q. 24. Cause ad dispensandum in voto v. voti ir-
ritatio, etc. q. 20.
- Cedulones quando affigi possint. v. Censura q. 27.
- Celebrare in Oratoriis privatis horis debitissimis, etc. v. Censura q. 4. Ce-
lebrare Missam alibi, quam in loco designato à Defuncto, etc. v.
Sacramentum Eucha. ut, etc. q. 31. etc. Celebrare plures Missas, etc.
vel tres in nocte Natalis Domini, etc. an possit Sacerdos. v. ibi. q.
22. 23. etc. Celebrare an teneatur Sacerdos aliquies in anno. v.

Sacramenta majorum, &c. q.54. An possit in Feria 3. vel Sabbatho majoris Hebdomadae. v. ibi. q.55. Celebrare sine uestibus metu mortis an, &c. v. Voluntarium q.36.

Censura an qualis, et quomodo absolvi possit virtute Jubilai. v. satisfactio per Jubileum q.20. etc.

C E N S U R A.

Quares.

- 1 **Q**uid sit? **R.** censura est pena spiritualis, medicinalis inficta ab Ecclesiastica potestate, privans hominem baptizatum usu aliquorum bonorum spiritualium in ordine ad salutem. *Ren.10.2. fol.512.*
- 2 Quisnam possit ferre censuras? **R.** quod solus homo viator baptizatus habens jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, potest ferre censuras: haec enim sunt penae, quae infligi non possunt nisi ab habente potentiam. Porrò ordinariam habent Sumimus Pontifex pro tota Ecclesia, Episcopus, Archiepiscopus pro suis subditis, Legatus à Latere, Vicarius Episcopi, Capitulum Sede vacante, Cardinales respectivè ad suas Ecclesias, Abbates in foro externo habentes jurisdictionem, Prælati omnes Religionum, &c. habentes ratione officii jurisdictionem Ecclesiasticam; Delegatam habent ii, quibus ab habente ordinariam committitur, qui aliis delegare non possunt: nisi sint Delegati Papæ; ut sunt Nuntii Apostolici in sua Provincia, Episcopi dum procedunt, ut Delegati Sedis Apostolicae: qui tamen ex *Pelliz.* non possunt ferre censuras contra Regulares, nisi specialiter eis concessum fuerit. Et universim nec possunt Parochi, Laici, Mulieres, licet sint Abbatissæ, &c. est communis. *Ren. q.1.*
- 3 An Episcopus existens extra suam Dioecesim, possit suum subditum existentem in Dioecesi censura ligare? **R.** aff. quando censura non requirit causæ cognitionem sedendo pro Tribunalis, quia in hoc solo sensu prohibetur à Clementina *Unica de foro competensi.* *Bon. Lay. etc.* contra *Joan. Præp.* eodem tamen modo non est discurrendum de Regularibus, &c. jurisdictionem habentibus sine territorio. *Pelliz. Ren. q.2.*
- 4 An Episcopus ferre possit censuras in Regularibus? **R.** in Regularibus Mendicantes certum est, non posse: in alios vero non Mendicantes, sed exemptos ab Episcoporum jurisdictione, ob hanc exemptionem, nec etiam posse, etiam in iis casibus, in quibus Episcopi autoritatem habent contra illos (sicut & contra Men-

- Mendicantes) qui variis sunt, & referuntur. Ver. *legis materia q. 15.* sed tantum in accessu ad Monasteria Monialium, & in expressis à *Trid. sess. 25. de Regularibus*, videlicet, contra Moniales exemptas circa earum Clausuram, circa restitutionem bonorum Novitiis resipiscientibus, celebrationem horis debitis, & quoad non celebrandum in Oratoriis privatis: ex eod. *Trid. sess. 22. San. Dian. Portol. Ren. q. 3. etc.*
- 5 Quot modis ferri possit censura? 1. ferri posse primo à Jure, videlicet à Legislatore cum intentione condendi legem, 2. ab homine absque tali intentione. 3. sub lata sententia, sub his, scilicet particulis, *flatim ex tunc, incontinenti, ipso jure, ipso facto,* vel sub verbis, præsentis, vel præteriti temporis. 4. sub ferenda sententia, cum particulis, scilicet illis oppositis. *Ren. q. 4.*
- 6 An verba censuræ debeant esse determinata ad speciem censuræ, vel ad determinatam Personam? R. aff. quia aliter ob indeterminationem non habetur effectus censuræ. Verum tamen est, suspensionem, & interdictum ferri posse in incertas Personas, ut in Universitatem: ex *Angelo*. Item suspensionem, vel excommunicationem validè ferri posse sub forma diiunctiva, in determinatas tamen Personas, licet non licite. *Bon. Dia. Filli. ex c. à crupula de vita, et benefice Clericorum, contra V gol. Nau. Say. etc.* id nec validè admittentes. *Ren. q. 5.*
- 7 An Censura validè ferri possit sub forma conditionali? R. aff. si conditio sit pertinens ad causam. *Filli.* quod si esset impertinens, imprudenter tantum ageret *Judex. Turri.* contra *Cornejo.* in quo casu Reus appellare potest toto tempore, quo pendet conditio, non attentis diebus decem à Jure statutis, ita *Dia.* & colligitur ex cap. *Præterea, et 2. de appellat.* *Ren. q. 6.*
- 8 Quæ sit solemnitas de Jure antecedens censuram? R. esse trinam monitionem, (vel unam tribus æquivalentem in casu necessitatis) assignatis competentibus aliquorum dierum intervallis, vel horis: sic colligitur ex cap. *Constitutionem de sententia excommunicat.* in 6. Hæc monitio semper requiritur in censura, quæ fertur ab homine, (ad quam requiritur consummatio, unde & monitio) nisi esset generaliter lata pro delictis futuris, vel lata à jure, quia tunc ipsa censura loquitur, & est continuata monitio. *Filli. Petrik. Bon. Ren. q. 7. etc.*
- 9 Si Censura lata à jure sit ferenda sententiæ, an possit *Judex* absque monitione ad illius executionem procedere? Neg. respondent. *Ren. q. 8. Sua. Hart. etc. ex cap. Reprehensibilis de appellat.* ubi dicitur, quod tunc non requiritur monitio, cum censu-

- ra ipso jure incurritur: ergo quando est ferendæ sententia requiritur: est contra Bon. San. Avil. &c.
- 10 An Prælati Regulares hanc trinam monitionem omittente possint? R. *Pelliz.* in hoc standum esse consuetudini cajuscunque Religionis, quæ si fuerit legitimè præscripta, prævalet contra jus, & legem: Diversimodè loquuntur plures alii DD. *Ren. q. 9.*
- 11 An licet, & validè, possit ferri censura sine omni monitione? R. nec licet, nec validè, quia ad sic ferendam censuram requiriatur contumacia, quæ sine omni monitione esse non potest. *Dis. Bon. Filli. &c.*
- 12 Qualis sit solemnitas comitans censuram? R. tres esse solemnitates comitantes censuram: prima est, ut censura feratur in scriptis, quod in Religionibus verum est, quando fertur per modum statuti, non sententia contra particularem. 2. est, ut censura contineat manifestam causam, propter quam fertur. 3. ut Index parti petenti tradat censuræ exemplar, si infra memorem requisitus fuerit, & aliter procedendo, peccat mortaliter. *Filli. ex cap. 1. de sent. excom. in 6. Ren. q. 11.*
- 13 Quæ solemnitas subsequi debeat censuram? R. ex cap. *Cura* 11. q. 3. post latam censuram contra determinatau personam, debet ipsa denunciari pro foribus Ecclesiæ, maximè, quando bonum commune vel damnum tertii id requirit. *Bon. Filli.* Si sit à jure ipso facto incurrenda, denunciationem præcedere debet sententia declaratoria criminis, etiam notorii, si haec à parte petatur, ex cap. *Pervenit.* 1. de appellat. *Filli. Ren. q. 12.*
- 14 An appellatio interposita post latam sententiam Censuræ suspendat denunciationem? R. neg. si lata sit ab homine Judice ordinario ex cap. *Pastoralis*, §. *verum de appellat.* secùs si lata sit à Delegato ex eodem cap. §. *præterea*, idem dicendum, quando lata est à jure, ipso facto incurrenda, cum ad hujus generis censuram ante denunciationem requiratur declaratoria, à qua quis appellare potest. *Ren. ibidem.*
- 15 Quinam possint censura ligari? R. validè solus homo viator baptizatus, & rationis compos, censura ligari potest, quia sic folium peccati capax est, & Ecclesiæ subditus; quamvis indirectè mortui censura ligari possint per sententiam declaratoriam censuræ incurse, dum erant viventes: *Dixi validè*, quia licet debet homo etiam esse adulitus, undè pueri ante 14. & foeminæ ante 12. censura ligari non possunt. *Filli. Bon. excipit Pala. censuram Canon.* Si quis, ut in ipso habetur. *Ren. q. 13.*

- 16 Quænam alia requirantur, ut quis censura ligari possit? Requiritur primò, ut Persona sit determinata, & capax culpæ, ex cap. *Romana de sent. excom. in 6.* quod intelligendum est de censura excommunicationis, nam interdictum, & suspensio in communitatem non culpabilem, & in Personas indeterminatas ferri possunt. 2. ut qui ligatur censura, sit subditus. Verùm ex privilegio, & consuetudine Reges, & Imperatores à solo Papa censura ligari possunt. *Ren. q. 14.*
- 17 An Episcopi ligentur censuris à Pontifice generaliter latis? *Aff. R. Bon. Sua. Nov. de censura excommunicationis, nisi expressè excipientur, quia lex generalis generaliter est intelligenda.* Verùm ex cap. *Quia periculofus de senten. excom. in 6.* Episcopi non comprehenduntur in censuris interdicti, & suspensionis generaliter latis, nisi expressa fiat de ipsis mentio. *Ren. ibi.*
- 18 An subditus committens delictum extra territorium ferentis censuram, & in ipso existens possit affici censura? *v. neg. sive* censura sit per statutum, sive per sententiam, quia jurisdictio Episcopi non se extendit extra suam Diœcensem. *Coni. contra Filli.* (loquendo de censura per sententiam) Adverte tamen, quod in hoc casu non potest censura declarari per cedulones sine licentia Episcopi loci, in cuius Diœcesi existit delinquens. *Ren. q. 15.*
- 19 Si subditus inchoet delictum in proprio sui Episcopi território, sed consumet in alieno, an possit à proprio Episcopo censura ligari? *R. neg. quia ad incurram censuram proprii Episcopi, delictum debet esse consummatum; quod intelligendum est secundum id, quod delictum est prohibitum per censuram.* Hinc si per vulnus læthale sequitur homicidium sub excommunicatione prohibitum extra territorium, poterit delinquens affici censura, quia tale homicidium intelligitur prohibitum per vulnus læthale. *Filli. Dia. Ren. q. 16. 9c.*
- 20 An, sicut potest subditus extra territorium censura ligari, ita possit citari? *R. neg. quia citatio est actus judicialis, qui in alieno territorio exerceri non potest, ex Clemen. Pastoralis, de sententia, & re judicata. Avi. Huri. Dia. Ren. q. 17. 9c. contra Bossum, Lay. 9c.*
- 21 Vtrum sicut non potest censura ligari, qui est in aliena Diœcesi, nisi in Diœcesi propria deliquerit, ita qui in Diœcesi quidem est, sed in loco exempto? *R. aff. non tantum si locus sit exemptus, quia alteri Episcopo subjectus, sed etiam, quia sit Monasterium*

sterium Religiosorum. *Henr. Avila Vulpes, &c. ex cap. cum Epis. scopus de Officio Ordinis in 6. exiuit Pelliz.* Praelatos Regulares, nam hi suos subditos extra territorium censura ligare possunt, ergo & in proprio, sed exempto. *Ren. q. 18.*

- 22 An possit quis pluribus censuris ligari ? *R. aff. sive censura sit ejusdem rationis, sive diversæ, & sive ob eandem, sive ob diversas causas lata sit cum hoc tamen discriminé, quod quando censuræ sunt ejusdem rationis, & ob eandem causam, non multiplicantur quoad absolutionem, sed tantum quoad denunciationem, quæ à pluribus sit.* *Filli. Pelliz. Ren. q. 19.*
- 23 Quænam requirantur ad incurrendam censuram? *R. ad gravem censuram incurrendam, e. g. excommunicationem majorem, requiritur primò, gravis culpa, (levis verò ad suspensionem, vel interdictum ad breve tempus) quia pæna debet esse culpas proportionata. 2. ut sit externa, de internis enim non judicat Ecclesia. 3. ut sit consummata, quia odia sunt restringenda (nisi sub censurâ cadat ipse conatus, non effectus) 4. ut sit contumaciaræ annexa, ex illo Math. 1 §. Si Ecclesiam non audieris, &c. Filli. Dia. Bon. Ren. q. 20. &c.*
- 24 An pro peccato præterito, vel pro peccato alterius possit ferri censura? *R. ad primum neg. si ab ipso scandalū non pendeat, quia non adest contumacia. Filli. Vnde ad 2. R. etiam neg. loquendo de censura excommunicationis, secùs de aliis: Primum constat ex cap. Si babes 24. q. 3. 2. ex cap. Si sententia de sententia excom. in 6. Lay. Pelliz. Bon. Ren. q. 21. &c.*
- 25 Qui sint effectus censuræ? *R. effectus censuræ, alii sunt immediati, ut privatio aliquorum bonorum spiritualium, & etiam temporalium, de quibus infrà; Alii verò mediati, & sunt, Irregularitas ob exercitium Ordinis, & suspicio de hæresi, si excommunicatus per annum in excommunicatione insordescat. Filli. Ren. fol. 5 23. q. 1.*
- 26 Quæ sint causæ excusantes à censuris? *R. Prima causa est, nullitas censuræ, ob defectum jurisdictionis. 2. est injustitia ipsius ex defectu ordinis judicarii substancialis, vel injustæ cause. 3. est impotentia. 4. est ignorantia, de qua v. voluntarium q. 11. 13. & 22. 5. est innocentia. 6. est metus gravis excusans à culpa. 7. est necessitas. 8. est appellatio, de qua v. Censura q. 7. & 14. 9. denique est consensus ejus, in cuius favorem fertur censura, e. g. quando censura est conditionata, potest is in cuius favorem lata est censura prorogare tempus conditionis implendæ, & sic censura non incurritur. Filli. Con. Bon. Ren. q. 2, & 3. &c.*

- 27 An appellatio, si non à censura absolute, saltem à sententia declaratoria ipsius suspendat censuram, itaut affigi non possint Cedulae, vel affixi sint removendi supponimus enim ex *An-gelo Bon. & Nav.* hanc appellationem esse licitam? R. aff. itaut post affixos cedulones, non sit amplius censuratus vitandus, ejus acta sint valida, nec irregularitatem incurrat exercendo actus Ordinis, vel prohibitos per censuram: rat. quia hoc est proprium appellationis, suspendere, scilicet astum. *Dia. Hurs. Avi. Ren. q. 14. 9c.*
- 28 A quo possit auferri censura per absolutionem? R. à censura non reservata, lata à jure, vel ab homine per sententiam generalis, potest quis absolviri à quocunque habente autoritate in absolvendi à mortalibus. *San. Lay. Con.* A reservata verò ab eo tantum, qui eam tulit, vel ab ejus Superiore, successore, &c. excipiuntur Religiosi virtute suorum privilegiorum. *Pelliz.* Quod si censura lata sit ab homine per sententiam particularem, etiam si reservata non sit, ne perturbetur ordo judicandi, ab eo potest absolviri à quo lata fuit, vel ejus Superiore, successore, &c. *Bon. Ren. q. 5.*
- 29 An Episcopi possint absolvere à censuris Papæ reservatis etiam publicis? de occultis enim non est dubium, ex *Trid. sess. 24. c. 6.* R. aff. si censurati sint impediti, quamvis censuræ essent in Coena Domini, vel casus essent heresis, vel ex his, qui intra Italiam sunt reservati. *Verri. Dia. Tamb.* qui extendit absolutionem in foro fori. *Ren. q. 6.*
- 30 Quænam sit forma absolutionis censurarum? R. hanc videlicet: *Ego te abservo ab omnibus censuris*, & hoc vel ore, vel scriptis, non autem nutibus, quia sic absolvere soli Pontifici convenit: nec exprimi debet causa, nisi quando quis pluribus est irretitus censuris. *Bon. Pelliz. Ren. q. 7.*
- 31 Quæ solemnitates requirantur in absolutione censurarum? R. præter onus ab absolvente imponendum poenitenti, in articulo mortis, ad se præsentandum dum convaluerit, item præter cautionem, & juramentum de stando mandatis Ecclesiæ, & satisfacienda parte, sive in articulo, sive non, (& hoc etiam in foro conscientiæ, non tantum in foro externo in absolutione censurarum Bullæ Coenæ) præter inquam supradicta. v. *Rituale Romanum. Ren. q. 8.*
- 32 An sit valida absolutio censurarum, si Confessarius non obliget poenitentem ad satisfaciendum parti? R. esse validam, si Confessarius habeat potestatem ordinariam, quamvis illicitam ex

ex cap. *Venerabilem, S. sanè de sententia excommunicationis in 6.*
 Idem dicendum de potestate delegata absque limitatione, e. g.
 & aliter absolvere non possit, quod si haec limitatio adsit, erit in-
 valida, ex *Bon. San. Avi. &c. contra Sua. Conin. Filli. &c.* quia
 annullat actum, non tamen, si dicatur, *satisfacta parte*, quia tunc
 censetur monitio. *Ren. q. 9.*

33 Vtrum possit absolvvi una censura, & non alia? *R. aff.* quia nul-
 la est connexio inter censuras, sicut est inter peccata mortalia.
S. Tho. Sua. Lay. Ren. q. 10. &c.

34 An censura auferri possit extra Sacramentalem Confessionem?
R. aff. si absolvens habeat potestatem ordinariam, vel si delega-
 tam, absque tamen limitatione, v. g. *ut illam*, scilicet, *exercere*
non possit extra Sacra menta; secùs verò, si cum hac, vel simili.
Rat. primi: quia Ordinarius extra Confessionem potest ferre cen-
 suras, ergo, &c. *Rat. 2. & 3.* quia delegata potestas exerceri po-
 test, & debet juxta voluntatem delegantis: ergo, &c. Quod di-
 cendum non erit, si detur sub his clausulis, *auditis confessionibus*,
 vel si dicatur, *absolvatur à censuris in foro conscientiae*: nam pri-
 ma particula refertur ad absolutionem pescatorum, & secunda
 non limitat absolutionem ad forum poenitentiae; cum ea com-
 mitti possit Parochio non Sacerdoti. *Bon. San. Sua. Ren. Ibi, &c.*

35 An possit absens à censuris absolvī? *R. aff.* si aliter fieri non
 possit, & authoritas non sit limitata ad Sacramentalem Con-
 fessionem, quæ ex decreto Clem. VIII. requirit præsentiam
 absolvientis; ratio est, quia potest absens censura ligari: er-
 go, &c. *Filli. Petlix. &c.* sic etiam absenti impetrari potest dis-
 pensatio petendi debitum, cum non sit absolutio. *Bonellus.*
Ren. q. 11.

36 Vtrum absolutio censurarum possit dari sub conditione, vel
 cum reincidentia? *R. ad primum affloquendo de conditione*
 de præsentí, vel de præterito; quia non suspendit actum, est
 certum; secùs loquendo de conditione de futuro, & licet, nam
 censuratus vel est dignus absolutione, vel non; si primum, abso-
 lutè absolvī debet; Si 2. absolvī non debet, nill posita condi-
 tione: Dixi *licet*, nam validè absolvī potest; quia censura ferri
 potest sub conditione de futuro: ergo, &c. Ad 2. dicimus, dari
 posse sub conditione absolutionem à censura, & hanc iterum
 incurri sine nova culpa, cum sit eadem moraliter. *Sua. Hurt.*
Turri. Ren. q. 12. &c. contra Henri. Nav. &c.

37 An per absolutionem generalem censurarum collatam in-
 Confessione, remaneat quis ita absoltus, ut non indigeat nova

absolutione, cum de aliis recordatur? R. aff. si censuræ non exi-
gunt partis satisfactionem, etiamli reservatæ sint; quia circa
hoc nullum extat præceptum, sicut extat de peccatis oblitis, &
ad Sacramentalem Confessionem, censurarum absolutio nece-
ssariò præmittenda est. *Pelliz.* dixi, si censuræ, &c. quia tunc præ-
sumitur Confessarum non habuisse intentionem sic absolven-
di. *Conin. Bon. Avi. Ren.* q. 13. contra *Boffium*,

- 38 An possit absolvi à censuris invitū? R. aff. in foro externo;
quia in hoc fertur in invitū: ergo, &c. ita communiter. In foro autem interno, nulli dubium est, requiri voluntarem ejus,
qui absolvi debet. Non tamen extorqueri potest absolutio ab
invito, quia esset invalida, sicut data per dolum, vel errorem ex
cap. *Unico de his, quæ vi.* *Ren.* q. 15.
- 39 An in articulo mortis possit quis ab omnibus censuris absolu-
vit? R. aff. loquendo de censuris à Gloria retardantibus, ut ex-
communicationibus. *San. Lay.* secūs, de aliis discurrendo contra
Ugolin. & *Caspen.*

CENSURA EXCOMMUNICATIONIS MAIORIS. Quares.

- 1 **Q**uid sit excommunicatio major? R. est censura Ecclesiasti-
ca privans hominem baptizatum aliquibus bonis com-
munibus, videlicet, confortio fidelium, tum in Divinis, tum in
humanis, participatione Sacramentorum, & communibus Ec-
clesiæ suffragiis. *Ren.* tom. 2. fol. 531.
- 2 Quo peccato peccant excommunicati, qui communicant cum
fidelibus, & è contraria? ad primum venialiter peccare, si com-
municent in humanis; mortaliter verò, si in divinis, sive tole-
rati sunt, (dummodò se ingerant) sive non; Rat. est præceptum
Ecclesiæ indirectum circa primum, directum circa 2. Ad 2. di-
co, mortaliter peccare fideles, si communicent in Divinis cum
vitando, venialiter verò, si in huianis, & universaliter incur-
rere excommunicationem minorem; Ratio est, assignata ad pri.
Avi. Dia. Sua. &c. dixi cum vitando, nam cum tolerato, eos nec
venialiter peccare, constat ex Extravag. ad evitanda scandala,
quæ est Concilii Constantiensis. *Dia. Ren.* q. 1. contra *Avi.*
- 3 An sint aliqui casus, in quibus fideles peccant mortaliter com-
municando in actionibus humanis cum excommunicato? R. aff.
& primus casus est, si communicent in crimine criminoso, id est,
in crimine, propter quod, aliquis est excommunicatus; Rat. est,
quia ex cap. *si concubinae de sens. excommunicationis*, incurruunt
hi

hi excommunicationem majorem: ergo, &c. *Say.* 2. casus, est contemptus excommunicationis. *Say.* 3. est penes. *Nav.* *Duran.* &c. si frequenter fideles communicent, sed perperam, quia plura venialia conflare non possunt unum mortale. *Say.* *Dian.* *Ren.* q. 2. &c.

5 An excommunicatus peccet mortaliter, audiendo Missam, & quam paenam incurrat? R. ad primum aff. ex cap. *Illud de Clerico excommunicato*, sive interim sit vitandus, sive toleratus, cuin hoc tamen discrimine, quod toleratus peccat tantum se inge- rendo. *Pelliz.* Ad 2. dicimus cum *Bon.* excommunicatum incurrere aliam excommunicationem Papæ reservatam, ex cap. eos de sent. excom. si monitus nolit ab Ecclesia exire, & si facit, ut celebretur, est irregularis, ex cap. *Tanto de excessu Prelatorum.* Et Sacerdos consentiens, praeter excommunicationem minorem, incurrit interdictum ab ingressu Ecclesie. *Bon.* ex cap. *Epi-* *scoporum de privilegiis in 6.* *Ren.* q. 4.

6 Quid facere debet Sacerdos, qui dum celebrat, advenit excommunicatus, qui monitus non vult ab Ecclesia exire? R. si excommunicatus est toleratus (vel si non, est tamen intra Ecclesiam, sed Missæ non assistit) sine peccato potest prosequi Missa. *Bon.* Idem dicendum, si eo tempore accedat cadaver excommunicati; ut tale enim tali Missæ assistere dici non potest; Si vero est vitandus, debet Sacerdos simul cum adstantibus omittere Missam, si nondum incæpta sit consecratio, etiam si excommunicatus velit extra Ecclesiam Missæ assistere; quod si esset incæpta consecratio, debet Sacerdos cum solo Ministro prosequi Missam usque ad sumptionem, reliqua peragendo in Sacristia. *Filli.* *Lay.* *Tamb.* ratio est, præceptum Divinum integratatis sacrificii prævalens Ecclesiastico. *Ren.* q. 5.

7 An possit excommunicatus vitandus Ecclesiam ingredi, & in illa private orare? R. aff. etiam si adsint alii fideles privatum orantes, non tantum in eadem Ecclesia, sed in eodem facello; immo & etiam si assistant Divinis Officiis; dummodo non ex intentione coassistendi, sed per transitum excommunicatus ingrediatur, & privatim etiam oret. *Dian.* *Ren.* q. 6. &c.

8 Si per excommunicatum stet, ne absolvatur ab excommunicatione an peccet, non audiendo Missam in die festo? R. ex *Bon.* *Nav.* *Ren.* q. 7. &c. neg. quia culpabilitè impeditus (e.g. in carcere detenus) negligens libertatem, non peccat non audiendo sacram: ergo, &c. Sed in obsequium censuræ mihi magis placet contraria intentio. *Nugn.* quam etiam tenuit de *Iano.*

9 Quo-

- 9 Quomodo excommunicatus privetur assistentia ad Divina Officia, & horas canonicas, processiones, publicas orationes, benedictiones solemnes, &c.? R. taliter privari, ut non possit participare fructum impetrationis, & satisfactionis illorum; & si sit vitandus, ut non possint alii cum ipso Divina Officia recitare, ex cap. significavit de sent. excom. Possunt tamen excommunicati interesse Processioni Sanctissimi, ex Bon. iudicando, & concioni, ex cap. responso de sent. excom. Filli. Ren. q. 5.
- 10 An excommunicatus possit cum socio privatim recitare Officium? R. sine levi culpa non posse; quia si non in Divinis, saltem in humanis communicat. Dian. Bon. Filli. in quo casu, sine levi etiam culpa, non potest dicere Dominus vobiscum; quia haec verba spectant ad officium publicum. Conin. Dia. Ren. q. 9. Et c. contra Avi.
- 11 Quam pñnam incurvant excommunicati, si communicent cum fidelibus in Divinis? R. quod si exerceant actum ordinis, etiam minoris (dummmodò id non faciant more laicorum, sed cum apparatis destinatis ad ordinem) incurvant irregularitatem, ut colligitur ex cap. is cui de sent. excom. in 6. Hinc si Sacraenta ministrent, aquam, olivas, &c. benedicant, populum aspergant, vel Hebdomadam faciant in Choro, semper irregularitatem incurvant. Filli. Ren. q. 10.
- 12 Quomodo excommunicati priventur Ecclesiastica sepultura? R. ex cap. sacris de sepulis. excommunicati tantum vitandi privantur Ecclesiastica sepultura, videlicet, loco sacro benedicto ab Episcopo, vel in quo celebratur Missa, vel solent cadavera humari, etiamsi in ipso eriendo authoritas Episcopi non intercesserit. Item nominè sepulturæ veniunt pompa funerale in quo casu Clerici associantes communicarent in Divinis; laici verò in humanis. Filli. Ren. q. 11. etc.
- 13 An excommunicatus vitandus, qui in articulo mortis dedit signa contritionis, sed non fuit absolutus, sit Ecclesiastica sepulturæ tradendus? R. neg. quia adhuc est excommunicatus: ergo, &c. quod si in foro conscientiae fuisset absolutus, sed non in foro fori, adhuc sepulturæ tradi posset, sicut & quando post mortem absolvitur, licet ante illam absolutus non fuisset in foro conscientiae. Pelli. Villa. Ren. q. 12.
- 14 Quam pñnam incurvant sepelientes excommunicatum in Ecclesia? R. incurvare primo interdictum ab ingressu Ecclesiae. Say. ex cap. Episcoporum de privilegiis in 6. 2. excommunicacionem majorem ex Clem. 1. de sepultura. Ren. q. 13. Qui autem dicant-

cantur sepelientes , dixerunt Henr. Bon. Cajet. etc. esse propriis manibus sepelientes, non autem coinitantes , foveam extruentes, mandantes, consulentes, &c. ne ex unius funere multitudo ligetur, ut ait Glo. in di. Cleme. contraria de mandantibus , Ecclesiarum Rectoribus, & Clericis est Sua. Conin. Filli. etc.

15 Quomodo excommunicatus privetur passiva receptione beneficiorum? q. ex cap. *Pastoralis de Clerico excom. collatio, præsentatio, electio, confirmatio, institutio excommunicati vitandi ad beneficium, sive per electionem, resignationem, vel permutationem invalida est. Filli. contra Turr. loquendo de resignatione; imò etiam tolerati. Conin. Bon. etc. contra Hurs. quæ omnia intelligenda sunt de beneficiis obtentis, durante excommunicatione, non ante ipsam obtentis: nam ut sic ex dicto cap. privatuntur tantum fructibus Beneficii. An autem excommunicatus debeat se prodere? Negant Bon. & Sua. si scandalum oriatur, & alio honesto modo se excusare non possit excommunicatus. Ren. q. 14.*

16 An excommunicatus ipso facto privetur fructibus Beneficii jam obtentis? Quod privetur, constat ex cap. *Pastoralis de appell.* Tum quia fructus dantur propter officium, quo privatnr excommunicatus : ergo , &c. An autem, ipso facto, dixerunt Ren. q. 15. San. Coni. etc. quod non, quia in dicto cap. dicitur: *Ei illi proventus Ecclesiastici meriti subtrahuntur;* quod verbum est passivum: ergo ab alio subtrahi debent, contraria est. Sua. Say. Henr. etc.

17 An sit valida acceptatio facta in excommunicatione Beneficii obtenti ante illam? q. aff. ita Covar. Say. Ren. q. 16. etc. Rat. oft, quia totum jus acquiritur per collationem, acceptatio enim est tantum conditio; ergo si collatio fuit valida, sic erit acceptatio, contraria est Hurs. Lay. etc.

18 An excommunicatus sit inhabilis ad pensiones ? q. ad pensiones pure spirituales inhabilem esse, quia sunt beneficia, unde invalidè conferuntur; ad mixtas vero, vel pure temporales; quia beneficia non sunt, habilem esse. Bon. Lay. Ren. q. 17. Lef. contra mixta est Henr.

19 Quæ humanæ actiones prohibeantur excommunicato , & quæ fidelibus cum ipso? q. quæ sequenti versu continentur. *Os, orare, vale, communio, mensa negatur;* quod intelligendum est tam ex parte fidelium, quam excommunicati vitandi, non vero tolerati, nisi activè, & se ingerendo . Primum constat ex cap. *excommunicatos 11. q. 3. etc. 2. ex Conc. Constant. in extravag. ad evitanda, etc. Ren. fol. 540. q. 1.*

- 20 An sit licitum loqui cum excommunicato vitando per literas, interpretrem, nunciuni, signa, nutus, &c.? R. neg. quia in his omnibus verificatur humana collocutio, vel communicatio. *Pelliz. Lay. Ren. q. 2. etc.*
- 21 An signa amicitiae, ut oscula, amplexus, munera, sint prohibita cuin excommunicato? R. aff. quia oscula, & amplexus includuntur in particula *Os. Bona. Say.* & per munera communicamus non minus, ac per literas. *Say. ex Hugone, Ren. q. 3. etc.*
- 22 An sit licitum salutare excommunicatum causa urbanitatis, illi insurgere, caput aperire, vel dare ei locum in sedili? R. neg. (nisi esset Praetor, vel Episcopus, ob periculum indignationis) Rat. est, quia esset communicare cum excommunicato. *Bon. Pelliz. Lay. Ren. q. 4. contra Filli. Henr. Avi. etc.* loquendo de resalutatione.
- 23 An sit licitum deambulare cum excommunicato, vel iter facere, confedere, collaborare, non loquendo cum eo? R. neg. si haec omnia formaliter contingent, v. g. ad idem negotium iter facere, quia sic esset communicare; secus si materialiter tantum eveniant. *Pelliz. Sua. Ren. q. 5.*
- 24 An aliquando possim comedere, habitare, vel dormire in eadem domo cum excommunicato? R. neg. formaliter loquendo, & per modum societatis; secus verò materialiter, vel casualiter, in casu necessitatis, ut si in eadem caupona non sit alia mensa, vel locus, patet ex dictis. *Say. Bon. Ren. q. 6.*
- 25 An Religiosi, qui in diversis mensis comedunt, sed in eodem Refectorio, dicantur participare cum excommunicato, si hic in alia mensa comedat? R. aff. quia esset unum convivium ratione unius benedictionis, & gratiarum actionis. *Say. Bon. Filli. Ren. q. 7. contra Pelliz.*
- 26 Quæ cause excusent à participatione cum excommunicato vitando? R. quæ sequenti versu continentur: *Vtile, lex, bumilis, res ignorata, necesse:* ita communiter ex cap. *Quoniam multis 11. q. 3.* Hinc potest quis primò consilium petere ab excommunicato vitando, si alius non adsit, qui possit à quæ bene. 2. potest uxor communicare cum marito excommunicato, & è contrà, in omnibus iis, quæ spectant ad subjectionem *in humanis:* Imò potest uxor communicare cum marito excommunicato ante contractum matrimonii, licet pccaverit contrahendo; non potest tamen sponsa de futuro communicare cum sponso excommunicato, quia non sunt vir, & uxor; & ideo non comprehenduntur in dispositione cap. *Quoniam, etc. 3.* possunt servi commu-

municare etiam in Divinis cum Dominis, etiam excommunicatis ante subiectionem, comitando, v.g. ad Missam, &c. quia haec spectant ad subiectionem, & in dicto cap. id absoluè conceditur servis : Imò subdit Bon. posse famulum communicare cum alio excommunicato famulo ejusdem Domini, *per accidens tamen*, quia debet uterque Domino inservire; & è contrà, posse Dominum cum servo excommunicato, quia in correlativis, quæ disponuntur in uno, intelliguntur disposita in alio. 4. possunt filii, nepotes, pronepotes, illegitimi, naturales, privigni, nuri, pupilli communicare in humanis cum suis parentibus respectivè, & è contrà: Non possunt tamen emancipati, nisi in iis, quæ spectant ad obedientiam, reverentiam, &c. videlicet, ut filii sunt, quia in dicto cap. privilegiantur Liberi absque ulla restrictione: ergo, & illi, & cæteri sub eorum nomine. *Filli. Coni. Bon. &c.* dixi in humanis; quia in Divinis non possunt, quia haec non spectant ad Patris subiectionem. Hinc non potest Parochus ministrare Sacra menta suo Patri excommunicato, vel coram ipso Missam celebrare. *Bon. Sua. Filli. etc.* 5. possunt subditi non ut tales formaliter, sed quatenus cohabitare cum proprio Prælato excommunicato, sicut cum cæteris Religiosis, communicare cum ipso, quantum exigit ratio cohabitationis, & è contrà, potest Prælatus communicare cum subdito excommunicato in iis, quæ spectant ad subiectionem. *Sua. Pelliz. Dia.* An autem possit subditus non communicare cum Prælato excommunicato tolerato; Neg. dixit *Pelliz.* quia hoc esset eximere Religiosos ab obedientia sui Prælati; contraria est *Sua. Gordo. Villa. etc.* 6. possunt Vassalli non communicare cum Principe excommunicato, sed ad id non teneri ante sententiam declaratoriam criminis; primum patet ex cap. *non Sanctorum*, 2. ex cap. *ultimo de panis.* Hen. Ren. q. 8. 9. 11. et seq. contraria de non posse communicare est *Bon.*

7 Quæ ignorantia, juris ne, vel facti excusat ab excommunicacione? R. utramque excusare, dummodo utraque sit invincibilis, non tamen si sit affectata ex cap. *Apostolica de Clerico excommunicato ministrante.* Hinc non teneor vitare eum, quem invincibiliter ignoro perculisse Clericum, aut si id constet, non constat tamen, an percussio fuerit notoria; aut denique, quem scio esse excommunicatum, sed nescio an sit denunciatus. *Bon.* Quid autem dicendum sit, dum quis dubitat aliquem esse excommunicatum; dixit *Bon.* cum *Fill.* quod si dubitet, de excommunicatione, & denunciatione, non debet illum vitare; quia alter fa-

faceret illi injuriam: si autem dubitet tantum denunciatio-
ne, potest illum vitare, si velit, non autem tenetur; quia non
constat, an sit denunciatus, quem tantum vitare teneatur. Ren.
q. 18.

28 Teneor ne vitare eum, qui est quidem alibi denunciatus ex-
communicatus, sed in loco, ubi ego sum, censura ignoratur, &
non scitur nisi à paucis? *N*. esse à paucis occultè vitandum, si oc-
cultè ab ipsis sciatur; publicè vero, si publicè sciatur: colligitur
ex cap. *Cum non ab homine de senten. excom.* quod caput, ut ait
Tamb. non est revocatum per Concil. Constanti. in Extravag.
ad evitanda, cui consenit *Silv. San. &c.* contraria de ubique vi-
tando, etiam in loco, ubi ignoratur censura, est *Say. Hen. &c.* &
de vitando tantum in loco, ubi contingit denunciatio, vel ab eo,
qui id probare potest, est aliquorum apud *Say.* Limitat tamen
primam responcionem *Avi.* in alibi excommunicato ob percus-
sionem Clerici, qui nullo modo vitari debet, quomodounque
percussio sciatur; quia, ex Conci. Constan. hæc percussio debet
esse notoria notorietate facti, quæ non incurritur in casu. Ren.
q. 19.

29 Quæ notitia absolutionis ab excommunicatione requiratur, ut
cocommunicare possim cum eo, quem scio fuisse excommunicata
vitandum? *N*. sufficere illius probabilem, & moralem cer-
titudinem, quia hæc purgat periculum peccandi. *Fili. Ren. q. 20.*
Imò ex *Bon.* censeri potest absolutus, si id fideliter affirmet
idem excommunicatus.

30 Quomodo ratione necessitatis possim cum vitando communi-
care? *N*. non solum ratione necessitatis spiritualis, sed tempo-
ralis etiam, sive extremæ, sive communis. *Bon. ex cap. si verè*
de sent. excom. undè recipere, vel dare possum consilium, vel
eleemosynam excommunicato. *Bon. Ren. q. 21.*

31 Quæ Personæ excommunicatae arceantur ab actionibus fori
civilis? Arcentur primo Judices vitandi ex cap. *Pia de exceptio-*
nibus in 6. 2. Advocati vitandi ex cap. Decernimus de sent. ex-
com. in 6. 3. Proeuratoris ex cap. Postquam de probationibus. 4.
Actores, etiam tolerati, (licet possint se defendere in judicio, si-
cū potest & Reus, cum id sit de iure naturæ) &. Tutores, ex cap.
Decernimus citato. 6. Testes vitandi (nisi causa sit fidei, ex eod.
cap. vel matrimonialis apud *Bon.* utpote valdè favorabilis, &
ideò amplianda.) Denique Tabelliones ex cap. 1. *de exceptioni-*
bust in 6. Dia. Ren. fol. 550. q. 1.

32 An gesta per prædictos sint validæ *N*. gesta per Judices vita-
dos

dos (non autem toleratos sunt invalida) quia primi privatur jurisdictione, non vero secundi. *Fili. Bon.* Idem dicendum de arbitris electis ad formam judicij, non autem de Arbitratoribus, seu amicabilibus compositoribus. Item gesta per Advocatos, Procuratores, Actores, & Testes vitandos valida sunt, donec per exceptionem excludantur. *Bon. Dia. etc.* Item gesta per Tutores, & Curatores sunt valida, quia nullum jus est, ea irritans. *Cormeo. Bon.* contra Canonistas. Denique gesta per Tabellionem vitandum sunt invalida, saltem in foro externo. *Fili. Bon.* *Ren. q. 2.*

33 An supradicti peccent mortaliter, se in actionibus prohibitis exercendo? *B.* Actores, Testes, Advocati, Procuratores vitandi, & Judex toleratus non peccant, donec per exceptionem repellantur. Ratio primi, quia faciunt acta valida, & in tantum à judicio repelluntur, ne in humanis communicent. *Rat. 1.* quia tunc faciunt acta invalida. Hinc quia Tabellio facit acta invalida, peccat se exercendo, sicut & Judex vitandus. *Fili. Bon. Ren. q. 3.* De Judice tolerato contrarium sentit. *Bon.*

34 Si Procurator tempore, quo constitutus fuit talis, erat excommunicatus, sed tempore acceptationis mandati fuit absolutus, an possit in judicio admitti? *q. aff.* quia ejus acta, etiam ab initio sunt valida in nostra sententia. *Ren. q. 4.* est contra *Say.*

35 An excommunicatio privet omni jurisdictione fori civilis? *B.* Judex vitandus, sive Ecclesiasticus, sive Secularis privatur omni usu jurisdictionis fori civilis: primum patet ex cap. 1. de *Supplenda negligentia Prælato.* in 6. 2. contra *Suar. Coni. etc.* à *Dia. Prepos. etc.* colligitur ex cap. *Presidentes de hereticis* in 6. Dixi *vitandus:* quia toleratus, tam Ecclesiasticus, quam Secularis privatur tantum licto usu, si se ingerat, ex dictis; non autem, si sit vocatus; & in utroque casu ejus acta sunt valida ex cap. *ad Probandum de re iudicata.* Hinc contra *Lay. & Sua.* validè poterit excommunicare, quamvis excommunicare non sit in favorem aliorum, (quod penes praecitatos Authores requiriatur, & à Conc. Constan. conceditur auctibus excommunicati tolerati) at nos aliundè idest à valore auctuum colligimus, posse etiam excommunicare. *Ren. q. 7.*

36 An Judicis delegatio facta ab excommunicato sit valida? *R.* neg. quia delegatio est actus jurisdictionis. *Bon. Ren. q. 8.*

37 Vtrum Episcopus excommunicatus vitandus habeat jurisdictionem beneficia conferendi? *R.* neg. undè collatio est illicita, nulla, & irrita ex cap. *Unico de Sede vacante lib. 6.* quod si Episcopus

scopus esset toleratus , collatio esset valida, quia in favorem fidelium, ex Extrav. ad evitanda Fili. Say. Ren. q. 9.

38 An idem sit dicendum de Electore excommunicato vitando? R. Elector excommunicatus vitandus non potest aliquem ad beneficium vacans eligere ex cap. *Cum dilectus de consuetudine.* Quod si electio facienda esset à pluribus, & unus ex Electoribus est excommunicatus; tunc dicendum est, illumi expelli debere; alias (si hujus votum necessarium esset) electio esset nulla. *Say. Bon. Ren. q. 10.*

39 Quid dicendum de Præsentatore ad Beneficium , si sit excommunicatus vitandus ? R. præsentationem factam à Laico , sicut & Clerico, ratione sui Patrimonii esse validam; secùs à Clerico factam tanquam administratore rerum Ecclesiæ . Primum probatur , quia illorum præsentatio est quid facti , non quid juris, neque supponit jurisdictionem : ergo , &c. Probatur 2. ex op polita ratione . *Say. Ren. q. 11.* Aliter discurrunt Covar. Turr. Huri. &c. Non tenetur tamen Episcopus admittere præsentationem laici excommunicati , cum hoc enim debet non communicare. *Cornejo.*

40 Quid de excommunicato vitando resignante beneficium ? R. tam resignationem factam simpliciter in manu Superioris, quam in favorem tertii esse validam , quia talis resignation factum dicit, non jurisdictionem. *Turr. Ren. q. 12. contra Fili. Sua. &c.* loquendo de resignatione in favorem tertii.

41 An contractus cum excommunicato sint liciti , & validi ? R. quod si urgeat necessitas , erunt liciti , & validi ; contra vero , erunt tantum validi . Primum constat, quia necessitas caret legge. *Fili. Ren. fol. 555. q. 1.* Probatur 2. ex cap. *Felicis*, §. verum de pœnitentia in 6. ubi excommunicato conceditur repetitio debitorum acquisitorum ex vi contractus in excommunicatione celebrati. Excipitur primò contractus, in quo requiritur rescriptum , ut in contractu matrimonii supplens defectum gradus prohibiti, quia illud ratione excommunicationis est nullum , ex cap. I. *de rescriptis in 6. 2.* excipitur contractus , in quo fit promissio de alio contractu faciendo in excommunicatione ; nam talis promissio est nulla : ergo , &c. 3. si contractus fiat ab aliquo tanquam à persona publica, quia caret jurisdictione . *Fili. Dia. Covar. etc.*

42 An excommunicati licite , & validè testari possint ? R. quod nisi à jure prohibeantur, (ut sunt heretici , & eorum fautores. Usurati manifesti , percussores Cardinalium, aut hostiliter eos

in-

insequentes) & casus sit necessitatis, & utilitatis, quam semper testamentum affert, licet, & validè testari possunt, quia cæteri contractus ab excommunicatis celebrati, sunt validi: ergo à fortiori testamentum. *Say. Fili. Ren. q. 2.*

43 An possit institui hæres, excommunicatus vitandus? *R. aff.* etiam ab intestato; imò & legata ei relicta, poterit retinere, quia excommunicatus non privatur bonis temporalibus, quæ habet de præsenti: ergo nec etiam, &c. *Say. Fili. Ren. q. 3.* contra *Silvi. Armil. etc.*

44 An testes vitandi repellantur etiam à contractibus? *R. aff.* eorum acta sunt valida, quia sunt testes de consensu partium, nisi essent excommunicati, ex eo, quod hæreticos foverint, ex cap. *Excommunicamus, S. credentes de hæreticis;* vel quia instrumentum ipsum esset suspectum; tunc enim in judicio illud vindicatum esset, cuius interesse non potest testis. Vel denique quia essent testes in testamento; hoc enim eo casu etiam esset nullum. *Say. Ren. q. 4.*

45 An excommunicatus possit licet ministrare Sacra menta, vel recipere? *R. primò* vitandus sine peccato sacrilegii non potest. Ratio est, Ecclesiæ prohibitio. *D. T. bo. Fili.* Imò ministrando irregularitatem incurrit. *Fili.* An autem contrahentes matrimonium peccent, etiam ministrando; dic cum *Dia.* non peccare, quia Ecclesia loquitur tantum de Clericis. *R. 2.* excommunicatus toleratus licet ministrare potest Sacra menta, si sit vocatus (quæ vocatio apud *Lay. San. etc.* contra *Sua. Con. etc.* ex *Conc. Conf. an.* est licita, etiam extra necessitatem) scèus si se ingerat: Non potest tamen licet ea recipere, ut patet ex dictis. *Ren. fol. 557. q. 1.*

46 Verum excommunicati priventur valida receptione, & administratione Sacramentorum? *R. primò*, excommunicatus vitandus validè administrat Sacra menta Baptismi, Confirmationis, Eucharistiae, Extremæ Unctionis, Matrimonii, & Ordinis; licet ordinatus non habeat usum Ordinis, nisi à Summo Pontifice cum ipso dispensemetur; De Baptismo constat ex variis juribus, de aliis affirmat *Say. R. 2.* Vitandus invalidè recipit, & admini strat Sacramentum Pœnitentiae. Rat. primi, quia ecepit in peccato: ergo, &c. 2. constat, quia caret jurisdictione: ergo, &c. *Fili.* Excipitur casus necessitatis tam in receptione, quam in administratione, vel etiam ignorantiae (intellige in receptione) *Fili.* *Ren. q. 2.*

47 An excommunicatus vitandus possit validè à venialibus absolu-

solvere ^{re}, nec validè, nec licitè posse ; quia penes opinionem Dia. fundatam in *Trid. sess. 14. c. 7.* cui ego adhæreo, simplex Sacerdos jurisdictionem supra venialia habet immediate ab Ecclesia, non autem ex jure divino, ut volunt *Sot. Vas. Caje. etc.* contrariæ sententiae : atqui Ecclesia privat excommunicatum jurisdictione: ergo, &c. Tum quia, talen^m jurisdictionem supra venialia, vel mortalia aliàs confessâ in simplici Sacerdote *non excommunicatio esse* quoad usum ab Ordinario impediendam, colligitur ex decreto Innoc. XI. de quotidiana Communione, in fine ergo, &c.

43 Qmam pñnam incurrat excommunicatus vitandus , si administret, vel recipiet Sacra menta ^{re}. si ministret in excommunicatione , ex variis juribus irregularitatem incurrit ; si ministret excommunicato , incurrit , ex *Bon. excommunicationem minorem*, & patet ex dictis; Imò ex cap. *Epsicoporum de privilegiis* §n 6. incurrit interdictum ipso jure ab ingressu Ecclesiæ, si cum præsumptione ministret . *Coni.* Si non excommunicatus recipiat ab excommunicato , incurrit minorem excommunicationem . *Fili.* quod si excommunicatus sit, nullam pñnam incurrit , cum nulla sit in jure , nisi tantum suspensionem pro recipiente Ordine. *Fili. Coni. &c.* Nota tamen cum *Coni.* quod Clericus scienter , & sponte admittens excommunicatos vitandos à Papa ad officia , vel Sacra menta , incurrit excommunicationem Papæ reservatam. *Nau. Sua. Ren. q. 4. &c.*

49 Quæ sint Ecclesiæ suffragia communia, quibus privatur excommunicatus ^{re}. esse illa spiritualia auxilia, quæ Ecclesia suis fidelibus applicat ; publica tamen (quæ, scilicet , fiunt à Ministris Ecclesiæ, ut Ministris; ut sunt horæ Canonicae, Missæ sacrificiuni, Orationes, Indulgencias, &c.) non autem privata. Ratio prohibitionis est , dominium Ecclesiæ supra supradicta . *Pelliz. Ren. fol. 559. q. 1. &c.*

50 An excommunicati tolerati preventur communibus Ecclesiæ suffragiis ; de vitandis enim , non est dubium ^{re}. *neg.* quia sic cum illis communicare , ex merito saltem est in favorem applicantis : ergo, &c. Tuin quia tolerato non prohibetur assistentia ad Missam , in qua Sacerdos orat pro omnibus astantibus; ergo, &c. *Nau. Ceni. Ren. q. 2. &c. contra Sot. Sua. &c.*

51 Potest ne aliquando Missa offerri à Sacerdote , ut persona privata, pro excommunicato vitando? ^{re}. cum Dia. licere Sacerdoti totum pium opus dicendi Missam, vel Officium Divinum, quantum est proprium, per quod habet suum meritum , & satisfactio-

etionem, vel imprestationem ex opere operantis offerre pro excommunicato privata intentione. Ratio quia hoc modo illud opus, alias publicum, fit privatum, quod ut tale non interdicitur excommunicato. Hinc contra *Sot. Ledes. Eccl. potest Sacerdos, ut privata persona in Memento orare pro excommunicato vitando. Fili. Verric. Pellix. Ren. q. 3. Eccl.*

52 An licitum sit pro excommunicato contrito, nondum absul-to, communia suffragia applicare? *R. neg. quia excommunica-tio est pena externa, & publica: ergo non tollitur per contri-tionem internam; Tum quia id colligitur ex cap. A nobis eo-dem titulo. Coni. Hurs. Ren. q. 4. contra Nav. Covar. Eccl.*

53 An Ecclesiæ suffragia, v. g. sacrificium Missæ oblatum à Sa-cerdote, ut persona publica, proposit excommunicato vitando contrito, nondum tamen absul-to? *R. neg. quia censura non au-fertur per contritionem, ut modo dictum est; ergo si manet censura, nullatenus proposit sacrificium oblatum à Ministro ut persona Christi. Sot. Vas. Turr. Ren. q. 5. Eccl. contra Fabrum.*

54 Sint ne alii effectus excommunicationis majoris? *R. præter ir-regularitatem, & suspicionem de heresi; si per annum excom-municatus insordescat, qui sunt effectus mediati, de quibus su-prà, privatur excommunicatus vitandus voce activa, & passi-va; toleratus vero, tantum passiva; quia activa est in favorem, eligendi. Pellix. Notat tamen Bon. non statim insordescensem condemnandum esse ut haereticum, sed post annum esse vitan-dum tanquam suspectum; quod si sit contumax, debet iterum excommunicari; & si per alium annum insordescat, damnari potest ut hereticus, ex cap. Cum consumacia de hereticis in 6. Ren. q. 6.*

CENSURA EXCOMMUNICATIONIS MINORIS. Quares.

1 **Q**uid sit? *R. est censura Ecclesiastica privans tantum parti-cipatione passiva Sacramentorum, & passiva item elec-tione ad Beneficia, ex cap. Si celebrat de Clericis excom. minif. Et licet in hoc capite non fiat mentio de præsentatione, & col-latione; ad has tamen extenditur à Bon. Ricc. Coni. Eccl. Hæc ex-communicatio fertur tantum à jure contra communicantem, cum excommunicato vitando; ita usus probavit, licet olim se-rebatur ab homine. Fili. Nav. Ren. 10m. 2. fol. 561. q. 1.*

2 An excommunicatio minor incurritur tam ob veniale, quam mortale peccatum? *R. aff. ut patet in communicante cum ex-*

- communicato majori excommunicatione, tum in Divinis, tum in humanis. *Ren. q.2.*
- 3 An peccet mortaliter excommunicatus minori excommunicatione, si recipiat Sacra menta, vel Beneficia? *R. aff. Say. Bon. Pellic.* &c. ex cap. *Si celebrat citato;* quia violat legem in re gravi; immo *Fili.* addit, etiam peccare mortaliter conferentes talia beneficia minori excommunicatione excommunicato, & denunciato ut tali; contrà si non sit denunciatus, ut communiter esse solet. *Ren. ibi.*
- 4 An excommunicatus minori excommunicatione peccet ministrando Sacra menta? *R.* peccare mortaliter, si ministrando recipiat, ex cap. *Si celebrat cit.* nullum verò peccatum committere, ministrando tantum, quia hoc non est prohibitum. *Fili. Nav. Dia. Ren. q.3.*
- 5 Vtrum excommunicatus minori excommunicatione valide recipiat Sacramentum Poenitentiae, de aliis enim non est dubium? *R. aff.* si sine peccato illud recipiat, videlicet, quia ignorat excommunicationem, vel de ea est oblitus; contra, si cum peccato; si scilicet scienter omittit eam manifestare. *Vivaldi.* *Nav. Ren. q.4.* &c. contra *Sot. Cajet.* absolutè affirmantes, & contra *Syl.* &c. absolutè negantes.
- 6 An excommunicatio minor invalidet ipso jure electionem excommunicati ad Beneficium? *R.* esse ipso jure validam, invalidandam tamen per sententiam, ex cap. *Si celebrat cit.* dicunt *Say. Riccar.* &c. Idem dicunt, si per ignorantiam electorum talis electio fuisse inita. *Sua. Coni. Lay.* contra *Gabrielem,* &c. quia talis electio est reprobata non ob culpam eligentis, sed ob incapacitatem subiecti.
- 7 In quibus casibus incurritur excommunicatio minor? *R.* antiquitus variis erant casus; hodie tamen solum incurritur communicando sive in divinis, sive in humanis cum vitando; non quidem mortuo, hunc, videlicet, sepeliendo, vel in crimen criminoso cum vitando communicando: quia in his casibus minor excommunicatio commutatur in maiorem. *Bon. Pellic.* *Ren. q.6.*
- 8 Quis ab excommunicatione minori absolvere possit in foro interno? in foro enim externo, quilibet Ordinarius absolvere potest, nō autem inferior, vel (si lata sit ab homine) is, qui eam tuavit? *R.* solum proprium Sacerdotem, scilicet Papam, in toto Orbe, Episcopum in sua Diœcesi, & Parochum in sua Parœcia (in cuius nomine venit etiam Sacerdos approbatus; ut colligitur ex cap.

cap. *Nuper de sent. excom.*) absolvere posse. Bon. Hinc non potest simplex Sacerdos, quamvis posset à venialibus absolvere, quia in dicto cap. *Nuper id conceditur soli proprio Sacerdoti, qualis ille non est; & aliud est ab excommunicatione, aliud à venialibus absolvere.* Bon. Ren. q. 7.

CENSURA EXCOMMUNICATIONIS

Si quis suadente diabolo, edita ab Innoc. II. contra percutientes Clericum, vel Monachum. Quares:

- 1 **Q** uodnam sit subiectum capax hujus excommunicationis? s. omnes judicium habentes ad peccatum mortale committendum eam incurtere posse. *Glosa* in dicto cap. *Si quis. Excipitur Papa, qui est supra Canones. Fili.* Bon. Ren. 10. 2. fol. 565. q. 1.
- 2 Si quis percutiat Clericum consentiente in sui percussionem, an incurrat, &c.? s. aff. si percussio sit injuriosa, videlicet, quia Clericus fatisfacere vult percusso à se, ex cap. *Contingit de sent. excom. Bon. Coni. Fili.* In quo casu, non ipso facto, sed post sententiam tantum incurret ipsem etiam Clericus, quia in dicto cap. dicitur, excommunicetur. *Sua. Nav. Bona. Ren. q. 2. 5c.*
- 3 Si Clericus seipsum ex ira percutiat, an, &c.? s. neg. quia in *Canon.* *Si quis,* textus loquitur de tertia persona, & pñæ sunt restringendæ. *Dia. Pala. Leon. Ren. q. 3. contra Sua. Moti. Bon. 5c.*
- 4 Vtrum hanc excommunicationem incurrant consulentes, mandantes, & consentientes? s. aff. si verè influxerint, et si tantum tacite, & non expressè, quia licet supradicti in dicto cap. non exprimantur, sunt tamen alii Canones prohibentes has actiones, sic cap. *Mulieres, 5. illi de sent. excom. excommunicantur mandantes; & consulentes, cap. Quando de sent. excom. Dia. Bon. Say. Ren. q. 4. 5c.*
- 5 Si mandans, vel consulens revocet mandatum, an incurrat excommunicationem? s. neg. loquendo de mandante, quia mandatum est gratia ejus, qui mandavit: ergo dummodo innotescat mandatario, quovis modo hoc fiat, sufficit; De consulente vero aliter discurrendum est; nam tunc hic tantum non incurrit, quando non solum revocat, sed contrarium expressè persuadet, quia consilium datur in gratiam ejus, qui consultur, & hic non tam citè credit contrarium. *Ren. q. 5. Pelliz. contra Syl. Nav. Lay.* absolutè negantes, & contra *Nav. Moti. esc.* absolutè affirmantes.
- 6 Si antequam mandatarius percutiat, mandans moritur, an hic ex-

excommunicationem incurrat ? q. quod si mandatarius ignorans mortem mandantis percutiat , mandans etiam mortuus incurrit ; contra , si mandatarius sciens percutiat , quia licet in utroque casu ob mortem mandantis , censeatur mandatum revocatum ob penitentiam , ex cap. *inter causas*, §. 1. ff. *mandati in 1.* tamen quia non innotuit mandatario , verè hic ex mandato percussit : ergo , &c. non sic in secundo, undè culpa ipsius fuit *exequi* mandatum : ergo hic incurrit , & non ille ; sicut è contrà , (extra hunc casum) mandans incurrit , non autem mandatarius , quando hic ignorat censuram , vel quem percutit , esse Clericum. *Molin. Petriz. Ren. q. 6. etc.*

7 Vtrum mandans , vel consulens existens in gratia , quia videlicet pénituit , nec ob distantiam revocare potest mandatum , incurrit hanc excommunicationem ? q. aff. quia influxus mandantis , incognita mandatario revocatione , non tollitur per contritionem : ergo jam ipse est voluntarius percussor Clerici : ergo , &c. Tum quia excommunicatio , de se non est incompatibilis cum gratia , sed tantum ratione peccati : ergo , &c. *Dia. Bon. Cornejo. Ren. q. 7. etc.*

8 An ratam habens percussionem Clerici suo nomine factam , incidat in hanc , &c. ? q. aff. si verè potuerit ratificans mandare percussionem tunc temporis , nec fuerit amens , vel infans ; ratificet item aliquo signo externo , approbando scilicet , non tantum gaudendo. Rat. est , quia ratihabitio comparatur mandato , & ita expressè deciditur in cap. *Cum quis de senten. excom. in 6.* *Dia. Bon. Villa. Ren. q. 8. etc.*

9 Vtrum non impediens hanc percussionem , incurrit hanc excommunicationem ? q. aff. si ex justitia tenetur , ex cap. *Quanta de sept. excom.* contrà , si solum ex charitate , & sine suo detimento ; imò , & ex odio non impedit . Rat. quia hæc excommunicatione lata est ob actionem , non ob omissionem . *Bono Coni. Lay. Ren. q. 9. etc.*

10 Quomodo percussores Clericorum sint excommunicati vitandi ? q. sunt vitandi , etiam si denunciati non sint ; dummodo percussio sit notoria notorietate facti , id est , facta in præsencia multorum , septem videlicet , vel decem , aut , ut vult communis opinio , numero ad arbitrium prudentis ; non autem quando solum est notoria notorietate juris , quando scilicet , illam delinquens in judicio fatetur ; tunc enim expectanda est denuntiatio . *Dia. Bon. Ren. q. 10. etc. ex verbis Clementine in Extrav. ad vitanda.*

11 Sunt

- 11 Sunt ne statim vitandi publici percussores Militum: D. Jacobi, Calatravæ, &c. & aff. quia in favorabilibus nomine Clericorum veniunt Religiosi, & omnes Ecclesiastici. *Dia. contra Sua. & Baucium.* Aliter discurrendum est de consulentibus, & mandantibus, quia de his mentionem non facit Concil. Constan. nec contra ipsos adsumt alia jura. *Ren. q. 11. Dia. ex Leo.*
- 12 Qui veniunt nomine Clerici, & Monachi & r. nomine Clerici, veniunt omnes initiati prima tonsura, ex cap. *Cum contingat de etate, & qualitate;* dummodò gestent habitum, & tonsuram. *Fili.* viventes sint, non autem mortui, quia hi non sunt Ecclesiastici, cum non sint homines. *Hem. Pellix.* contra plures apud *Dia.* Nomine autem Monachi, veniunt omnes Religiosi, & Religiosæ, etiam Conversæ, imò & Novitii utriusque sexus, quamvis non induit habitu Religionis, & ad novitiatum ante pubertatem admissi: nam isti in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum, & censentur tales, fictione juris. *Pellix. San. Bon. Ren. fol. 569. q. 1.*
- 13 An Clerici excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, degradati gaudeant, &c. & r. aff. de Clerico irregulari, verbaliter degradato, & quavis censura irrecito, quia per hæc Clericus non amittit nomen Clerici. *Bon. Fili. Nav. &c.* De realiter degradato loquendo, dicendum est, non gaudere ob oppositam rationem, ex cap. *Degradatio de paenit. in 6. Tolei. Nav. Ren. q. 2.* contra *Mariam* apud *Dia.*
- 14 An gaudeat hoc privilegio Clericus conjugatus & r. aff. si unicam, & virginem duxit (imò apud *San.* quamvis à se corruptam) deferat habitum, & tonsuram, ex *Constit. Bonif. VIII. in cap. unico de Clericis conjugatis in 6.*, inserviatque alicui Ecclesia ex *Trid. sess. 23. cap. 6. de Reforma.* quod loquitur, non tantum ut prædictus gaudeat privilegio fori, sed etiam Canonis, confirmat enim ibi *Constit. Bonif.* sed hic loquitur de utroque privilegio: ergo utrumque confirmat: ergo, &c. *San. Coni. Ren. q. 3. &c.* contra *Avil.* & *Megalum* quoad servitium Ecclesie.
- 15 An Bigami bigamia interpretativa, vel similitudinaria gaudeant hoc privilegio & r. Bigamus bigamia similitudinaria & ut quando post sacros Ordines, matrimonium quis contrahit, gaudent privilegio: quia dispositio in casu vero non se extendit ad casum factum. *Bon.* Bigamus vero bigamia interpretativa non gaudent, quando hanc scilicet, contrahat, duplex matrimonium iniendo, & utrumque consummando; quorum neutrum, vel solum alterum est validum. *Rat.* quia hæc est vera bigamia.

- Bon.** quando verò illam contrahit cognoscendo uxorem suam adulteram , qui est alias casus interpretativæ bigamiæ , tunc gaudet ob oppositam rationem. *San. Ren.q.4.*
- 16 Si Clericus** in minoribus constitutus careat requisitis Concilii , an gaudeat privilegio Canonis? de Clerico enim in sacris nemo dubitat . *R. aff. ex declaracione Sacrae Congreg. cap. Comitolum explicante Concilium contrarium indicens* , ut sit intelligendum de privilegio fori , & non Canonis; vel si hujus , loquitur de Clericis conjugatis. *Moli. Avil. Dia. Ren.q.5. contra Sua. Coni. Lay. &c. absolute negantes, & contrà Say. Syl. Bon. &c. legantes* in casu dumtaxat trinæ monitioni ab Episcopo factæ.
- 17 An Clericus incorrigibilis** gaudeat privilegio Canonis; de privilegio enim fori loquendo, non est dubium, quod non gaudeat ex cap. *Cum non ab homine de judiciis.* *R. aff. etiam post sententiam declaratoriam incorrigibilitatis.* Rat. est, quia caput modo citatum solum loquitur de privilegio fori , quod dixit amitti post sententiam declaratoriam. *Sua. Riccio. Ren.q.6. contra Fili. &c.*
- 18 Quomodo Clerici** buffones , macellarii , tabernarii , aut enor- mibus se immiscentes non gaudeant hoc privilegio ? *R. buffones ipso jure privantur , si per annum illam ignominiosam artem exercuerint, vel si breviori tempore, ter autem admoniti, non resipuerint, ex cap. unico de vita, & honestate Clericorum in 6. Macellarii, vel Tabernarii, si habitum non deferant , privantur post trinam monitionem (idem dicendum de conjugatis, sive deferant, sive non, habitum) si verò deferant, privantur privilegio in rebus tantum, ex Clementi. 1. de vita, & honestate Clericorum. Lay. Denique enoribus se immiscentes, ut seditiosi, graffatores, pugnantes in bello, &c. privantur, etiam si nulla monitio Episcopi præcesserit . *Pelliz. ex cap. 1. de Apoſt. cap. Cum ab homine de sens. excom. Item Lay. Coni. &c. non sic discurrendum est de exercentibus mercaturam, vel administrationibus secularium se implicantibus. Bon. Moli. Ren.q.7. &c.**
- 19 An gaudeant** hoc privilegio Religiosi nullo ordine insigniti, invalide tamen professi , apostatae, ejecti à Religione, vel damniati ad tritemest? *R. aff. etiam si habitum non gestent respectivè.* Rat. primi, quia Novitii gaudent: ergo, &c. *Bordonus contra Dia. Rat. 2. quia illi semper sunt professi, etiam si habitum non gestent. Leo. Dia. Rat. 3. quia Clerici sine habitu gaudent: ergo, &c. Dia. contra Portet. Rat. 4. quia licet sit Papæ consensus, illos percuti à præfectis tritemnum , non tamen ab aliis . Pelliz. Mira. Nav. Ren.q.8. &c.*
- 20 An

- 20 An gaudeant hoc privilegio Tertiarii S. Dominici, aut S. Francisci, vel Oblati alicujus Religionis? R. aff. si tria vota emittant, addicti sint alicui Religioni, habitum deferant, & collegialiter vivant; contra, si in propriis domibus habitent. De emittentibus tria vota, constat ex concessione Xisti IV. sicut de oblatis Carmelitarum. De aliis constat ex declaratione Sac. Congreg. apud Fili. Rat. est, quia sic solum censenter Personæ Ecclesiasticae. *Rodr. Nav. Lay. Ren. q. 9. ¶ c.*
- 21 An Tertiariæ, vulgariter, dictæ Bizoche, gaudeant? R. utroque privilegio gaudere, si castitatem voverint in manibus alicujus Superioris Regularis, etiam si in propriis domibus habitent, ex Conc. Lateran. sub Leone X. & ex decretis Sac. Cong. apud Lay. tract. 17. q. 3. n. 20. Ratio est, quia istæ sunt veræ Religiosæ, & Personæ Ecclesiastice. *Fili. Ren. q. 10.*
- 22 An Eremitæ gaudeant privilegio Canonis? R. aff. si in communitate vivant sub aliqua regula, & sub aliquo Superiore; quamvis vota non emittant; tales sunt in Civitate Neapoli senes S. Honofrii, Pueri pauperes Jesu Christi, &c. Rat. quia censentur Religiosi. *Bon. Fili. Nav. Ren. q. 11. ¶ c. contra Pala. ¶ c. de non emittentibus vota. Hinc Eremitæ vagi non gaudent. Pel. liz. ¶ c.*
- 23 An Milites Religiosi Hierosolimitani, D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. gaudeant? R. aff. quia hi ordinis, vel sunt veræ Religiosi, ut sunt Equites S. Joannis, vel saltem sunt Personæ Ecclesiasticæ tria vota Religionis suo modo servantes ex dispensatione Sedis Apostol. *Pelliz. Garzia, Dia. Ren. q. 12. ¶ c. contra Lopez de taxeda.*
- 24 Quid veniat nomine injectionis manus violentæ? R. per manus violentas significatur omne corporale damnum violenter, & cum dedecore Clerico illatum, attingens physicè Personam illius, vel res ei adhærentes, consistens in opere, percussione scilicet, vel facto, ut Clericum cum dedecore includendo in aliquo loco, vel in foveam præcipitem dando, est communis. *Fili. Dia. Ren. fol. 577. q. 1. ¶ c.*
- 25 Vtrum furans bona Clericorum non ex eorum manibus, vel domibus, sed ipsis inbarentes, incurvant? non enim dubium est, eum in primo casu incurrere, & in 2. nequaquam? R. neg. si sine violentia furetur latro Clerico, v. g. dormienti cingulum, vestem, &c. quia hæc actio est fraudolenta, non violenta. *Dia. Bon. Coni. contra Naldum, D. Antonin.* Quod si per furtum vestis cogatur Clericus è domo non exire, incurrit latro excom-

municationem, quia infert illi vim, & injuriam, non minas, ac si Clericum domi detineret, adhibendo custodes. *Ren. q. 2. D. An-
to. Fili. contra Coni. & Bon.*

- 26 Si quis eripiat violenter e manibus Clerici res suas, an incurrat, &c.? *R. neg.* si non erant commodatae, vel si sic, commodatae erant ad certum tempus, quod erat finitum: contra, si transactum non erat, quia in hoc tertio casu infert illi injuriam, & violentiam, non autem in primo, & 2. *Say. Fili. Bon. Ren. q. 3. Et c.*
- 27 Si quis equi, cui Clericus inflidet, detineat, vulneret, aut ejus frænum frangit, an, &c. *R. aff.* quia injuria, & violentia fit Personæ, etiam mediantibus rebus adhærentibus Personæ. *Lay. Say. Ren. q. 4.*
- 28 An censeatur excommunicatus, qui domi Clericum detinet, ponendo custodes? *R. aff.* ita exprefse deciditur in cap. *Nuper de sent. excom. Rat.* quia actio illa injuriosa est, & violenta Clerico. *Bon.* quod si hunc minis tantum, & sine vi, detineret, non incurreret, quia minæ sic non sunt actio injuriosa, sed verba, quæ non veniunt nomine actionis. *Megala, Bon. Ren. q. 5.*
- 29 Si quis sclopum explodit, vel lapidem jacit in Clericum, an excommunicationem incurrat, si non lædit? *R. aff.* si aliquo modo lædit, ut si ex timore in terram deiicitur, vel moritur, contraria, si nullo modo lædit. *Rat. primi,* quia actio moraliter saltem est injuriosa, & violenta. *Fili. Rat. 2.* quia actio non est externè peccaminosa, sed tantum internè. *Fili. Bon.* Idem dicendum de inseguente Clericum fugientem, & hic non ex timore, sed casu cadit, quia id per accidens est. *Bon. Ren. q. 6.*
- 30 An qui per unicam vicem colaphum Clerico impingeset, vel baculo leviter eum percuteret, incurreret? Idem queritur de conspuente, aqua, vel pulvere aspergente Clericum? *R. ad pri-* mum *aff.* quia licet prædictæ actiones comparatione corporis, in se graves non sine, mortales tamen sunt, comparatione honoris. *Sua. Fili. Bon. Et c. contra Vidal.* Idem à fortiori dicendum est ad 2. quia illæ sunt valde injuriosæ. *Say. Lay. Bon.* Hinc colliges; levem materiam, in prælenti esse repercutere, v. g. vel reimpellere Clericum, non ex odio, sed ex aliquali ira, pugnis impuberis invicem se repercutere, &c. *Pelliz. Dia. Ren. q. 7.*
- 31 Vtrum excommunicationem incurrat, qui Clericum per capillos, vel per vestes, seu manus tenens, dicit, si non esses Clericus, ego te percuterem, occiderem, &c.? *R. aff.* quia licet in casu percussio minata non adfit, adficit tamen actio injuriosa. *Dia. Silv. de Leo. Ren. q. 8. Et c. contra Eodo.*

82 Si

32 Si quis venenum Clerico propinaret, an, &c.? R. aff. si exinde mors, vel læsio aliqua secuta fuit: quia ista est actio maximè injuriosa. *Pala. Fili. Mel. Ren. q. 9. Et c. contra Rodri. & Ans. quorum opinio expuncta fuit per S. Inquisitionis Tribunal.*

33 Vtrum Monialis procurans sui abortum, vel extraneus procurans abortum Monialis incurrat excommunicationem Canonis *Si quis*; nam certum est utrumque aliam excommunicationem incurrere ex decreto Xisti V. & Greg. XIV. si fœtus sit animatus? R. ad primum neg. quia actio non est violenta, nec injuriosa Personæ Monialis, sed tantum fœtui. *Dia. Bon. Et c. contra Rod. Et c.* Idem dicendum ad 2. si Monialis consentiat, tunc enim non fit injuria fœtui, tanquam Personæ sacrae, quia talis non est. *Port. Ren. q. 10. contra Dia.*

34 Si quis eadē actione, v. g. sclopo, duos Clericos interficiat, an unam, vel duas excommunications, &c.? R. duas incurrire, quia sunt duas injuriæ, & duo peccata in nostra sententia: ergo, &c. *Sua. Gord. Ren. q. 11. contra Coni.* putantem esse unum peccatum.

35 Quæ sint causæ excusantes ab hac excommunicatione? R. excusantur primò pueri pugno se invicem percutientes, etiam cum aliquali sanguinis effusione: quia respectu istorum non reputatur gravis injuria. *Dia. 2. excusat*, qui incontinenti percutit ad sui rerum suarum (excedentiū tamen valorem unius aurei, ut dicemus in 33. opinione damnata ab Innoc. XI.) vel honoris defensionem cum moderamine, &c. *Pelliz. Et c. ex c. Si verò de sent. excom. 3. excusat* ignorantia sive juris, sive facti, etiam affectata, sive occasio percutiendi sit ex opere licito, sive illicito. *Pelliz. ex cap. Si verò cit. 4. eximitur* percussio per jocum, nisi sit mortaliter excedens. *Bon. Dia. 5. excusat*, qui percutit causa correctionis, nisi mortaliter excedat, ex cap. *Vniverstatiss de sent. excom. Say. Pelliz. Bon. Et c. 6. qui casualiter. 7. excusat* secularis Jūdex detinens Clericum in casibus à jure permisīs, ad eum suo Superiori præsentandum. *Say. Dia. Ren. fol. 579. q. 1.*

36 An liceat Clericum percutere ad defensionem Parentum, Amicorum, imo & extraneorum? De duobus primis loquendo, certum est, licere si fiat incontinenti, & cum moderamine. *Bon. Hinc, de extraneis loquendo, dicimus* cum eodem, & *Dia.* etiam licere. *Rat.* utriusque, quia defensio non solùm propria, sed etiam cujuscunq; innocentis, est licita, arguento cap. *non infrena* 24. q. 3. *Hinc, si excedatur, incurritur.* *Bon. Ren. q. 2.*

37 Si

- 37 Si spoliandus à Clerico invasore possit evadere fugiendo, an incurrat, si percutiat? *R. neg.* si fuga sit illi injuriola, vel sit in periculum mortis, vel lapsus, &c. contra, si hæc omnia desint. Ratio est, honor defendendus. Hinc, viro nobili ignominiosa est fuga, secus Plebejo, & Religioso. *Say. Ren. q. 3. contra Bord.*
- 38 An incurrat, qui Clericum fugientem incontinenti insequitur, & repercutit? *R. aff.* quia hæc esset vindicta, non defensio, ex dicendis infra: V. opiniones damnatas op. 30. *Rodr. Bon. Ren. q. 4. contra Nav. &c.*
- 39 Si fugiens inimicum, vi surripiat ensem, vel equum de manu Clerici ad se defendendum, an, &c.? *R. neg.* si Clericus non sit in simili periculo, & aliter fugiens, periculum evadere non possit, quia ratione extremæ necessitatis nulla injuria irrogatur Clerico potius vim inferenti, resistendo, quam patienti. *Coni. Say. Fili. Ren. q. 5. &c.*
- 40 Vtrum mulier possit ad defensionem sui honoris Clericum percutere? *R. aff.* si factis Clericus eam tentet (cum moderamine tamen) secùs si solum verbis. Primum constat ex dictis. *Say. 1. probatur:* quia non servatur moderamen, cum possit mulier (ut supponimus aliàs, &c.) imo ex dicendis in 30. opinione damnata, debeat clamoribus Clericuni repellere. *Ren. q. 6.*
- 41 Si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum consanguinea, an incurrat? *R. neg.* si inveniat cum matre filia (non autem illegitima, vel adoptiva. *Coni. Dia.*,) item uxore (non auctem sponsa de futuro. *Bon. San. &c.* contra *Coni.* quia textus modo adducendus est odiosus contra privilegium Clericale,) item sore, & denique cum moderamine percutiat; cum aliis tamen consanguineis inveniens, si percutiat, incurrit, ita expressè deciditur in cap. *Si vero el 1. de sent. excom. quamvis, in utroque casu, percutiens mortale committat. Coni. Fili. Bon. Ren. q. 7. &c.*
- 42 Quid veniat nomine agentis turpiter? ut dicitur in dicto cap. *R. venire Clericum amplectentem, osculantem, aliisque tactibus vacantem, item in loco suspecto cum consanguinea degentem;* ita ut ex circumstantiis merito coniici possit turpitudo. *Dia. Lay. Bauni. Ren. q. 8. &c.*
- 43 An Pater possit percutere filium, causa correctionis, in sacris constitutum? *R. aff.* si mortaliter non excedat, quia solum Episcopi, & Cardinales ob suas dignitates liberantur à patria potestate, non autem filii per sacros Ordines, ex Auth. *Presbyteros la. & ex cap. Per Venerabil. m. Bon. Fili. Nav. Ren. q. 9. &c.* contra *Moli. Pala. &c.*

44 Qui

44 Qui modus de jure servandus sit in tali correctione , ut excommunicatio non incurritur ? R. Superior Regularis per seipsum, vel per Monachos tantum (non autem extraneos, & laicos) percutere potest, ex cap. *Universitatis de sent. excom. Sua. Coni. &c.* Episcopus autem non debet per seipsum, sed per alios Clericos, ex cap. *non licet dis. 88.* quod si contra faciat, non peccat, nec incurrit. *Fisi. Gord. &c.* Magistri denique, & parentes possunt per alios laicos. *Moli. Lay. Pala. Ren. q. 10. &c.* quia per laicos, jure positivo, solis Praelatis Regularibus prohibitum est, ob indecentiam.

45 An ignorantia vincibilis excusat ab hac excommunicatione? R. Ignorantia crassa, & supina non excusat, bene verò affectata, quia haec licet procedat ex temeritate, in casu tamen non est circa excommunicationem, sed circa ignorantiam, quod sufficit ad non incurrendam censuram. *Dia. v. ignorantia, ubi etiam de comitanti. Ren. q. 11.*

46 Si quis percutiat Clericum putans esse laicum , vel Petrum Clericum , putans Paulum Clericum , an , &c. ? R. ad primum neg. etiam si habeat voluntatem actuali percussionei , adhuc si esset Clericus, quia excommunicatio incurritur per actum consummatum , non per affectum consummandi . *Pelliz. Ren. q. 11. &c.* Vnde ad 2. R. aff. si videat se percutere Clericum, secùs si non videat, scilicet, quia noctu percutit. Rat. primi, quia excommunicatio lata est contra Clericum percutientem, nō verò contra percutientem hunc, vel illuni Clericum. Rat. 2. quia tunc percussio est omnino involuntaria. *Ren. q. 12. Pelliz. &c. contra Fragosum apud Dia. probabiliorem contrariam existimantem.*

47 Quis possit ab hac excommunicatione absolvere ? R. à percussione levi, quamvis publica, absolvere potest Episcopus, ex cap. *Pervenit de sent. excom. sicut etiam à gravi, & quidem occulta, vigore Trid. cap. 6. de refor.* A publica autem, solus Papa, & Legatus à Latere quocumque à quacumque absolvere potest ex cap. *Excommunicationis de officio legati.* Cæteri verò Legati à quacumque absolvere possunt tantum eos, qui sunt de sua Provincia , ex cap. *penultimo de officio Legati.* *Pelliz. Bon. Ren. fol. 584 q. 1. &c.*

48 Quæ dicatur percussio levis , medioeris , enormis, seu gravis? R. levis est illa, quæ talis dicitur respectu gravis, non quia peccatum excludit; & talis est, quæ fit pugno , palma , lapide , baculo, &c. ubi nullum membrum absinditur , nec multum sanguinis emittitur , &c. quod remittendum est arbitrio prudentis,

- tis , attentis circumstantiis Personæ , loci , temporis , læsionis , &c. *Say. Lay. Pelliz.* Mediocris est , in qua , dens , vel copia capillorum evellitur , caro fugillatur , magna copia sanguinis sine gravi læsione effunditur , &c. Gravis denique est mutilatio , occiso , gravis vulneratio , &c. *Fili. Pettiz. Ren. q. 11.*
- 49 An percussio de se levis , fiat gravis , ratione circumstantiarum , & è contra *u.* aff. ita se habet gravis facta à Patre , Magistro , Prælato , &c. item levis , facta à subdito suo superiori , vel facta Clerico ministranti in Altari ; item Clerico in platea publica clegenti , dummodo generet magnum aliquod scandalum ; alias esse levem , dixit *Dia.* cum *Nau.* contra *Bau.* *Syl. v. &c.* & idem dixerunt de facta in facie , oculis , in Ecclesia , vel Dormitorio , non quidem media alapa , quia haec semper est gravissima injuria. *Bau. Geneven.* *Ren. q. 3. &c.*
- 50 An habentes quasi Episcopalem jurisdictionem , possint à levi absolvere ? *u.* aff. quia haec facultas competit Episcopis ratione jurisdictionis , alias illam delegare non possent : ergo de ea participant habentes quasi Episcopalem jurisdictionem. *Pelliz. Dia. Ren. q. 4.* contra *Moli. Syl. v. &c.*
- 51 An possint Superiores Regulares absolvere suos subditos ab hac censura ? *u.* posse à levi , & gravi , constat ex cap. *Cum illorum de sent. excom.* & non tantum Professos , sed etiam Novitios. *Pelliz.* dummodo hi omnes ad invicem se percuferint , nam si secularem Clericum percuferint , absolvi debent ab Episcopo , si percussio sit levis , ex cap. *Religioso de sent. excom. in 6. imo.* & ab enormi posse Minores , Prædicatores , & qui cum illis communicant. *Pelliz. Ren. q. 5.*
- 52 Si Religiosus percuferit Religiosum alterius Monasterii , vel secularis Religiosum , à quo sunt absolvendi ? *u.* absolvendum esse in primo casu Religiosum ab utroque Prælato , itaut Prælatus percutientis absolvat , & semel percutiat , Prælatus verò percussi verberet , injuriam condonet , & definit pænam imponendam percutienti à suo Prælato ; Quod si discordaverint , eligendus est arbiter. *Dia. Lay. Pala. ex cap. Cum illorum de sent.* In 2. verò casu , absolvēdus est secularis à suo Episcopo. *Laynen si ex Glosa in cap. Parochianos de sent. excom.* & denique ex *Ren. q. 6. Dia. &c.* contra *Laynen.* satisfacere debet secularis Monaco , non Monasterio.
- 53 Si in uno Monasterio sit tantum Superior , & aliis Religiosus subditus , an si invicem se percutiant , possint se invicem absolvere ? *u.* aff. in casu necessitatis , ob scandalum , v. g. in non ce-

lebrando , & aditus non pateat adeundi Episcopum , vel alium Regularem , etiamsi percussio sit notoria , quia tunc ratione extremae necessitatis prædicti se habent , ut carentes copia confessarii . Dia. Rodri. Sua. etc. Extra casum tamen necessitatis , non possunt , quanvis percussio esset occulta . Rat. quia tunc licite administratur Sacramentum Pœnitentiæ à tolerato , quando hic licite vocatur , quod fieri non potest ab excommunicato , etiam tolerato . Ren. q. 7. contra Sua. Tamb.

§ 4 An supradicti omnes possint absoluere percussionem deducam ad forum contentiosum ? &. aff. in sequentibus casibus :

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis.

Religiosus, inops, aegerque, senesque, fidelis.

Janitor, adstrictus, dubium, causa levissimum.

Debilis, absulvi sine summa sede merentur.

Hinc absolvit possunt primo Regulares etiam ab enormi , ut dictum est supra . 2. constituti in articulo mortis , ex cap. Quamvis de sent. excom. 3. mulieres , etiam ab enormi , ex cap. cit. cap. Mulieres . 4. qui ratione inimicitiae itinerari non possunt , ex cap. cit. 5. Minoribus 14. annorum , etiam ab enormi , ex cap. cit. cap. Pueris . 6. qui turbam arcendo , Clericum non enorriter percutiunt , ex cap. Si vero de sent. excom. in 6. 7. Viri nobiles magnæ potentiae de consensu tamen Pontificis , cap. Mulieres cit. 8. Inopes , ut qui arte vivunt , ex cap. Quamvis cit. non autem pauperes mendicantes , & robusti , ex cap. Ea noscitur . 9. Clerici in communi viventes in Seminariis , &c. ex cap. Quoniam de vita , & honestate Clericorum ; dummodò percussio atrox non sit . 10. Janitores , qui prætextu sui officii non enorriter percutiunt , ex cap. Si vero cit. 11. Adstricti servitio alterius , vel patriæ potestati , etiam ab enormi , dummodò deliquerint ad hoc , ut vagari possent , vel quando eorum absentia magnum affert incommodeum , cap. Prælatum de sent. excom. 12. Is , de quo dubium est , an percusserit , non autem , quando dubium est , an fuerit enormis , quia tunc talis reputatur in favorem status Ecclesiastici . 13. Qui excusantur à peregrinatione . Denique leviter percutiens . Dia. Ren. q. 8.

§ 5 An prædicti absolvit debeant cum juramento se presentandi Sedi Apostolicae cessante impedimento? &. neg. si impedimentum sit perpetuum , secus , quando temporale ; ita deciditur in cap. Quamvis cit. in quo excipiuntur pueri ; nam beneficium semel indultum minori , non extinguitur per supervenientem actatem maiorem . Ren. q. 9. S. 4. ex Panorm.

CEN-

CENSURA EX COMMUNICATIONIS

ob Duellum edita à Tridentino, Pio IV. Gregorio XIII.

et Clemente VIII.

Quæres.

- Q** Vid, & quotplex sit duellum ? *¶*. ad primum duellum est pugna duorum, vel plurium ex condicō, statuto loco, & tempore, cum periculo occisionis, vel vulneris; undē ad 2. duellum aliud est privatum, aliud publicum: primum fit sine Partinis, & consensu Principum; Publicum verò è contrà. *Ren. tom. 2. fol. 589. q. 1.*
2. Si quis occurrentis inimico diffidat illum in tali loco, quo statim tendunt, & ibi pugnant, an incident in hanc excom. ? *¶*. aff. quia assignatur locus, & tempus, si non de futuro, saltem de præsenti. *San. Fili. Bon. contra Sua.* Idem dicendum de eo, qui contendens cum alio, dicit, expecta hic, donec arma sumam, quia est provocatio. Contrà, si contendens dominum adit ad arma capienda, & pergens, inimicum diffidat, & pugnat, quia non adest provocatio. *Ren. q. 2.*
3. Quid dicendum de illis, qui existentes in platea, ad pugnandum, dicunt, discedamus hinc in locum, ubi à circumstantibus non dirimatur pugna, an, &c. ? *¶*. aff. si provocatio ad pugnam sit ex condicō: contra, si ex rixa. *Bon. Fag.* & idem dicendum, si provocatus ad duellum, assignato loco, & tempore, dicit inimico, duellamus hic, & statim pugna aggreditur, quia non est acceptatio loci, & temporis ex parte provocati, & ex parte provocantis adest justa defensio. *Bon. Ren. q. 3.*
4. Si quis acceptet pugnam inimici provocantis, cum primuni se per Civitatem obviaverint, an dicatur committere duellum? *¶*. neg. quia nulla est assignatio certi loci, & temporis, super hæc enim cadere tantum potest assignatio, non supra locum, & tempus incertum. *Dia. Ren. q. 4. contra Bon.*
5. Quis provocans inimicum existentem in Ecclesia, dicit ei, foris te expecto, an &c. ? *¶*. neg. si provocantis intentio non sit, locum assignare, sed locum sacrum evitare ob reverentiam; idem dicit, quando quis ad fugiendum periculum, dicit inimico associato, exi inde. *Fag. San. Ren. q. 5.*
6. Qui ex condicō acceptant duellum, & accedentes ad locum determinatum, non pugnant, an, &c. ? *¶*. neg. nam ex terminis Bullæ Clem. VIII. & Greg. XIII. ait *Fag.* provocantes non incurrit, nisi actu pugnant; dicitur enim in Bulla Greg. *Qui Mo-*

Monomachiam commiserint; quæ verba, & ipsam Bullam confirmavit Clemens in sua. Contrarium dicendum de sociis, suorum, mandantibus, instigantibus, consilium, vel favorem, dantibus, ex composito spectantibus, locum permittentibus, &c. hi enim expresse in prædictis Bullis anathematizantur.
Ren.q.6.San.Fag.

- 7 Quæ Personæ comprehendendantur sub duelli prohibitione? *B. comprehendi committentes duellum, & ad id cooperantes suadendo, &c. de quibus in sequentibus.* *Ren. fol. 591. q. 1.*
- 8 Num provocato ad duellum, licitum sit, duellum acceptare ob propriæ vitæ defensionem, vel ad bona temporalia tuenda, aut indagandam alicujus rei veritatem? *R. ad primum neg. quia per duellum vita non defenditur, sed periculo exponitur (nisi ita adstringeretur, ut aliâs vita privaretur; quia tunc esset vitæ defensio, non duelli acceptatio)* *Fag. Bon. Vnde ad 2. R. aff. si aliter non posset quis sua (magni tamen momenti) defendere;* quia talis acceptatio non est duellum, sed iusta defensio. *Dia. San. &c. contra Fili. Sua. Contrarium dicendum est ad 3. Fag. & San. & nos alibi dicemus. Vide superstitione q. 9. Ren. q. 2.*
- 9 In casu quo licitum est duellum, an possit acceptari cum conditione, ut nullus ex circumstantibus opem ferat? *R. posse conditionem acceptari ex parte injustè aggredientis tantum; quia huic opem ferre illicitum est; non sic ex parte injustè aggressi.* *Ren. q. 3. Say. Fili. Fag. qui utrique concedit, quando bellum resolutum in duellum ob bonum commune.*
- 10 An licitum sit viro nobili acceptare duellum, honoris causa, ne scilicet, remaneat infamatus? *R. neg. quia honor in casu non deperditur, sed acquiritur.* *Nav. Say. Fag. Ren. q. 4. contra Fili. Lef. &c. quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 2.*
- 11 An possint Duces exercitus permettere singularia certamina, & duella inter milites contrarios, si ad id ab inimico provocentur? *R. aff. si bellum resolvatur in duellum ob bonum commune.* *San. Nav. Lay. Ren. q. 5. &c. contra Cajet. & Armillam.*
- 12 An licitum sit Principi, vel Judici, damnatos ad mortem duello committere, ut victor libertatem obtineat; & an his licitum sit id acceptare? *R. ad primum neg. quia sic Judex unum vult à morte liberare, & alterum damnare, quod est contra justitiam.* *Lay. Fag. Vnde ad 2. dicimus, licet non ex odio, sed ex propriæ vitæ salvandæ causa: Quod si unus ex reis injustè esset damnatus, an huic liceret?* *R. aff. Lay. dummodò duellum acceptetur causa defensionis, non innocentiae manifestandæ, & al-*

ter reus sit nocens, nam intrinsecè malum est, aggredi inno-
centem. *Ren. q. 6.*

13 Si quis pugnaturo in duello arma vendit, commodat, &c. an,
&c. *R. aff.* si id sciat, & non habeat justam causam commodandi,
v.g. quia duellū est justum; cooperaretur enim duello: ergo, &c.
Bon. si verò nesciat, vel si sciat, parato ad duellum commodat
arma meliora, dumtaxat, tunc non incurrit: Probatur primum,
quia non cooperatur prob. 2. quia ea subministratio non est cau-
fa duelli, sed ut volens duellare, securius pugnet. *Dia. Mendo-
za. Ren. q. 7. contra Bon.*

14 An incurrat pænas duellantium, qui libellum provocatorum
scripsit, distavit, sed non affixit, vel si licet affixerit, postea dilata-
ceravit? *R.* ad primum neg. & ad 2. aff. Rat. primi, quia ex ter-
minis Bullæ, tam *Clem.* quam *Greg.* incurront hanc excommu-
nicationem, scribentes, mittentes, deferentes, divulgantes,
affigentes, &c. nisi per ipsos stetit, quin pugna sequatur, sed
non sic evenit in primo casu: ergo, &c. Ad 2. per oppositam
rationem constat. *Bon. Ren. q. 8.*

15 An consulentes, vel mandantes incident in pænas duellantium
si consilium, vel mandatum revocaverint? *R. neg.* ex terminis
Bullæ, videlicet, si per ipsos stetit, ne pugna sequatur. *Bon. Ren. q. 9.*

16 Si quis narret aliquid factum, ex quo prævidet securum
duellum, an, &c. *R. neg.* quia haec actio non exprimitur in
Bullis: & idem dicendum de ratum habente duellum suo no-
mine factum: excipe, nisi haberet, narrando, intentionem pro-
vocandi. *Dia. Bon. Ren. q. 10. contra Peregr.*

17 An spectatores, qui casu reperiuntur in duello, vel curiositatis
causa currunt, incurrant pænas duellantium? *R. neg.* quia so-
lum spectatores ex condicione, vel consulto, exprimuntur in
Bullis. Hinc spectatores necessitatibus, ut magistratus privati cum
suis satellitibus, & familiaribus, qui assistunt, ne tumultus con-
citetur, aut duellantes pugnant inæqualibus armis in duello
indicto Principis autoritate; item qui sunt ad convocabandum
Confessarium, vel Chirurgum, &c. non incurront. *Herr. apud
Dia. Ren. q. 11.*

18 Si quis ad duellum aliquem provocat, assignato loco, & ten-
tore, non animo pugnandi, sed animo tantum inferendi aliquos
ictus, cum morali securitate, quod nullum damnum sit sequu-
rum, sed potius pax inde concilianda (in quo casu, acceptatur
honoris causa tuendi dumtaxat) an incurrat pænas, &c. Proba-
bile esse incurrere pænas in foro externo dumtaxat, non autem
in

- in foro conscientiae dixerunt *Fili. Bon. Dia. par. 2. tra. 16. resol. 55. & par. 3. tract. 6. resol. 1. vers. Dico primò*, quorum ratio est quia tunc duellum non est cum periculo occisionis, vel vulneris, quod an verum sit, valde dubito.
- 19 Quas penas incurvant duellantés? R. ex *Trid.* duellantés incurvant excommunicationem, & privationem Ecclesiasticae sepulturæ: Item locum concedentes, privantur ejus dominio, quæ omnia confirmavit Greg. XIII. Clerici ex Pio V. privantur omnibus Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis cum inhabilitate, &c. Omnia supradicta confirmavit Clemens VIII. addito interdicto sibi reservato omnibus locis tacite, vel expresse duellum permittentibus. *Ren. fol. 596. q. 1.*
- 20 An prædictæ pænæ sint latæ, vel ferendæ sententiæ? R. omnes esse latæ sententiæ præter proscriptionem, sepulturam, amissionem loci, privationem beneficiorum, &c. nam hæc pæna privat reum jure jam acquisito: ergo non nisi ex Judicis sententia incurvuntur. *San. Sanci. Dia. Fag. Ren. q. 2. &c.*
- 21 An privetur sepultura, qui non moritur in duello, sed alibi? R. neg. ex verbis *Concil. sess. 25. & si in ipso conflitu decesserint, &c.* ergo, &c. Idem dicendum, quando duellum fuit occultum, quia pæna publica correspondet publico delicto. *Dia. Leza. Sancti. Ren. q. 3. contra Bon. &c.*
- 22 Quid, si in duello quis moriatur, susceptis Sacramentis, vel datis signis pœnitentiae, an, scilicet, privetur sepultura? R. aff. quia hæc pæna non datur propter censuram. Tum quia occidens seipsum, vel moriens in torneamentis, datis signis, etiam privatur: ergo, &c. *Bon. Sancti. Ren. q. 4.*
- 23 Quis possit ab hac excommunicatione absolvere? R. omnes habentes autoritatem super reservata Papæ. *Fag. Imò, & Episcopi possunt, etiamsi duellum sit publicum, & deductum ad forum contentiosum; dummodo tamen duellantés sint impediti.* *Bon. Nav. cum Say. Ren. q. 5. &c.*
- 24 An Regulares possint virtute suorum privilegiorum ab hac excommunicatione absolvere? R. posse, extra Italianam, non tamen intra, & extra Urbem: Primum probatur contra *San.* quia Clemens prohibuit tantum, ne prætextu indultorum absolvatur prædicta excommunicatio; sed Regulares habentes privilegium, non dicuntur absolvere prætextu, sed veris privilegiis: ergo, &c. *Fag. Dia. 2.* constat ex declaratione Sac. Congr. edita ex mandato Clem. VIII. prohibentis Regularibus degentibus intra Italianam extra Urbem, absolutionem sex casuum, qui sunt;

violatio Clausuræ Monialium ad malum finem, confidentia beneficialis, violenta injectio manus in Clericos, simonia realis scienter contracta, duellum committentes, & violatio immunitatis Ecclesiasticae contra confugientes ad Ecclesiam. Hinc contra Hurt. ait Fag. Jesuita non posse Jesuitas intra Italiam absolvere: ita etiam Dia. Vnde Regulares in Sicilia, Corsica, Sardinia possunt. Ren. q.6.

CENSURA EX COMMUNICATI ONIS
propter abortum dupli ci Constitutione Xisti V.
& Gregorii XIII. probbitum.

Quares.

- 1 **P**ropinans mulieri remedia sterilitatis, an incurrat hanc censuram? R. neg. quia licet Xistus V. id expreſſerit, fuit hoc tamen moderatum. à Greg. XIII. ex Machado, & Portel. Dia. Ren. tom. 2. fol. 599. q. 1.
- 2 An retrahentes se ab emissione, vel receptione semenis in vase debito, incurrant? R. neg. quia in casu non contingit abortus, qui est ejectio fetus immaturi. Dia. Sag. Bon. Ren. q. 2. &c. contra Floronum.
- 3 Qui nimia libidine coeundo cum uxore, vel illam verberando, abortum facit, an, &c.? R. neg. nisi ad sit intentio abortus faciendi, tunc enim incurreret, quia verè diceretur procurare abortum; studiosè enim illum quereret. Dia. ex Florono. Ren. q. 3. contra Pelliz. Bon. Lag. dicentes prædictum incurtere, si non adhibuit diligentiam ad periculum evitandum.
- 4 Si quis procuraverit abortum, sed effectus non fuit secutus, an, &c.? R. neg. quia ad incurrendam censuram requiritur actus externus consummatus, quando per censuram non prohibetur etiam conatus, ut est in casu nostro; & conitat ex verbis Bullæ Xisti V. inde ut re ipsa abortus secutus fuerit. Dia. Bon. Ren. q. 4.
- 5 In dubio an abortus secutus fuerit, vel an fetus fuerit animatus, an censeatur quis irregularis? R. ad primum aff. si media fuerint efficacia, & communiter effectum producant; quia licet factum in dubio non præsumatur, hoc tamen fallit, quando est de iis, quæ sunt solita fieri ex l. ultima, cap. de fide instrum. Dia. Vnde ad 2. incurrendo irregularitatem, & excommunicationem, constat; quia in dubio facti tutior pars est eligenda, ex cap. significati el 2. de homicid. Ren. q. 5.
- 6 An sit licitum aliquando abortum indirecte procurare? (directe enim est contra naturam generationis, & intrinsecè malum)

lum) q. si fætus sit inanimatus , & mater periculose laborat, poterit hæc per pharmacum indirecte procurare abortum , & directe querere suam salutem : Si verò fætus sit animatus , non licebit matri ; maximè si post suam mortem (eo quod pharmacum non applicavit) sit moralis certitudo problem vivani non nascituram . Rat. primi , quia præferenda est vita matris fætui inanimato: est contra *Mazzucbellum*. Rat. 2. quia præferenda est vita spiritualis fætus temporali matris. *Ren.q.6.Fag.Lay.Gc.contra Fili.*

- 7 An pro tuendo honore , vel vita pueræ ex illico concubita prægnantis , licitum fit procurare abortum ? q. neg. quia non sunt facienda mala , ut eveniant bona , vel ut malum evitetur; sed procurare abortum est intrinsecè malum: ergo, &c. *Ren.q.7.San. Fili. contra Bord. Leza.* quorum opinio damnata est ab Innoc. XI. prop. 34. Consulere tamen abortum pueræ paratæ ad se occidendum , licitum esse , dixit *Dia.* quia esset consulere non malum, sed minus malum. Sed hæc opinio non est sequēda.
- 8 An mulier proprium procurans abortum , incidat in hanc excommunicationem ? q. aff. & expreßè constat ex verbis Constitutionis Xisti V. *Bon. Dia. Ren. fol. 602. q. 1. contra Avil. Alphons. de Leone, Gc.* qui dicunt incurtere tantum pænas temporales.
- 9 An sicuti consulentes, adjuvantes, cooperantes, ita etiam mandantes, vel non impedientes, aut abortum factum approbantes, incurrant? q. ad primum aff. quia qui mandat abortum, procurat abortum: ergo, &c. *Ren.q.2. Bord. Gc. ad 2. q. neg.* quia qui non impedit, non cooperatur, nec adjuvat . *Dia. Cardinalis de Lugo contra Bon. Sua. Nav. Gc.* dicentes incurtere irregularitatem. Idem dicendum est ad 3. quia non dicitur procurare abortum, illum ratum habens. *Dia. Nova.*
- 10 An consulentes prædicti incurvant has pænas , effectu non sequuto, vel si consilium revocaverint? q. ad primum neg. quia si principales, ex ipsis constitutionibus, non incurront; à fortiori, consulentes, adjuvantes, mandantes, &c. undè ad 1. dicimus cum *Card. de Lugo contra Dia. Tanne. Gc.* incurtere, si tantum revocaverint consilium ; secùs si ultra persuaserint oppositum: quia consilium datur in utilitatem consulti, ad differentiam mandati, quod est in gratiam ejus, qui mandavit: Hinc qui persuadere non potest oppositum, tenetur de abortu. *Ren.q.3.*
- 11 Quas pænas prædicti incurvant ob abortum? q. ultra excommunicationem, & irregularitatem, Clerici post sententiam Judicis

(ut contra *Say.* & c. docent *Dia.* *Barbo.* & c.) privantur omni privilegio Clericali (non autem privilegio immunitatis ; ut ajunt *Bon.* *Dia.* contra *Farin.* & c.) item omnibus dignitatibus, officiis, & beneficiis, cum inhabilitate ad illa, & similia. Et præter has tam Clericos, quām Regulares debere degradari à Judice Ecclesiastico, & tradi curiæ seculari. *Pelliz.* ex verbis Bullæ Xisti V. Nomine autem officiorum, veniunt munera habentia administrationem rerum, vel Personarum Ecclesiasticarum cum superioritate. *San.* *Dia.* *Ren.* q. 4.

12 Quis possit ab hac excommunicatione absolvere ? R. quod quamvis hic casus non sit reservatus Pontifici per Greg. XIV. ideem tamen Greg. Episcopo reservavit; unde hic solus potest, vel cui ipse specialiter deputaverit, ex eisdem verbis Greg. scilicet, cui Episcopus cōcesserit facultatem absolvendi ab omnibus censuris sibi reservatis. Non tamen potest Episcopus dispensare in irregularitate contracta per abortum, quamvis crimen occultum sit. *Dia.* *Ren.* q. 5. contra *Nova.*

13 An Regulares virtute suorum privilegiorum, scilicet, Martini V. Pii V. & Greg. XIV. ab hac excommunicatione absolvere possint, & dispensare in irregularitate ? R. ad primum aff. nam Regulares, ex vi suorum privilegiorum, absolvēre possunt ab omnibus casibus, & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, in ultimo deer. Clem. VIII. & quæ Episcopi sibi reservarunt; sed casus abortus non continetur in supradictis, nec reservatur ab Ordinariis (ut suppono) sed eis tantum reservatur à jure communi: ergo, &c. Vnde ad 2. R. aff. ex dictis concessionibus, dummodo homicidium sit occultum, quamvis id non possint Episcopi. *Pelliz.* Nec valet dicere Xistum V. revocasse privilegia Regularium; nam revalidata postea hæc fuerunt per confirmationem Clem. VIII. factam omnibus privilegiis Minorum. *Ren.* q. 6.

14 Vtrum virtute Jubilæi, vel Cruciatæ, possit quilibet Confessarius absolvere casum abortus ? R. aff. quia licet hic casus à Xisto V. fuerit exceptus à generali facultate absolvendi à censuris per Jubileum, vel Cruciatam; Bulla tamen ipsius fuit moderata in hoc à Greg. XIV. *Dia.* *Ren.* q. 7.



CENSURA EX COMMUNICATIONIS
contra violantes Ecclesiasticam immunitatem concessam
à jure, Trident. & Greg. XIV. locis sacris. Quares.

1. **Q**uae loca gaudeant immunitate Ecclesiastica? & gaudere omnia illa loca, seu Ecclesias authoritate Episcopi erectas; quavis in ipsis non servetur Eucharistie Sacramentum, nec divina officia celebrentur, sed celebrari possint. *Dia. Farinac. Bon.* contra *Sarpum*; imo etiam dirutas (per accidens tamen, non authoritate Episcopi, & sit spes, ut reedificantur) vel etiam ceptas eadem authoritate ædificari. *Dia. contra Carreras*: & denique etiam nondum benedictas. *Bon. Rat.* horum est: quia immunitas non est eoncessa præsentiae Christi, nec divinis officiis, &c. sed ipsi loco eretto authoritate Episcopi, qua ratione sacer dicitur. *Ren. tom. 2. fol. 60^c. q. 1.*
2. An Oratoria privata, & Hospitalium, aut Eremitarum Ecclesiæ, ac Hospitalia ipsa gaudeant immunitate Ecclesiastica? &c. ad primum neg. ex declaratione Sac. Congr. immunitatis sub die 9. Decembr. 1631. nam possunt ad nutum Fundatoris ad profanos usus redire. *Dia. contra Henri.* Ad 2. 3. & 4. &c. aff. si supradicta sint authoritate Episcopi eretta; nam tunc tantum sunt loca sacra, & pia visitanda ab Episcopo ex variis capitibus, & juribus. *Bon. San. Ren. q. 2. & c.*
3. An Cæmeteria, vel Campanile Ecclesiæ gaudeant immunitate? &c. ad primum aff. ex cap. finali de immunitate Eccles. *Fag. San.* &c. contra *Sarpum*; imo ex *Dia.* gaudent, quamvis non sint nisi à simplici Sacerdote benedicta; sine separata ab Ecclesia; item nullatenus benedicta (dummodo sepultus fuerit in eis aliquis Christianus) sint. denique polluta, vel interdicta. Vnde ad 2. &c. etiam aff. si Campanile sit Ecclesiæ coniunctum; contra, si sit separatum, ut constat. *Novar.* & tenet idem *Dia. Ren. q. 3.*
4. Quid veniat nomine Ecclesiæ, quam diximus gaudere immunitate? &c. venire corpus Ecclesiæ porticum, scalas, ostium, licet clausum, & testum. Rat. est, quia haec omnia dicuntur constitutre domum, vel aulam: Constat item ex variis juribus. *Ren. q. 4.* Circa parietes exteriore, in nostris regionibus praxis est contraria sententiæ. *Dia. Bon. Pelliz.* &c. dicentium gaudere si tangentur.
5. An Ecclesia gaudeat immunitate per passus in circuitu à Sacris Canonibus constitutos? &c. Canones circa hoc, in desuetudinem abiisse; unde standum est consuetudini loci, & Diœcesis. *Nov. Lay. Pala. Ren. q. 5. & c.*

- 6 Quomodo Monasteria Religiosorum gaudeant immunitate? *R. gaudere quoad totam Clasuram, ex cap. Si quis consumax 17. q.4. & ex aliis; imò etiam, si sint domus rusticæ, ubi quandoque Religiosi accedant recreationis causa. Card. de Lugo: Extenditur etiam responsio ad domus Clericorum, Seminariorum, Puellarum, Orphanorum, qui in communitate vivunt, & quæ Episcopi autoritate sunt erectæ. Dia. Bon. Ren. q.6. Et c.*
- 7 Quomodo Palatia Episcoporum gaudeant immunitate? *R. gaudere, etiam si per 40. passus, & plus distent ab Ecclesia; imò etiam si in eis non sit Oratorium. Dia. ex cap. id constituimus 17. q.4. in quo ratio passuum non distinguitur, & aliudè privilegium hoc conceditur Personæ Episcopi. Dia. San. Ren. q.7. Et c. contra Bon. Covar. Et c. Quod diximus de Palatiis Episcoporum, intelligitur etiam Eminentiss. Cardinalium, extra Vrbem tamen, ut constat ex Greg. XIII. & Xisto V.*
- 8 An gaudeant domus Clericorum, Canonicorum, vel Parochorum in ambitu Ecclesiæ existentes? *R. aff. si prædictæ sint junctæ Ecclesiæ, vel januam in Ecclesia habeant, etiam si laicis sint concessæ. Fag. ex cap. quis quis 17. q.4. non autem si sint intra spatum 40. vel 30. passum; nam si hoc desuetudine abrogatum est respectu Ecclesiæ, à fortiori respectu supradictorum. Ren. q.8.*
- 9 An gaudeat immunitate reus, qui ad Sacerdotem confugit, dum Eucharistiam defert ad infirmum? *R. aff. quia si immunitas conceditur locis sacris ob reverentiam, quæ ipsis debetur à fortiori, &c. Fari. Rodri. Nav. Ren. q.9. Et c. contra Bon. dicente in gaudere immunitate, sed hanc non violari, si capiatur. Extenditur doctrina à Dia. ad reum, qui ad cubiculum ægrotantis confugit, ubi Eucharistia defertur, quamvis Sacerdotem, hastam, vel baldachinum non tangat.*
- 10 An Infideles, Judæi, &c. gaudeant immunitate? *R. aff. ex declaratione Sac. Cong. immunitatis sub mense Februar. 1635. & ratio est, quia privilegium hoc conceditur locis sacris ob reverentiam eis debitam, non autem Personis. Dia. Barbo. Fag. Ren. fol. 610. q. 1. Et c. contra Sua. Et c. aliter distinguendo respondentes, & contra Covar. Et c. absolute negantes.*
- 11 An Clerici gaudeant, itaut à Ministris Ecclesiasticis extra hi non possint? *R. aff. alias Clerici essent deterioris conditionis laicis. Tum quia immunitas conceditur ratione loci, non personæ: & denique jura indistinctè loquuntur. Ren. q.2. Vidal. Dia. qui contra Bon. Fili. Nav. Et c. adducit declaratio- neum*

- nem Sac.Cong.tam *Conc.Trid.* quām Episcoporum, & Regula-
rium, itaut non sit amplius ambigendi locus.
- 12 An Sacerdos extra Ecclesiam stola, & cotta indutus gandeat
immunitate? *R. aff.* quia immunitas conceditur loci ob re-
rentiam Christo Domino debitam; sed Sacerdos sic indutus
repräsentat Christum Dominum: ergo, &c. Hinc talis Sacerdos
associans defunctum, præcedente Cruce, gaudet; & à fortiori, si
deferat Oleum, Eucharistiam, &c. ex dictis. *Dia. Ren.q.3.*
- 13 Vtrum Religiosi gaudeant immunitate? *R. de Religiosis extra*
Conventum delinquentibus loquendo, certum est gaudere,,
quia gaudent Clerici, ut dictum est: ergo, &c. *Dia. contra R.c-*
cium. De delinquentibus verò in propriis Ecclesiis, vel Con-
ventibus, dicimus cum *Bord.* & *Pelliz.* gaudere intra proprias
Ecclesiis, & Monasteriā alioruin Regularium, non verò intra
proprium Conventum. Ratio est, quia immunitas est concepta
loco sacro, ut debitus honor Deo servetur; hic autem lēditur,
sive Religiosus, sive secularis à loco sacro extrahatur. *Ren.q.4.*
- 14 An exccommunicatus declaratus, suspensus, vel interdictus ab
ingressu Ecclesiæ gaudeat? *R. aff. Ren.q.5. Sua.Nav. Covar. Sc.*
contra Fili. Ratio est, quia prædictæ pænæ illos tantum effe-
ctus habent, quos jus declaravit; sed hoc non declaravit pri-
vationem immunitatis: ergo, &c. Tum quia Ecclesia interdicta
gaudet: ergo, &c. Tum etiam quia interdicto ab ingressu Ec-
clesiæ, vel similiter suspenso, non materialis, sed formalis in-
gressus interdictitur: ergo, &c.
- 15 An servi captivi gaudeant, si à suis Dominis ad Ecclesiam con-
fugerint? *R. si servi ad Ecclesiam armati configuant, flatim*
tradendi sunt Dominis, aut eisdem libera est facultas illos ex-
trahendi, ex *l. si servos, Cod. de iis, qui ad Ecclesiam configiunt:*
hoc autem intelligendum est juxta cap. *inter alia de immuni-*
tate, præstata cautione per Dominum, de non serviendo. Angelus. Et idem dic cum *Panor.* de servis fugientibus ob servitiam
Domini. *Ren.q.6.*
- 16 An hæreticus gaudeat immunitate? *R. ex Bulla Greg. XIV.*
non solum hæretici (ob crimen tamen hæresis) sed eorum
etiam fautores, non præcisè ut tales, sed ob hæresis suspicio-
nem, quam incurront, privantur immunitate. *Bon.Pelliz.* Dixi
ob crimen tamen, &c. nam ob alia delicta ab hæresi distincta
gaudent; quia jura privantia hæreticum immunitate accipien-
da sunt formaliter, privantia scilicet, hæreticum ut talem, non
ut adulterum, &c. Tum quia in Bulla immunitatis excipitur
he-

haereticus ratione haeresis dumtaxat. *Fari. Fili. Sua. Ren. q. 7.*
contra *Gamb. Covar. &c.*

17 Vtrum homicidæ, vel mutilantes in Ecclesia gaudeant? R. neg.
ex Bulla Greg. & ex cap. finali de immunit. Ecclesie. Hinc contra Bon. dixit Pelliz. cum communi, non gaudere eum, qui in Ecclesia existens, occidit aliun extra Ecclesiam existentem. Idem dicendum cum Bon. *Fari. &c.* de occidente aliquem intra Ecclesiam, ipso existente extra illam. Rat. primi, quia dat in Ecclesia operam occisioni: ergo in Ecclesia dicitur occidere. Rat. 2. quia tunc delictum consummatur in Ecclesia: ergo, &c. *Ren. q. 8.*

18 Si existens in Ecclesia mandet quem extra Ecclesiam occidi, vel è contra, an, &c. R. aff. quia solum occidentes, vel mutilantes in Ecclesia exprimuntur in jure, non gaudere immunitate: ergo, &c. *Bon. Dia. Fari. Ren. q. 9. &c.* contra *Sua. & Azo.*

19 Si quis provocatus, vel ex rixa, aut defensionis causa mutilaret, vel occideret in Ecclesia, an gaudeat, &c. R. aff. quia, in his casibus, non haberet animum offendendi, & violandi Ecclesiam, & ita decisum fuit Romæ, in simili casu. *Dia. Fari. Nova. Ren. q. 10. &c.* contra *Gamb. Bon. &c.* loquendo de occidentibus ex rixa.

20 Quid veniat, nomine Ecclesie, & occisionis, vel mutilationis in ea factæ, nomine Ecclesie venire Ecclesiam ipsam, vel cœmeterium dumtaxat; hæc enim solum exprimuntur in Bulla Greg. cætera verò, licet veniant in ordine ad configendum ad ea, non tamen in ordine ad mutilationem, &c. Nomine autem occisionis, vel mutilationis, venire vulnerationem, mutilationem, vel occisionem tantum importanter. Rat. disparitatis in principio est, quia primum est odiosum. 2. favorable: ergo, &c. *Dia. Barb. &c. Rat. 2.* est declaratio Sac. Cong. Episcoporum. 16. Novem. 16; 8. *Barb. Ren. q. 11.*

21 Si quis propè Ecclesiam delinquit, spe configiendi ad illam, an, &c. R. aff. à paritate peccantis spe Jubilæi, qui absolvi potest. Tum quia in Bulla exprimuntur tantum occidentes, &c. in Ecclesiis: ergo, &c. *Fagi. Pala. Trull. Ren. q. 12.* contra *Covarr. Fari. &c.*

22 An gaudeat, qui proditione occidit? R. neg. ex verbis Bullæ Greg. aut qui preditorie hominem, aut proximum suum occiderint. Quis autem proditor sit, dicimus cum Pelliz. eum esse, qui incautum nihil tale præcaventem occidit: Quis verò dicatur Proximus; dicimus, esse homines cujuscumque Religionis. *Fari. Pala.*

Pala. Pereg. Ren. q. 13. contra Bon. Dia. &c. afférentes, infideles non esse proximos.

23 An occidens inimicum , cui fidejussionem dedit de non offendendo , gaudeat ? R. neg. si post fidejussionem , strictam habuit cum inimico amicitiam, scilicet, cum illo comedendo, alloquendo, &c. secus, si contra; nam in primo casu delictum est proditorum, non in 2. quia in primo inimicus debuit præcavere; secus, in 2. *Regens de Marinis, Dia. Ren. q. 14. contra Pereg. absolute negantem.*

24 Si quis appensatè , & apostatè aliquem occiderit , an dicatur proditorie illum occidisse ? R. neg. etiam stando terminis juris communis in cap. 1. ubi dicitur: *Si quis per industriam occideris proximum suum, & per insidias, ab altari meo evellas eum, ut moriatur.* Rat. est, quia insidiae non sufficiunt ad proditorium, sed requiruntur illæ , quæ constituant proditorium , ex dictis , & verba illa, *per industriam, & per insidias;* sumi debent conjunctim , itaut posteriora limitent priora, itaut sensus sit, eum immunitate non gaudere, qui per industriam insidiosam, hoc est, proditoriam occiderit. *Dia. Lay. Sua. Ren. q. 15. &c. contra Fag. Graffetum.*

25 An mandans occisionem proditoriam, gaudeat? R. aff. & ita decisum fuit Neapoli, in Curia Archiepiscopali. Rat. est, quia cap. 1. *de homicidiis*, & Gregoriana utuntur verbo *occideris*, quod, ut potè odiosum , strictè interpretandum est . Tum quia immunitas est favor : ergo , &c. Tum etiam , quia ex verbis Bullæ *qui proditorie occiderint*, gaudet immunitate ille, qui per insidias, & proditorie aliquem deducit , ut ab alio occidatur (si aliis eum occidit) ergo , &c. ergo prædicta verba cadunt in rem , non in Personas mandantes, &c. *Ren. q. 16. Gran. Care. contra Sua.*

26 An occidens aliquem vepeno , gaudeat ? R. neg. si proditorie occidat, ut si propinet venenum amico; secus si inimico : tunc enim delictum est proditorium, cum simulatur amicitia, unum gerendo in corde , aliud in verbis , cum tunc non possit amicus præcavere; quod non sic est in 2. casu. Hinc , si quis occidit inimicum à tergo , vel dormientem, non ideo delictum est proditorium, licet incautum occidat. *Ren. q. 17. Nov. Dia.* qui in hoc sensu intelligit declarationem Sac. Congeg. adductam à *Pelliz. Pala. Sua. &c.* ad primum absolute negantibus.

27 Si quis conatus fit aliquem proditorie occidere , sed non occidit , an gaudeat ? R. aff. etiam stando in terminis juris communis , quod in cap. 1. cit. intelligendum est de consummante , cuni

cum simus in odiosis. *Bon. Fari. Sua.* &c. contra *Sarpum, Covar.*
Ob eandem rationem gaudet, nec dicitur proditor ille, qui per
suam falsam depositionem, sive mediante pecunia, sive non, est
causa, ut alius ad mortem damnetur. *Pala. Dia. Ren.* q. 19. con-
tra *Marium.*

28 An gaudeant immunitate delictum assassinii committentes?
Pro responsione nota: Illum dici assassinum, qui pecunia, aut alio
pretio, quamvis minimo (cum hoc potius augeat, quam mi-
nuat malitiam. *Pelliz. Palaci.* contra *Bon.*) accepto, vel faltem
promisso, & acceptato conducti, (si enim non acceptaretur, non
diceretur assassinus, quamvis homicidium sequeretur, ob de-
fectum conventionis, & mutuae voluntatis) prævio mandato,
(non autem præviis precibus, &c. imò prævio mandato ad oc-
cidendum, non vulnerandum, & denique mandante existente
absenti, non præsenti) occidit (id est physicè, non moraliter,
v. g. media falsa depositione in judicio) occisione secuta, non
tantum tentata (quod intelligendum est de mandatario, non
mandante) homines incautos, id est, inimicos mandantis, non
autem mandatarii, vel utriusque ; hoc notato. R. neg. tum ex
Bulla Greg. tum ex jure communī spectato, non in rigore, sed
juxta consuetudinem à Doctoribus probatam. *Pelliz. Ren.* q. 20.

29 An dicatur assassinus, qui per promissione pretii incertam, &
generalem occidit? R. neg. quia promissio debet esse certa, non
autem generalis, ut si mandans dicat, se nunquam defuturum
in necessitatibus mandatarii; vel si sit certa, non tamen pendet
ab ejus voluntate ; ut si promittat aliquam in uxorem. *Pala.*
Pelliz. Bon. Ren. q. 21.

30 An receptatores, autores, & complices in delicto assassinii, gau-
deant, &c.? R. aff. exceptis sociis, quia in Bulla solum de assas-
sinis fit mentio. *Gamb. Dia. San.* Ren. q. 22. contra *Bon. Fari.* &c.

31 Vtrum priventur immunitate, qui crimen læse Majestatis in
Personam Principis committunt ? R. aff. si verè sit crimen læse
Majestatis, scilicet, ut illud committens sit subditus originis,
vel domicili Princi non recognoscendi Superiorem, ex Bulla
Greg. XIV. Hinc non privantur offendentes uxorem, filios, fra-
tres, vel ministros Regis ; quia hi non sunt Persona Regis ; & à
fortiori falsificantes monetas, machinantes rebellionem, &c.
quia licet in his casibus committatur crimen læse Majestatis,
non offenditur tamen Persona Regis, sed Dignitas. *Bon. Pala.*
Dia. Ren. q. 23. &c.

32 An offendentes Cardinales, gaudeant immunitate? R. quod li-
cet

cet Cardinales sint Ecclesiae Romanæ Principes, æquiparentut Regibus, fictione juris faciant unum corpus cum Pontifice, & consequenter, qui eos offendunt, crimen læse Majestatis committant ex cap. *Felicis de penis in 6.* quia tamen non sunt Principes non recognoscentes Superiorem, eos offendentes non privantur immunitate sine Pontificis consilio. *Fari. Ren. q. 25.* contra *Gamb. Peregr. &c.* quorum sententiam probabilissimam reputat *Bon.*

- 33 An publici latrones privetur immunitate? *R. aff. etum ex c. Inter alia de immunitate ex const. Greg. XIV.* Quinam autem sint publici latrones: dicendum est esse eos, qui in viis publicis, non semel, aut bis, sed frequenter depredantur. *Bon. &c.* aut frequenter in ipsis viis (non autem per literas) componunt. *Ren. q. 26.* *Dia.* quorum etiam nomine, veniunt furantes in privatibus domibus, quorum delictum sit publicum, apud *Fari. Bon. Pelliz. &c.* Hinc Banniti non privantur, nisi sint etiam publici latrones, vel nisi delictum ob quod fuerunt banditi sit *ex exceptuatis. Dia. San. Pala. &c. contra Sarpum.*
- 34 An Decoctores, vulgo *falliti*, fraudantes regia tributa, obligati ad publica ratiocinia, &c. gaudеant? *R. aff.* quia hi venire non possunt nomine publici latronis; & ita decisum fuit de doctoribus Romæ in Sac. Cong. Card. ut contra *Fag. Rodri. &c.* ajunt *Dia. Bon. Fari. Ren. q. 27. &c.*

- 35 Qui sint grassatores viarum, & depopulatores agrorum, qui privantur? *R. certum est, tam grassatores, quam depopulatores, sive diurnos, sive nocturnos privari ex Bulla Greg.* qui absoluē loquendo, nullam facit mentionem de nocturnis, & diurnis. *Bon. Dia.* qui à contraria *Pelliz.* cavendum esse dixit. Qui autem sint grassatores: dicendum est, esse eos, qui vias in Vrbe publicè, & frequenter obsident, ad differentiam publici latronis, qui viam extra Vrbem obsidet; depopulatores vero sunt, qui fructus surripiunt, agros, seu vineas vastant, incendunt, &c. *Bon. Ren. q. 28.*

- 36 An Sodomitæ, Sacrilegi, Perjuri, Simoniaci, & Adulteri gaudеant? *R. aff. Dia. San. &c. contra Tanne. Gamb. &c.* Rat. quam adducit *San. est*, quia in cap. *Inter alia de immunitate Ecclesie.* dicitur: *Quantumcumque gravia delicta perpetraverint, non est reus ab Ecclesia abducendus:* ergo licet enumerata delicta sint atrociora, & graviora quibusdam in Bulla exceptuatis (quod est fundamentum contrariorum) non ideo reus privandus est imunitate, quia Bulla strictè est interpretanda, ut posse corrigens jus

jus commune, & tollens consuetudinem in contrarium . Ren. q. 29.

37 An committens plura delicta, quorum aliqua sunt excepta, alia non, gaudeat, &c.? R. gaudere quoad punitionem delicti non excepti, non autem, quoad extractionem ab Ecclesia per punitionem delicti excepti; unde post hujus punitionem, restituendus est reus; sicut etiam, quando extractus pro delicto non excepto, commisit delictum exceptum in carceribus Judicis laici; quia non est conveniens, ut Ecclesia propter injustam extractionem Judicis laici, patiatur detrimentum in sua immunitate. *Dia. Bon. Ren. q. 30.*

38 An damnati ad triremes, vel incarcерати, si confugiant ad Ecclesiam, gaudeant? R. aff. quia ideo primi, penes *Sarpum, Megal. &c.* non gaudent, quia effecti sunt servi pænae, sed hoc est falsum ex Auth. *sed bodie, Cod. de donat. inter virum, & uxorem:* ergo, &c. *Dia.* & ita decisum fuit in Curia Messanensi anno 1609. secundi etiam gaudent, quia tales casus non sunt in Bulla excepti. *Pelliz. Pala. Ren. q. 31. &c.*

39 Quid operetur immunitas respectu Judicis laici? R. operatur primo, ut reus extrahi ab Ecclesia non possit, nec ipse immunitati renunciare: Imò ipse armis, Ecclesia autem censuris, & ianuarum clausura resistere potest. Quod si extractio continget, restituи debet, facta etiam restitutione omnium damnum, quæ extractus passus sit; & si Judex aliquid contra-reum operatus est, ejus acta erunt nulla, & reus nec in Ecclesia, nec extra, tenetur respondere. Operatur 2. ut nil nocibilitatis, vel damni, seu spolii reo inferri possit: Hinc non potest contra reum aliqua pæna, saltem corporalis, per sententiam proferri. Dixi, *saltem corporalis*, quia pecuniaria multari potest. Item non potest expoliari rebus secum in Ecclesiam delatis, nisi essent furto ablatæ. Et denique vinctus, & vestitus ei impediri non potest; imò Ecclesia in defectu ad id tenetur. Constat responsio ex variis juribus, præsertim ex cap. *Definivit 17.q.4. & ex Bulla Greg. Pelliz. Bon. Ren. fol. 626.q. 1. &c.*

40 An Judex laicus possit sine licentia Episcopi, reum ab Ecclesia extrahere, si notoriè constet, illum non gaudere immunitatem? R. neg. tam loquendo ante Bullam Greg. quā in post. *Dia. Turi. &c. contra Sarpum, Sua. &c.* primum probatur, ex cap. *Frater 17.q.4. & ex cap. Definivit ead. titulo.* 2. constat, quia licet notorium relevet ab onere probandi, cap. *Vestra de cohabitatione Clericorum, & mulierum*, non relevat tamen, quando probatio re-

requiritur pro forma , ut in Bulla Greg. & ita decisum fuit in Curia Archiep. Neapolitana. *Rep. q. 2.*

- 41 An Ministri laici possint in Ecclesia auferre reo arma prohibita, illumque per brachium detinere, compedibus ligare, &c. ? R. neg. quia haec omnia sunt actus jurisdictionis , qui à Judicibus secularibus exerceri non possunt in Ecclesia , ut constat ex cap. 1. & 2. *Extra de immun. Eccles. in 6. Fari. Fag. Ren. q. 3. &c.* contra *Sua. Porsel. &c.* quantum ad primum; & contraria consuetudo , si quæ sit contra immunitatem , abrogata est per *Conf. Greg.*
- 42 In casu, quo reus non gaudet immunitate, an possit in Ecclesia à Ministris laicis occidi ? R. neg. nam si extrahi sine licentia non potest : ergo à fortiori , &c. Tum quia dispositio odiofa extendi potest de casu ad casum , quando eadem expressa ratio militat in utroque casu; haec enim interpretatio non est extensiva, sed intellectiva; sed eadem ratio militat in extractione, & occisione: ergo , &c. *Pelliz. Pala. & Ren. q. 4.* contrariam Naldi nullatenus veram existimans, ex cap. *Inter alia de immun. & ex cap. id constitutius, &c.*
- 43 Si reus de manibus satellitum confugiat ad Ecclesiam, an gaudeat? R. aff. etiamsi per vim secum trahat satellites. *Dia. contra Pala. &c.* imò, & vulneret *Dia.* ex *Fari.* nam Canones absolutè loquuntur , ut confugientes gaudeant: ergo quomodo cumque confugiant gaudent . Et ob eandem rationem reus gaudet etiam si per alios eripiatur de manibus satellitum. *Dia. contra Nova.* Et idem dicendum , quando reus captus extra Ecclesiam, non ex necessitate, sed voluntariè per Ecclesiam ad carcerem ducitur. *Peregr. Ren. q. 5.*
- 44 Qui fallaciis inductus est ad egrediendum ab Ecclesia , an gaudeat ? R. neg. quia jura , & Bulla loquuntur dumtaxat de vio lenter extrahentibus. *Fag. Bon. Fili. Ren. q. 6.* contra *Villadiego, &c.* Hinc possunt Clerici, & Regulares absque immunitatis fractione, è suis Ecclesiis, & Monasteriis reum dimittere, si eorum quietem perturbent, non autem vi expellere; nā reus non potest expoliari jure suo, quod habet , confugiendi ad quamlibet Ecclesiam; imò haec tenetur ipsum alere , si non habeat , unde se sustinet, dicunt communiter Doctores.
- 45 Vtrum attentans solum, extrahere reum ab Ecclesia , effectu non secuto, incurrat excommunicationem ? R. aff. si extrinsecè attentaverit, quia sub censura prohibita est attentatio , & censura actum externum requirit: ita communis contra *Gamb.*

- 46 An omnes concurrentes ad indebitam rei extractionem , violent immunitatem ? *R. aff.* quia omnes sunt attentantes . Hinc omnes mandantes violant , sicut etiam Judices detinentes , vel punientes reum à satellitibus captum ab Ecclesia , sine suo consensu , & mandato ; in hoc enim casu reus injustè spoliatur suo privilegio : ergo ad quemcumque transierit , cum onere restitutio nis ad Ecclesiam , transit *Bon. Fati. Pereg. Ren. q. 9. Sc.*
- 47 An licitum sit Judici seculari reum ab Ecclesia extrahere in casu non excepto , animo petendi licentiam à Papa , ad eum puniendum ? *R. neg.* quia hic casus non exprimitur in Bulla Greg. & aliás jam actum esset de immunitate , si hæc via aperiretur Judicibus secularibus . *Polliz.* Imo nec possunt in casibus exceptis , nomine Episcopi in suis carceribus reum detinere ; nam ex Bulla Greg. detinendas est sub custodia Judicis Ecclesiastici , adhibita , si opus fuerit , custodia Judicis laici . *Dia. Ren. q. 10.*
- 48 An sufficiat restituere reum extractum cuicunque Ecclesiæ ? *R. aff.* si sint æquè tutæ , & æquè commode habitare possit reus , quia satisfactio injuriæ unius Ecclesiæ facta , omnibus fit . *Pala. Ren. q. 11. contra Barbo.*
- 49 Quam pœnali incurvant violantes immunitatem ? *R. Jure civili, t. præsenti, Cod. de bis, qui ad Ecclesiam;* incurvant pœnam capitis . Jure Canon. cap. *Quisquis 17. q. 4.* pœnam librarum 30. argenti , & cap. *Si quis contumax* eodem titulo 90. solidorum . Denique cap. *Definivit* , eodem titulo pœnam excommunicationis ipso facto incurrandam ex Bulla Greg. ubi dicitur : *Declaramus eos ipso facto censuras, & pœnas, &c. Dia. Pelliz. Bon.* qui subdit , pœnali pecuniariam , & capitis , non esse abolitam , quia Canones prædicti per const. Greg. ac Trid. fuerunt innovati . *Ren. q. 12.*
- 50 An possint Episcopi concedere licentiam extrahendi reum in casibus non exceptis ? *R. neg.* & contrarium interdictum est per Bullam Greg. *Dia. Bon. Pala. contra Sua. Sylver. &c.* Ratio est , quia in aliquibus tantum casibus , conceditur facultas Episcopis consignandi reum Judicibus secularibus ergo in aliis negatur . Hinc aliter Episcopi facientes , incurvant excommunicationem ; quod à *Bon.* & *Pelliz.* limitatur in casu dunitaxat , quando utuntur potestate laica , ut si Episcopi dominium etiam temporale habeant ; non autem , quatenus utuntur Ecclesiastica potestate . *Ren. q. 13.*
- 51 Vtrum solius Episcopi sit , in dubium cognoscere , an casus occur-

- currens sit exceptus ? **N.** aff. ex cap. finali de immunitate Ecclesiastica & clarè deducitur ex const. Greg. Rat. est, quia immunitas Ecclesiastica est causa Ecclesiastica: ergo, &c. *Fari. Bon. Pala.* Et c. immò nomine Episcopi, apud Dia. & Bon. veniunt etiam ipsi non consecrati, quinimò, & eorum Vicarii, Sede vacante; nam hi ex cap. *Unico de major.* Et obedi. in 6. possunt, quæ posset Episcopus, si viveret. *Ren. q. 14.*
- 52** Quis in locis nullius Diœcesis cognoscere debeat de delicto excepto ? **N.** ex Bulla spectare ad vicinorem, quoad habitacionem, modo proximam etiam habeat Diœcensem; quia Greg. principaliter respexit ad Personam Episcopi, secundariò ad Diœcensem; ideo dixit, ad Episcopum vicinorem. *Bon. Ren. q. 15.*
- 53** Quæ circumstantiae servandæ sunt in traditione rei à Judice Ecclesiastico Curiae seculari? **N.** requiritur expressa licentia Episcopi, vel ejus Vicarii cum interventu Personæ Ecclesiasticæ in ipsa extractione, nisi recusaverit. Deinde, ut in carceribus Episcopi cognoscatur ab ipso delictum, & ante extractionem, ab eodem, vel ejus deputato videatur, an delictum mereatur privationem immunitatis; quæ omnia expressè constant ex Bulla Greg. *Bon. Ren. q. 16.*
- 54** Debet ne Episcopo certo constare de delicto excepto, vel potius sufficient conjecturæ? **N.** sufficere ea indicia, quæ sufficiunt ad torturam. *San. Fili. Pala. Riccio Ren. q. 17.* & sic fuisse judicatum in supremo Portugalliae Senatu, ait *San. contra varios variè opinantes.*
- 55** An ex depositione Ministri laicalis jurisdictionis possit Episcopus declarare casum exceptum in Bulla? **N.** quod licet talis depositio non probet contra reum, facit tamen indicium ad torturam; & sic ex dictis quæsito præcedenti, poterit Episcopus ex ipsa declarare casum exceptum. *Menoch. Julius Clarus. Ren. q. 18.*
- 56** In hac causæ cognitione, debetne Episcopus reum citare, ipsum audire, possitque reus à sententia contra ipsum lata appellare; & idem dicendum de foro seculari? **N.** neg. & ita praticatur in Curia Arch. Neapolit. *Nova.* (loquendo de citatione) contra *Peregr. & Pala.* (& loquendo de appellatione) *Peregr.* contra *Bon.* afferente non posse reum appellare; benè vero forum secularare, si contra ipsum lata sit sententia. *Ren. q. 19.*
- 57** Vtrum Episcopus cognoscendo de hoc delicto debeat flare, vel possit, processui Judicis secularis? **N.** neg. ex verbis Bullæ, nisi cognito prius per Episcopum. Tum quia acta instructoria unius

Judicis non probant in alio , nisi inter easdem personas , & in eisdem causis , & ad eundem actum fiant ; quod non est in casu. *Pelliz.* Tum quia processus esset valde suspectus ; maximè si factum esset, dum reus est in Ecclesia, non autem, antequam ad ipsam confugeret, *Bon.* Verum in utroque casu poterit Episcopus eosdem testes examinatos , iterum examinare , non per viam repetitionis , sed principalis examinis ; & hæc est praxis Curiæ Neap. *Ren.q.20.*

§ 8 Vtrum possit Episcopus ab hac excommunicatione absolvere? *&. neg. ex decr. Clem. VIII. ex Bulla Cœnæ, & ex extravag. etiæ Dominici gregis*, ubi Xistus IV. inter varias reservationes votorum, & casuum reservavit offensionem Ecclesiasticæ immunitatis . Item ex variis declarationibus Sac. Congr. *Fari. Fil. Peregr. Ren. q.21. contra Ricci. Barb. &c.* Cæteras excommunicationes particulares, sive reservatas, sive non, v. *Bon. to. 3. disp. 1.*

CENSURA SUSPENSIONIS. Quæres.

- 1 **Q**uid sit, & quotplex suspensio? *&. suspensio, est censura Ecclesiastica*, qua persona Ecclesiastica impeditur, ne functiones exerceat sui officii, beneficii, vel Ordinis, in totum, vel in partem, in perpetuum, vel ad tempus. *Bon.* Unde ad 2. suspensio, alia est ab officio tantum, sive Ordinis, sive Jurisdictionis ; alia à beneficio tantum ; alia ab officio, & beneficio; alia in totum ; alia in partem ; ut ab audiendis confessionibus tantum ; alia ad tempus ; alia in perpetuum. Suspensio ab Ordine operatur irregularitatem in exercente actum Ordinis. *Ren. tom. 2. fol. 638. q. 1.*
- 2 An possit quis suspendi à perceptione Sacramentorum? *&. neg. (propriè loquendo) quia suspensio, vel est ab officio, vel beneficio, vel Ordine : à perceptione vero Sacramentorum, potius dicitur excommunicatione minor ; undè contrafaciens non est irregularis. Say. Ren. q. 3.*
- 3 Quid operetur suspensio ab ingressu Ecclesiæ? Suppono , hanc suspensionem confundi cum Interdicto , & pro utroque accipi posse: sic colligitur ex cap. *Sacro de sent. excom. & ex cap. Medicinalis de sent. excom. in 6.* In primo enim dicitur interdictum, in 2. suspensio . *&. sic suspensus non potest solemniter intra Ecclesiam exercere actum Ordinis ; alias incurrit irregularitatem; nec potest sine peccato (tantum) audire Divina Officia; & denique sepelliri in ea non potest, si signa contritionis non dedit;*

- dit ; prohibita enim Ecclesia , consequenter prohibentur omnia, quæ in ipsa fiunt. Dixi *intra Ecclesiam*, quia, si in Oratoriis privatis (modò authoritate Episcopi non sint erexit) celebraret, e. g. non incurreret irregularitatem. Rat. est, quia prohibitiō est ab ingressu Ecclesiæ. *Say. Fili. Pelliz. Ren. q. 4.*
- 4 Vtrum suspensiō ferri possit pro culpa levi ? *¶*. neg. si sit suspensiō gravis, ut ab officio, beneficio, vel ab utroque ; contra, si sit levis, ut à distributionibus unius horæ ; quia pæna culpæ correspondere debet . *Dia. Ren. q. 5. Pelliz. contra Cajet. & Nav.*
- 5 An ferri possit suspensiō ob culpam alterius? *¶*. non potest particularis Persona suspendi ob culpam alterius ; quia ob peccatum alterius nullus punitur ; & constat ex cap. 1. de *Constitut.* Potest tamen communitas , collectivè sumendo ipsas Personas, non distributivè, ex cap. *Si sententia de sent. excom. in 6.* ubi ob delictum Rectoris Communitas interdicitur. *Dia. Pelliz. Ren. q. 6. contra Cajet. Nav. &c. absolutè negantes.*
- 6 Quis possit ferre censuram suspensionis. Vide Censura q. 2.
- 7 Quæ solemnitates requirantur ad ferendam Censuram suspen-
v. Censura q. 8. 12. 13.
- 8 Quid important hæ suspensiones: *Suspendo te, vel suspendo te ab officio, vel beneficio?* *¶*. primam importare suspensionem ab officio simul, & beneficio. 2. esse ad libitum suspensiō . Rat. primi est ; quia nomine suspensionis , utraque suspensiō venit ; genus enim æquè de suis speciebus prædicatur. *Hem. Say. Sylv. Ren. fol. 641. q. 1. &c.* contra varios variè opinantes. Rat. 2. quia in aliis pænis, quæ sub disiunctione imponuntur, liber est quis, ad quam maluerit. *Huri. contra Say.* dicentem à neutra remanere suspensum.
- 9 Qui sint effectus suspensionis Ordinis ? *¶*. si hæc absolutè feratur , privat omni usu Ordinis , sive majoris, sive minoris; non autem usu jurisdictionis , vel alterius Ecclesiasticæ functionis non pendentis ab Ordine. Rat. primi; quia suspensiō ab Ordine, est suspensiō ab omni Ordine. Rat. 2. quia ordo specie differt à jurisdictione. *Pelliz. Say.* Hinc suspensus ab Ordine, non est suspensus à prima Tonsura, à beneficio, à jure eligendi; & è contraria , suspensus ab Ordine, suspenditur à jurisdictione in foro Sacramenti, à lectione lectionum, quæ dici solent in Choro ab habente Ordinem Lectoratus. *Ren. q. 2.*
- 10 An suspensus ab Ordine inferiori , censeatur suspensus à superiori , & è contra ? Quæstio procedit de suspensione sine parti-

culata taxativa , scilicet , tantum , &c. &c. suspensus ab inferiori , censetur suspensus à superiori , si hic connexionem habeat cum inferiori ; non è contra . Rat. primi , quia , cui non licet quod est minus , nec licebit quod est maius , ex cap. *Cum illorum de sens. excom.* Rat. 2. quia inferior ordo non fundatur in superiori . *Bon. Say. Tol.* &c. communiter . Hinc suspensus à Diaconatu , nō potest celebrare ; quia recitare debet Evangelium ; potest tamen absolvere : & Episcopus suspensus à collatione minorum , non suspenditur à collatione majorum Ordinum . Nota tamen , quod si suspensus à Diaconatu celebraret , non incurriteret irregularitatem , quia suspensio illa non est ratione sui , & per se , sed ratione ordinis inferioris , & per accidens . *Ren. q. 3.*

11 Quid operetur suspensio ab ordine Episcopatus , quid à Pontificalibus ? &c. suspensio ab Ordine prohibet actus Ordinis Episcopalis , qui jure Ordinario Sacerdoti competere non possunt : ut sunt , confirmare , templa , &c. consecrare ; non autem celebrare , absolvere , &c. *Lay. Fili.* &c. Suspensio à Pontificalibus , prohibet per se apparatus ipsorum , scilicet , usum Mitræ . *Pelliz.* &c. & per accidens , solemnem celebrationem , collationem Ordinum , consecrationem Altarium , &c. quæ sine Pontificalibus fieri non possunt : cum hoc tamen , quod si celebrando , contrafaceret , non incurriteret irregularitatem ; quia hic est actus Ordinis Sacerdotalis , non Pontificalis . *Dia. Ren. q. 4.*

12 Quid operetur suspensio ab officio ? &c. primò operatur , ut non possit suspensus præstare suffragium in Capitulo , quia officium comprehendit omne Ecclesiasticum exercitium . *Say. contra Pelliz.* 2. operatur , ut si suspensio sit à Divinis , non possit suspensus celebrare , cum aliis officiare , nec ibi tanquam Clericus interesse ; benè verò , ut laicus audire , & inservire Missæ absque peccato , & irregularitate , quæ tantum incurritur in exercitio actus Ordinis . *Say. Pelliz.* Hinc illam non incurrit , si à concione suspensus , concionetur . *Henri. Medi.* &c. contra *Nav. Vale.* &c. 3. ut si suspensio sit ab officio , non censeatur à beneficio ; quia in jure aliquando imponitur suspensio ab officio , aliquando à beneficio , & officio simul : ergo , &c. ex cap. *Decernimus dist. 8. Fili. Bon. Dia.* 4. ut suspensus ab officio in uno loco , sine loci determinatione , ubique sit suspensus ; quia suspensio respicit Personam . *Fili. Pelliz. Bon. Ren. q. 5.*

13 Quos effectus pariat suspensio à beneficio ? &c. operatur , ut non possit suspensus percipere fructus beneficii , & temporaliter illud administrare , & si se ingerit , privatur ipso jure beneficio . *Fili.*

Fili. Lay. quibus adde sed dicentem, non privari fructibus, nisi post sententiam: Non autem operatur, ut si suspensus sit à beneficio; etiam sit ab officio, quia ad hoc suspensus, non suspenditur à beneficio: ergo, &c. *Pelliz. Lay.* Nec denique privat perceptione distributionum ob servitum Chori; quia ut sic non sunt fructus beneficii, nisi essent fructus præbendæ particulæ, quia tunc dantur propter beneficium. *Rosa Pelliz. Ren. q. 6.*

- 14 An suspensus à beneficio, si egent, possit ad sui, vel suorum substantiatione in fructus percipere? *B. neg.* suspensus sit ob contumaciam, quam tollere potest: secus, si h[ab]et delictum, & in paenam; quia tunc hanc auferre non potest. *P. Sua. Dia. Et c.* Quid autem dicendum sit de suspensiō à beneficio, an possit recipere omnes fructus beneficij correspondentes lab[or]i officij, ad quod tenetur? *B. Bon.* posse moderatam quantitatē, qualis judicio prudentis, daretur alteri substituto. *Pelliz. Na*ontra *Tanne.* *Præpos.* Quid denique, an scilicet possit suspensiō à beneficio, aliquando fructus perditos recuperare, dixit *Fili.* posse, si sententia sit injusta; vel si justa, obtineat privilegium recuperandi: secus è contra; quo casu, si sint distributiones, quæ verti debent in beneficium aliorum Clericorum; vel si non in beneficium Ecclesiæ. *Bon. Ren. q. 7.*
- 15 An suspensus à beneficiis, censeatur suspensus à beneficiis, quæ extra territorium Episcopi suspendentis possidet? *B. lg.* quia Iudex extra suum territorium jurisdictionem non habet ergo, &c. *Glos. Decius. Ren. q. 8.* *Et c. contra Say.*

- 16 Vtrum suspensus à beneficiis, validè recipiat aliud non ~~in~~ beneficium? *B. aff.* quia suspensiō à beneficio, non priv. beneficio ipso, sed fructibus tantum ipsius: ergo stare potest culus beneficij cum suspensione à beneficio, seu cum privatione fructuum beneficij. *Coni. Gordo. Lay. Ren. q. 9.* *Et c. contra Say. Pelliz.*

- 17 An qui à censura suspensionis appellavit, se gerere debeat tempore, quam suspensus? *B. quod* quando appellatio fit ante sententiam, suspendit effectum suspensionis, & consequenter, &c. est certum. Quando vero fit post, & suspensiō est de re mera spissitudinali, ut ab ingressu Ecclesiæ, ab officio, &c. non suspendit contraria, si sit de re temporali, ut à fructibus beneficij, e.g. Probatur ex c. Is, cui de sent. excom. in 6. ubi expressè habetur censuram suspensionis ab officio, & ingressu Ecclesiæ, non suspendi per appellationem, etiam subsequentem suspensionem, nulla facta mentione de suspensione à re temporali; qualis est, perceptio

- fructuum ob beneficium. *Say. Dia. Pelliz. Ren. q. 10. &c.*
- 18 Quomodo peccet suspensus violando suspensionem, & quando is, qui cum eo communicat? *R. ad primum peccare mortaliter, si sit denunciatus: securi, si non, & ad exercendum actum ordinis sit vocatus à fidelib. Primum probatur: quia violat præceptum in re gravi; ita incurrit irregularitatem Pontifici reservatam. probatur 2. quia excommunicatus, non denunciatus in simili casu non peccat: ergo, &c. *Say. Dia. Vnde ad 2. R. peccare mortaliter durat, si communicet in Divinis cum suspenso denunciato. & Megalius.* Hinc non peccat, qui communicat, sive in divinis, sive in humanis cum non denunciato, quia per Concilium Constat. si id disponitur in excommunicato non denunciatur à fortiori, &c. *Say. Ren. q. 11.**
- 19 Quomodo tollitur suspensio? *R. si suspensio lata sit in puram pñnam, tollitur per temporis lapsum; vel ante ipsum, per absolutionem ab habente potestatem; si verò in contumaciam, ipsa durare, à ferente tantum tolli potest; ipsa verò cessata, tollitur per absolutionem. Lay. Pelliz. &c.* Si suspensio lata sit sub concione, donec satisficias: tutius est, quod tollatur per absoluti nem, purificata conditione. *Pelliz. contra Bon. Lay. Hurs. &c.* Si denique suspensio lata sit à Jure, & non sit reservata, absvi potest ab Episcopo, nam ex cap. *Nuper de sent. excom. ab h. non reservata absolvere potest: ergo à fortiori, &c. Dia. Ren. 12. &c.* Alias suspensiones particulares v. apud *Say. Pelliz. & Fili.*

CENSURA INTE RDI CTI. Quæres.

- 1 *Q* Vid, & quotuplex sit Interdictum? *R. ad primum Interdictum est censura Ecclesiastica, per quam participatio eorum Sacramentorum, omnium divinorum Officiorum, & Ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur. Differt interdictum à suspensione; quia hæc privat supradictis tantum activè; Interdictum verò activè, & passivè: Ab excommunicatione autem, quia hæc privat communione tam in divinis, quam in humanis; illud verò in divinis tantum. *Say. Fili. &c.* Vnde ad 2. Interdictum, aliud est locale, aliud personale, aliud mixtum; & istorum, aliud est generale, aliud particulare. *Lay. Fili. Ren. tom. 2. fol. 647. q. 1.**
- 2 Quid per interdictum generale loci, censeatur interdictum, quid per speciale? *R. per generale, Civitatis, v.g. censentur interdicta suburbia, domus sparsæ, & constructæ propè Civitatem,*

- tem , & suburbana prædia , quamvis aliquid prædictorum sint alterius Diœcesis , & hoc ratione vicinitatis cum Civitate , non subiectionis. Item Cathedrales , & omnes exemptæ , & Religio-
forum , non immediatè ; cum hæ sic interdici non possint , sed concomitanter . Primum probatur ex cap. *Si Civitas de sententiæ excom. in 6. 2. constat ex Trid. ses. 23. cap. 12. Bon. Fili. Sua. Pelliz. &c.* Per speciale interdictum unius Ecclesiæ censentur interdi-
ctæ Cappellæ , & contiguū cœmeterium , utpote accessorium ; non autem Ecclesiæ exemptæ , interdictis specialiter omnibus Ecclesiis unius Civitatis. *Bon. Pelliz. Ren. q. 2. ex cap. Si Civitas.*
- 3** Quid censeatur interdictum per interdictum generale Persona-
le ? *R. in Interdicto generali personali , censentur interdictæ sin-
gulæ Personæ , quæ sunt partes illius communitatis ; etiam si in
suburbanis habitent : imò & absentes , non verò qui ex his om-
nibus mutavit domicilium , sive ex necessitate , sive voluntariè ,
quia iam non sunt de populo interdicto : dummodò non fue-
rint ex iis , qui dederunt causam interdicto , ex cap. Si sententia
de sens. excom. in 6. Hinc non censentur interdicti , qui efficiun-
tur Novitii. *Say. Pelliz.* Nec illi , qui habentes duo domicilia , ha-
bitant in loco unius domicili non interdicto. *Sua. Fili.* Nec etiam
illi , qui causa negotiorum , vel studii sunt præsentes , & non
sunt culpabiles ; quia non sunt de Populo interdicto. *Ren. q. 3.**
- 4** An Personæ Ecclesiasticæ comprehendantur sub interdicto personali generali ? *R. neg. imò nec è contrà , ex cap. Si senten-
tia cit. Coni. Fili. &c.* Et quia nomine Cleri non veniunt Reli-
giofi , & Religiosæ in odiosis ; nec nomine Religiosorum ve-
niunt , nisi Professi , sive viri , sive Moniales ; non autem Novitii
(nisi expressè fiat mentio de ipsis , & de viris Religiosis) benè
verò omnes prædicti veniunt nomine personæ Ecclesiasticæ ;
ideò , &c. *Pelliz. Dia. Ren. q. 4. &c.*
- 5** Quid importet interdictum Personale speciale ? Nomine inter-
dicti specialis Personalis venit etiam familia ; & item veniunt
omnes in interdicto generali , sive locali , sive personali culpa-
biles . *Say. Modò R. Interdictum personale speciale non fert
secum interdictum locale speciale ; benè verò è contrà . Primum
patet . 2. probatur , quia interdictum locale speciale semper
supponit delictum alicujus Personæ : Interdictum locale gene-
rale semper includit personale speciale , ob eandem rationem :
non verò , è contrà . *Fili. Ren. q. 5.* Differt autem personale spe-
ciale à generali personali ; quia hi , si mutent domicilium , des-
iunt esse interdicti , non verò illi . *Fili.* An autem possim com-*

municare cum interdicto nominatim denunciato. v. Censura suspensionis q. 18.

- 6 An pueri, & amentes comprehendantur sub interdicto? Et. non comprehendendi sub personali, sive speciali, sive generali. Rat. est, quia non sunt doli, & culpæ capaces; nec divinorum per generale probitorum. *Ren. q. 6. Fili. contra Nav. Hug. Et c. absolutè affirmantes.*
- 7 Quæ causa requiratur in interdicto? Et. ad interdictum speciale personale requiritur culpa; & hæc quandoque etiam levis. *San. Dia. Et c. Ad personale generale requiritur culpa mortalis publica, & gravior in corpore politico; videlicet, in capite, vel in magna parte Personarum, sicut etiam ad locale, sive generale sive speciale. Rat. quia pœna debet esse culpæ proportionata. Fili. Pelliz. Ren. q. 7. Hinc peccat mortaliter, qui violat interdictum, sive locale, sive personale, generale, vel speciale; quia materia est gravis. Pelliz. Nec erit levis materia, unam horam in Choro canere, dixit Sua. contra Turria.*
- 8 An, præter mortale, sint aliæ pœnæ contra violantes interdictum? Clerici interdicti exercentes actum ordinis, sive in divinis celebrandis, sive in Sacramentis ministrandis, præter peccatum, incurruunt irregularitatem, ex cap. *Is, cui de sent. excom. in 6. Hinc si recipienta Sacra menta, vel Matrimonium, aut Baptismum privatim ministrent, illam non incurruunt. Moniales violantes Interdictum generale, incurruunt excommunicationem ipso facto, ex Clement. 1. de sent. excom. in 6. Idem dic de Regularibus, si interdictum generale sit à Papa, ab Ordinario, vel Concilio Provinciali, si servetur à Matrice, vel Parochiali; & hoc sciatur à Regularibus. Pro laicis tamen est tantum mortale. Denique & Clerici, & Laici sunt ipso facto excommunicati, si violent interdictum ratione sepulturæ. Bon. Pelliz. Ren. q. 8.*
- 9 An Prælati Regulares possint suos subditos interdicere? Dico primò, Prælatos Regulares non posse ferre Interdictum locale, sive generale, sive speciale; quia horum jurisdictio magis est in Personas, quam in loca; & aliter gignerent scandalum, & res esset Episcopis odiosa. Dico 2. Prælatos non posse ferre contra subditos interdictum Personale generale, benè verò speciale, quamvis non sit in usu. Primum probatur: Peccatum communictatis imputatur Prælato: ergo hic, &c. 2. constat: quia Prælati possunt per suspensiones, & excommunicationes suos subditos coercere: ergo, &c. Dico 3. Prælatos superiores, scilicet, Provinciales, &c. posse ferre interdictum speciale generale: quia in his cessat ratio supradicta. *Pelliz. Ren. q. 9.* 10 An

10 An Prælatus Regularis Monialium possit harum Ecclesiam interdicere? &c. neg. quia id tantum possunt Regulares in Moniales, quod possint in Religiosos; sed ex dictis, &c. Nota tamen, ex Bulla Greg. XV. quod non possunt Regulares designare Monialibus Confessarium, sive ordinarium, sive extraordinarium, nisi approbatum ab Episcopo. Deinde Procuratores, sive Regulares, sive seculares tenentur Episcopo ratione in reddere. Item potest Episcopus amovere Confessarium, vel Procuratorem, si Regularis Prælatus monitus amovere nolit. Et denique ex eadem Bulla possunt Episcopi assistere electioni Abbatissæ.
Laynenſis. Ren. q. 10.

11 Qui sint effectus interdicti? &c. esse sequentes: Primus est prohibitus divinorum Officiorum, quorum nomine, veniunt omnia illa, quæ divina sunt, & ab Ecclesiasticis Personis exercentur, si publicè, & solemniter fiant: ut sunt Missa, horæ Canonicae, Officium sive Divinum, sive B. M. sive Defunctorum; collatio Ordinum, benedictiones quæcumque solemnies nuptiarum, candelarum, vestium sacrarum, &c. Vnde etiam interdicti ob alienam culpam, non possunt sacro interessere; Clerici tamen, & Religiosi, quando ipsi interdicti non sunt, possunt, ac debent Missas, Divinaque Officia celebrare, sed januis clausis, non pulsatis campanis (nisi ad concionem, salutationem Angelicam, vel obitum alicujus) Permittitur tamen, ut in Festis omnibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis, & per Octavam Corporis Christi, Divina Officia cantentur solemniter, admisis etiam interdictis; modò qui causam interdicto dederunt, Altari nec propinquent, nec veniant ad Offertorium, vel Communionem. 2. est prohibitio administrationis Sacramentorum, excepto Sacramento Baptismi, Confirmationis, & Pœnitentiae, quæ omnibus permittuntur, iis exceptis, qui interdicto causam dederunt, etiam auxilio, consilio, vel favore; Eucharistia tamen potest dari morituro, & deferri cum lumine, & campana. Nec improbabile est, interdictis licere contrahere Matrimonium, ut *San. Coni.* & *Lay.* docent contra *Sua.* quia hoc Sacramentum secundum substantiam, non ab Ecclesia, sed ab ipsis contrahentibus administratur. 3. est prohibitio Ecclesiasticæ sepulturæ, etiam respectu infantium, & amentium; excipe tamen Clericos, qui interdicto locali, si nominatim interdicti non sunt, nec interdictum violarunt, possunt cum silentio sepeliri. *Lay. Ren. fol. 652. q. 1.*

12 Quis tollere possit interdicti censuram, quis ferre? &c. primò in-

Interdicere possunt, qui excommunicare, & suspendere valent, ex dictis. R. 2. Interdicta localia, & Personalia generalia, quæ jure communii sunt imposita, nec reservata, possunt tolli ab Episcopo, vel alio habente jurisdictionem in communitatem interdictam; non tamen à Religiosis privilegiatis; quia locus, & communitas foro pœnitentiæ non subiiciuntur. Ab Interdicto Juris personali particulari, si reservatum non est, quivis approbatus absolvere potest. Et denique per Privilegium absolvendi ab omnibus censuris, non intelligitur potestas absolvendi interdictum locale, aut Personale communitatis. Lay. Cætera de interdicto particulari. v. Ron.lib.2.tr.3.cap.2.sec.2. Sag. Fili.

Census quid sit, &c. v. Contractus onerosi q. 5. &c.

Cessatio Legis qualis finis cessationem requirat. v. Legis obligatio q. 12.

Character quid sit, &c. v. Sacramentum in genere q. 32. &c.

Chyromantia, Ph. sognomia, &c. v. superstitione.

Cibum sumere statim post Missam an, &c. v. Sacramentum Eucbari. q. 75.

Circumstantiæ mutantes speciem, item aggravantes, an, &c. v. Sacramenti Pœniti. materia prox. q. 36. &c. Circumstantiæ pœnitentiæ Sacramentalis an obligent, &c. v. ibi. q. 75.

Citatio rei. v. Censura q. 20. v. Jus Prelati in rei citationem, &c.

Clerici conjugati, eorum filii, &c. Familiares Clericorum, &c. an gaudeant privilegio fori. v. Sacra menta Ordinum in, &c. q. 14. &c. An primi sint gabellis immunes. v. ibi. q. 34. An gaudeant privilegio Canonis. v. Censura excom. Si quis, &c. q. 14.

Codicillum in quo differat à testamento. v. Contractus gratuitæ q. 23. &c. 24.

Cogitationes, aspectus, tactus, turpes, &c. in Ecclesia an, &c. v. Luxuria sacrilegii q. 16.

Cognatio quid sit, &c. v. Sacramenti Matri. &c. q. 7. &c. Cognatio spiritualis an impeditas petitionem debiti. v. Luxuria simplicis, &c. q. 8. Quando contrahatur. v. Sacramenti Baptis. &c. q. 8. 10. 16. &c. Cohabitatio conjugum in eadem domo, &c. an, &c. v. Honor parentibus, &c. q. 22.

Collatio Beneficii facta ab excommunicato an sit valida. v. Censura excom. majoris q. 37. v. Censura excom. minoris q. 3. Collatio Beneficii facta indigno, vel minus digno, an imparet obligationem restitutionis. v. Restitutio q. 4. v. Restitutio cui, &c. q. 10.

Comedere, vel bibere usque ad satietatem quando sit peccatum. v. op. 8. Innoc. XI.

Com-

Commissarii suas commissiones quomodo, &c. v. Jus Prælati ad inquirendum q. 3.

Commodatarius, & conductor ex qua culpa teneantur. v. Contractus in genere q. 20. & 21. v. Restitutionem quis, &c. q. 19. v. Conscientia q. 40.

Commodatum quid sit, &c. v. Contractus gratuitus q. 4. &c. furio ablatum cui sit restituendum. v. Restitutio cui, &c. q. 9.

Communicare in pane fermentato, quotidie, pluries in die, in hostia magna, &c. v. Communio annua q. 25. &c. In pane fermentato, an possit moribundus, &c. v. Sacramentum Eucba. q. 5. & 7. Communicare cum excommunicato an, &c. v. Censura excom. majoris.

Communio sacrilega an sit satisfactoria præcepti. v. op. 55. Inno.

C O M M U N I O A N N U A.

Quares.

- 1 **A**n annua communio præcepta in cap. *Omnis utriusque sexus obliget Infideles, & Cathecumenos: De fidelibus enim imo, & de Pontifice loquendo, non est dubium, quoad vim directivam.* R. non teneri ex vi hujus præcepti, quod est tantum Ecclesiasticum, quoad determinationem temporis Paschalis, & illi non sunt subditi Ecclesiæ. *Sua. Vafq. Tamb. contra De Lugo.* Prout tamen est præceptum divinum, dici potest teneri, ut constat ex illis verbis Christi Domini: *Nisi quis manducaverit carnem Filii hominis, &c.* quæ generalia sunt. *Sua. Ren. 1. fol. 542. q. 1. contra Dia.*
- 2 An Hæretici, & Apostatae à fide teneantur? R. aff. quia lex lata per Ecclesiam in eo cap. obligat omnes suos subditos: ergo & hæreticos, & Apostatas, qui ratione Baptismi subditi sunt. *Tamb. Dia. Lugo Ren. q. 2. contra Bellarm.*
- 3 An Energumeni teneantur huic præcepto? R. aff. quia licet olim eis denegabatur cōmunio, postea tamen ex Conc. Arausic. fuit illis concessa. Rat. quia illa obfessio est infirmitas corporis, non animæ. *Vafq. Ren. q. 3.*
- 4 An amientes, & phrenetici possint Eucharistiam sumere, sive in Paschate, sive in articulo mortis? R. neg. si fuerint perpetuū tales: quod si post usum rationis in phrenesim inciderunt, non est eis denegando Eucharistia in articulo mortis, ad satisfacendum divino præcepto; dummodò dederint signa contritionis, vel si non, non constat fuisse in mortali non confessio. *D. Tbcm. Sua. Vafq. Lay.* qui ex Conc. Cartag. & Arausic. id probant, &c. Extrà verò articulum mortis, si perseverent in amentia, quæ lucida

lucida adinittat intervalla; vel sint semifatui , debilem habentes usum rationis, dari eis potest etiam in Paschate. Rat. quia in his casibus necessitatis tantum, non extra, tolerari potest aliqua minor dispositio, & reverentia, quæ non impedit gratiam habitualem. *Ren. q. 4. L. 2y.*

5 Vtrum Surdi , & Muti à nativitate , si sint adulti , teneantur præcepto divino, & humano communionis? *Rat. aff. Rat. primi,* quia licet non videntur hi de hoc mysterio instrui posse; dicendum est tamen, eos Deum in articulo mortis non deferere; alioquin dubitandum etiam esset de eorum salute, cum ad hanc requiratur explicita fides Trinitatis , &c. quam ipsi habere non possunt , quod dicendum non est ; cum Deus omnibus det auxilia sufficientia ad salutem . Tum quia semifatui, ex dicendis, tenentur præcepto annuae confessionis : ergo & Muti , quibus natura adeò perspicax dedit ingenium , ut multa difficultia signis, & nutibus explicant, & intelligunt. *San. Ren. q. 5.* est contra *Marchantium* dicentem esse eis ministrandam Eucharistiam tantum in articulo mortis.

6 An excommunicati, & interdicti teneantur *iv. neg.* si per ipsos non stet, quin absolvantur. *Fag. Azo. Nav. Et c.* undè si sunt negligentes in procuranda absolutione , peccant non communicando; quia communio instituta est, ut perfectius anima Christo uniatur : ergo obligat nos , ut tollamus omnia impedimenta , quæ hanc communionem impediunt : ergo , &c. *Dia. I. 2y.* *Ren. q. 6. contra Pasqua.*

7 Vtrum absentes à propria Paræcia possint , ubique reperiuntur , satisfacere huic præcepto ? *Rat. aff.* si facile non possint ad propriam accedere , & fidem de adimplete præcepto propriis Parochis adducant. Rat. est manifesta. *Nav. Fag. Sol. Et c.* Hinc à fortiori , possunt Peregrini : An autem hi , sicut & viatores teneantur communicare in Paræcia ubi reperiuntur , non autem extra ? dicendum est , secundos teneri etiam quoad Confessionem , ex Eug. IV. qui vult , istos , quoad confessionem , & communionem , censendos esse tanquam incolas illius loci; Incolæ autem non aliis, quam proprio confiteri , & communicari possint . Primos autem teneri quoad communionem ; non verò quoad confessionem . Rat. quia aliter discurrendum est de ista , & aliter de illa ; confessio enim Peregrini fieri potest alteri , quam proprio; dummodò in fraudem non peregrinentur: imò , & quivis alias potest alteri cuicunque approbato , si confuetudo adsit, ut hodie extat ; Communio autem non nisi in propria Paræcia fieri debet. *Ren. q. 7. Nav.*

8 An

- 3 An pueri, statim ac ad annos discretionis pervenerint, teneantur hoc præcepto? *R. neg.* nec valet paritas de præcepto Confessionis; nam major reverentia debetur Eucharistia, quam Pœnitentia, & hæc magis necessaria est, quam Communio: ergo, &c. Nec obstant verba *Trid. sels. 13. Can. 9.* ubi dicitur: *Si quis negaverit omnes, & singulos Christifideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate ad communicandum juxta præscriptum S. Romanae Ecclesiæ, anathema sit;* nam illa regula, *omnes, cum ad annos, &c.* videtur modificata in cap. *Omnis utriusque sexus, ad aliud tempus, de consilio proprii Sacerdotis;* dicitur enim ibi, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam causam rationabilem ad tempus, ab hujusmodi perceptione duxerit abstinentiam. *Coni. Fag. Fili. Ren. q. 8. contra Palud. Pala. Sanci. &c.*
- 9 Quæ ætas requiratur, jam quod non sufficit ætas discretionis? *R. hoc remittendum esse judicio prudentis Confessarii;* non autem consuetudini; nec determinato numero annorum: nam si adulti debent de consilio Sacerdotis, in prima vice communicare; à fortiori, pueri, qui, si aliqualem notitiam, & desiderium habeant Sacramenti, à Confessariis eis concedi potest. *Cordu. Sua. Nav. Ren. q. 9. &c. contra Sot. Hen. &c.*
- 10 Quot dies includat tempus Paschale determinatum ad satisfaciendum præcepto? Suppono ex cap. *Omnis utriusque sexus. Tempus annuae communionis, esse tempus Paschale, & locum esse propriam uniuscujusque parœciam.* *R. præcisa consuetudine, includere octo dies antecedentes, & 8. sub sequentes ad diem Resurrectionis; unde à Dominica Palmarum, usque ad illam in Albis,* potest quis satisfacere ex declaracione Eug. IV. quæ incipit: *Fide digna. Nav. Syl. Ren. tom. 1. fol. 546. q. 1. &c.*
- 11 An satisfaciat præcepto, qui uno, vel altero die ante, vel post quindecim illos, dies communicaret? *R. neg.* quia pro illis diebus non arget præceptum: ergo, &c. *Pelliz. Præpo. Ren. q. 2. contra Pasq.* qui sumit illos moraliter.
- 12 Vtrum, qui non communicavit in Paschate, teneatur post Pascha, intra eundem annum? *R. aff. sive ob legitimum impedimentum non communicavit, sive ob propriam culpam: est contra Ren. q. 3.* Rat. est, quia in Canone præcipitur & Paschalis, & annua communionis, Vnde dixit *Dia.* hoc præceptum, esse etiam virtualiter negativum, includens videlicet prohibitionem de non differendo ultra annum hoc Sacramentum. Ita *Azo. Nav. Sua. &c.*

- 13 An qui pluries intra annum communicavit, teneatur in Paschate? *R. aff.* Rat. est consuetudo Ecclesiae. *Duardus;* qui notat, non teneri eum, qui ex consilio Confessarii ob futurum impedimentum anticipavit, quamvis impedimentum cessaverit; quia ex consilio ejusdem potest quis postponere, ut dicitur in Canone: ergo, &c. *Ren. q.4.*
- 14 An prævidens impedimentum, teneatur anticipare communionem? *R. neg.* quia præceptum afflillum est tempori Paschali: ergo ultra id tempus, nulla est obligatio. *Ax. Tamb. Ren. q.5. &c. contra Fag. Nugum, &c.*
- 15 An qui intra tempus Paschale communicavit per modum Viatici, vel è contrà, satisfaciat utriusque præcepto? *R. ad pri-*
mum aff. quia ea communio per modum Viatici censetur ultima: ergo censetur, Ecclesiam nolle talem ad aliam communionem obligare. *Dia. Pelliz. contra Quintana.* Vnde ad 2. dico cum *Tamb.* non teneri, si post paucos dies octo, scilicet, vel 10. incidat in periculum mortis; quia finis præcepti divini est, ut quis moriatur sacra communione refectus; quod verificatur si ante per 10. dies, non autem per mensem, sit communicatus: ita etiam *Sua. Vafq. Ren. q.9.*
- 16 An communio facienda sit in propria Paræcia, itaut qui extra faciat, non satisfaciat? *R. aff.* quia proprii Pastoris munus, est pascere suas oves. *Bon. Regin. &c.* Nomine autem propriæ Paræciæ venit etiam Cathedralis, ex cap. *Officium de officio. Archipresbyteri;* nam in Cathedrali adest proprius, & universalis Pastor, qui est Episcopus. *Barb. Pafq. Bon. &c.* Quis autem dare possit licentiam extra Paræciam communicandi? Dicendum est, posse Episcopum, Parochum, Vicarium Generalem; non autem Archipresbyterum, nisi etiam sit Parochus. *Tamb. Ren. q.7.*
- 17 An Regulares habeant ex privilegio, ut possit quis in eorum Ecclesiis satisfacere? *R. aff.* Hinc possunt Regulares, ex privilegio Leonis X. ministrare Eucharistiam ad satisfaciendum, præceptum suis famulis, & domesticis, degentibus tanen intra septa Monasteriis; quia sic degentes sunt exempti à Paræcia. *Bon.* An autem possint aliis extra prædictos? dicendum est non posse; quia in privilegio, quod Mendicantes habent ex Nicolao V. & Sisto IV. ministrandi Eucharistiam, exceptitur dies Paschalisi, qui non materialiter pro ipso die Paschatis; sed formaliter pro toto tempore Paschali sumendus est. *Sua. Rode. Fag. Ren. q.8. &c. contra Baunum, & Bartol. à S. Fausto, Tamb. quo-*
rum

rum opinionem impugnat. *Dia.* ex declaratione Sac. Congr. de ordine SS. facta ad instantiam Parochorum Civitatis, Neap. contra Theatinos, & Jesuitas.

18 An sit mortale semel, aut iterum in vita non communicare in propria Paræcia? *q. aff.* ratione gravitatis materiæ; nisi adsit præsumpta voluntas proprii Parochi præciso contemptu est contra *Tam.* & *Ren.* q. 9.

19 An possit Parochus suis Parochianis concedere, ut non communicent in Paschate? Suppono ex verbis: *Nisi forte, &c.* Cano. sup. cit. posse Parochum; iuñ ex consuetudine, quemlibet alium Confessarium, cum causa differre adiunctionem præcepti suis poenitentibus. *Duar.* Hoc supposito. *q. neg.* quia non potest nec etiam Episcopus; cum nullam habeat potestatem dispensandi in legibus Pontificiis: ergo, &c. *Tamb.* Hinc potest Papa hoc præceptum differre, non autem tollere: quia primum est de jure Ecclesiastico, 2. verò de jure divino. *Duar.* *Ren.* q. 10.

20 An qui in peccato communicat, satisfaciat præcepto? *q. neg.* quia indignè communicat: ergo, &c. *Dura.* *Nugn.* *Ren.* tom. 1. fol. 552. q. 1. *&c.* Opposita sententia *Bon.* *Sua.* *Coni.* *&c.* damnata est ab Innoc. XI. prop. 55. Hinc excommunicati, & interdicti in Paschate communicantes, non satisfaciunt.

21 An de præcepto sit, ut ad communionem præcedat confessio: an verò sufficiat contritio? *q. aff.* si in communicando adsit culpa mortalís, ex præcepto divino, confiteri debet: constat ex illis verbis Apostoli ad Cor. 2. *Probes autem scipsum homo.* *Duar.* Si autem culpa sit venialis, sufficiet etiam attritio; quam si prætermittat nullum committit peccatum, ut contra *Sua.* *de Lugo.* *Fag.* *&c.* dicunt *Sanci.* *Fili.* *Ricci.* *Ren.* q. 3. *&c.*

22 Vtrum aliquando satis sit contritio, vel attritio putata contritio in eo, qui habet conscientiam peccati mortalís? *q. aff.* in casu necessitatis, scandali, v. g. infamæ, vel inopie Confessarii. *Rat.* quia licet hoc præceptū sit divinum, est tamen positivum, non negativum: ergo non obligat semper, & ad semper: ergo, &c. Hinc sola attritio non sufficit, quia hoc Sacramentum supponit vitam, quam non dat sola attritio. *De Lugo.* *Tamb.* *Ren.* q. 4.

23 Vtrum Sacerdos, qui in casu necessitatis, inculpabiliter communicavit in peccato, teneatur ex præcepto Trid. (quod in hoc casu, & de Sacerdotibus tantùm loquitur sess. 13. cap. 7.) quam primum confiteri, & quando? *q. aff.* idest, cum primum copiam habet Confessarii. *Sanci,* *Vasq.* *Sua.* contra quosdam, quorum

quorum opinio damnata est ab Alex. VII. op. 38. & 39. Rat. est, reverentia debita Sacramento; nam sicut ante Missam Sacerdos tenetur confiteri, cum habeat copiam Confessarii; ita statim post illam, si ante non fuit confessus. Hinc Laici non tenentur tali precepto, nec Sacerdotes communicantes, ut Laici, nec ipsi met culpabiliter extra necessitatem communicantes; quia de his non loquitur Trid. Vasq. Sanci. Ren. q. 5.

24 An teneatur quamprimum confiteri Sacerdos, qui in Feria 6. Paraccevæ in peccato celebravit; & idem queritur de Sacerdote, qui dum sacrificat recordatur alicujus mortalis? &c. ad primum aff. quia tunc Sacerdos non communicavit modo laicali, sed Sacerdotali, & dicitur eo die celebrare: ergo comprehenditur sub decreto Trid. Ren. q. 6. contra Duar. & Dicassill. Vnde ad 2. &c. etiam aff. quia tunc Sacerdos celebrat urgente necessitate, & non praemissa confessione: ergo, &c. Sua. Bon. &c. contra Ren. Dia. Syl. &c.

25 An satisfaciat precepto, qui in pane fermento Eucharistiam sumit? &c. neg. Rat. quia in Canone *Omnis utriusque sexus præcipitur suscepitio Eucharistie cum debita reverentia*, quæ de interna etiam intelligi debet, ut potè necessariò connexa cum externa, & consequenter valens Ecclesia eam præcipere. Duar. contra Ren. q. 7. cuius opinio damnata est ab Innoc. XI. op. superdicta.

26 Vtrum ad reverentiam debitam Eucharistie sit, ut hæc mane sumatur post lucem, & ante meridiem? &c. neg. Vnde potest quis quacumque hora communicare, dummodo sit jejunas. Rat. quia nullum est jus, nec consuetudo id prohibens. Fag. Syl. Duar. Ren. q. 8. contra Las.

27 Vtrum ad reverentiam Sacramenti requiratur, ut à laicis in specie tantum panis sumatur? &c. aff. ex jure tantum Ecclesiastico. Trid. Jeff. 21. cap. 2. non autem divino, vel naturali; alias non potuisset dispensari cum Rege Galliæ à Clem. VI. & cum Imperatoribus à quodam Pontifice, dum hi coronatur. Hen. Ren. q. 9.

28 An licitum sit aliquando Laicis sumere speciem sanguinis, præcisa dispensatione? &c. aff. in casu necessitatis: ut si calix venturus sit in manus hostium; vel Celebrans moritur ante summitionem, ex quibus aescendæ, vel conculcandæ sunt species, nec ad sit Sacerdos, vel Diaconus. Fag. Vasq. Idem dicendum de moribundo, qui deglutire non potest hostiam, ut contra Sua. & Fag. volunt Ren. q. 10. Ostrogavia, Nugnus, & Dia. quorum ratio

ratio est : quia præceptum divinum communicandi in articulo mortis, præferendum est præcepto Ecclesiæ non sumendi speciem sanguinis.

29 An fidelibus prohibitum sit communicare in Hostia magna ad recipiendam majorem gratiam ? R. aff. quia gratiam ex opere operato non confert major hostia, nisi in actuali manducatione, quæ æquè fit in magna, ac parva hostia, ex decreto Innoc. XI. de communione quotidiana in fine. *Fag. Pala. Ren. q. 12. contra Hurt. de Lugo, &c.*

30 An ex opere operantis conferant majorem gratiam plures particulæ, vel ambae species ? R. neg. ex vi majoritatis earundem, sed ex majori dispositione subjecti, quod plures actus bonos ante communionem exercens, majorem recipit gratiam independenter à speciebus : ergo & illos producens post communionem ; imò & post illarum consumptionem in stomacho : ergo, &c. In hoc sensu intelligendi sunt, qui contrariæ sententiæ videntur esse, ut *Fag. Buff. &c.* imò per S. Officium hujus Regni fuerunt puniti duo Confessarii Monialium, qui ad hunc effectum pluribus particulis illas communicabant, eosque publicè hunc errorem abjurasse. *Ren. ibid.*

31 An pluries in die possit quis communicare ? R. neg. nisi adsit dispensatio, vel necessitas urgeat ; ut patet de Sacerdotibus in die Natalis Domini ; de Parochis plures Paræcias habentibus, quibus satisfacere nequeunt per alium Sacerdotem ; & denique de laicis, quando periculum imminent, ne hostia consecrata ab infidelibus conculcetur, &c. Rat. quia de jure tantum Ecclesiastico, non divino est, semel communicare : ergo non obligat in similibus casibus. *Duar. Ren. q. 13.*

32 Vtrum sanus ex devotione, vel præcepto mane se communicans, possit eodem die se communicare per modum Viatici, si in mortis periculum incidat ; & idem queritur de infirmo, qui mane ex devotione, & ingraescente morbo, velit vespere per modum Viatici ? R. neg. quia cum mane quis sumpsit communionem, etiamsi sanus sumpsit, instabat periculum mortis, licet ignoratum : ergo potuit per illam satisfacere præcepto divino ex tacita, & virtuali intentione, quam unusquisque habere solet satisfaciendi omni obligationi, quam habet. *Sua. Fag. Coni. Ren. q. 14. &c. contra Turr. Pelliz. Leon. &c.* loquendo de fano, & contra alios dicentes hunc posse, sed non teneri.

33 An possit quis quotidie communicare ? R. hoc relinquendum, esse judicio prudentis Confessarii, Parochi, vel Superioris con-

sideratis circumstantiis status , fervoris, occupationis uniuscun-
jusque personæ , de quibus omnibus extat decr. Innoc. in fine.
Ren.q.15.

34 Vtrum eodem die , quo quis suspendendus est, possit commu-
nicare ? Aff. contra *Julium Claram Zerol.* &c. *Ri.* *Ren.q.16.* Sā.
Fag. &c. quia hoc non cedit in irreverentiam Christi Domini,
sed potius in dispositionem vicinæ mortis . Tum quia , si Me-
dicus judicaret, vulneratum intra duas horas moriturum , quis
negabit dandam fore Eucharistiam? Tum etiam: quia sic Romæ
practicatur, ut observavit *Sanci.* qui id extendit etiam ad eum,
qui pridie per modum Viatici communicavit , & die mortis
vult ex devotione addens ex *Cenedo*, & *Tamb.* sufficere unam
horam ante mortem.

35 An satisfaciat præcepto Communionis , qui non jejonus com-
municat? *Ri.* neg. quia indignè suscipit Sacramentum; & conse-
quenter, ex decr. *Innoc.XI.* non satisfacit, ex dictis. *Ren.q.17.*

36 Quid sit jejuniū naturale , & an requiratur ad reverentiam
hujus Sacramenti ? *Ri.* ad primum: Jejuniū naturale est illud,
quod omnimodam abstinentiam à cibo , & potu importat ; in-
tellige per modum cibi , & potus . Ad 2. *Ri.* aff. ex præcepto
Ecclesiæ, ex cap. *Nibil.* 7. q. 1. ex *Conc. Constant.* & aliis; qua-
propter *Fag.* dicit, id esse de fide ; & *Duar.* notat, quod non
tantum peccat mortaliter, illud violans , sed etiam excommu-
nicationem incurrit , ex cap. *Nibil* cit. quamvis excommuni-
catio sit ferendæ, non latœ sententiæ. *Ren.tom.1.fol.560.q.1.*

37 An reliquiæ cibi præcedentis inter dentes extantes , violent
jejuniū, si traijantur ? *Ri.* aff. si voluntariè traijantur : se-
cus, si involuntariè : quia primo modo sumuntur per modum
cibi, secundò verò per modum salivæ. *Fili.Tamb.de Lugo.Ren.*
q.2. &c. contra *Comi.Sua.* &c.

38 An qui ante medium noctem saccarum in os immisit, violet, si
post medium noctem de illo in stomachum descendat ? *Ri.* aff.
quia cum quis traijcit ex illo in stomachum , continuat priorem
comestionem : ergo illud sumit per modum cibi præsentis ,
non per modum reliquiæ cibi præcedentis . *Bon.Comi.Pasq.*
Ren.q.3. &c. contra *Tabien.*

39 An frangat jejuniū , qui parum chartæ, lapidis, vel unguis,
deglutit? *Ri.* neg. quia hæc omnia, & similia, non sumuntur per
modū cibi. *Sanci.Ledef.Pasq.Ren.q.4.contra Tamb.Fag.Bon.* &c.

40 Si quis respirando attrahat muscam , vel quid simile , an fran-
gat jejuniū? *Ri.* neg. quia jejuniū frangitur per actionem
co-

comestivam , & potativam . Tum quia , sicuti non prohibetur respiratio , & attractio aeris , ita neque quidquid per aeris attractionem necessariò moraliter est attrahendum . *Nau. Fag. Bon. Ren. q.5. 5c.* contra *Tamb. Lugo.* Hinc , qui voluntarie attraheret muscam , v. g. frangeret , (quod intelligendum est , si per os attraheret , non autem per nares , quæ non ordinantur ad traiiciendum in stomachum) sicut è contra , qui involuntarie aliquid alterabile attraheret , non per necessitatem respiratio- nis , sed ab alio iuimissum .

41 Dum quis faciem lavat , aliquid aquæ in stomachum immisit , sive per os , sive per nares , an , &c. ? *R. neg.* quod certum est , si per nares immisit ; quia per has immittendo , non sumit illam per modum potus . *Fag. Bon. Dis. 5c.* quod si per os , neque frangit , si parva sit quantitas ; quia sumitur per modum salivæ ; nec traijeitur per actionem ordinatam ad traiiciendum . *De Lugo. Tamb. Pasq. Ren. q.6.*

42 An sumptus tabachi solvat . jejunium ? *R. vel* tabachum sumi- tur per nares , vel per os , vel in pulvere , vel in folio , vel in fu- mo ; & quolibet ex his modis sumatur , non frangit jejunium , nisi tabachi in folio aliquid in stomachum descenderet : quia nares non ordinantur ad traiiciendum , fumus ille non est ci- bus , neque potus , & si aliquid succi in stomachum descendat , quod non puto , est per modum salivæ . *Alph. de Leo. Duar. Dis. Ren. q.7. contra Anton. de Leone.*

43 An in jejunio naturali detur parvitas materiæ excusans à mor- talitate ? *R. neg.* quia licet detur parvitas materiæ in cibo , & potu , non tamen potest dari in sumptione Eucharistiae (quæ est ma- teria gravis) post cibum , & potum , quod est id , quod Ecclesia prohibet in cap. *Nibil cit. Dis. de Lugo. Pasq. Ren. q.8. 5c.* Con- trarium est improbabile .

44 Vtrum aliquando licitum sit alicui communicare non jejunum ? *R. aff.* in casu necessitatis ; ut in periculo mortis , vel articulo , quia tunc urget præceptum divinum : ergo , &c. *S. Tho. Nau. Fag.* Qualis autem sit articulus , quale periculum mortis ; dicen- dum est cum *Tamb.* articulum esse , quando brevi inevitabili- ter ægrotus est moritus : periculum autem , quando proba- biliter dubitatur de proxima morte , quod scrupulosè expo- nendum non est : unde dixit *Tamb.* ob solam incommoditatem communicandi infirmum jejunum , posse non jejunum commu- nicare . *Ren. q.9.*

45 An damnati ad mortem teneantur præcepto diuino commu-

- nicandit. R. aff. Vnde communicare possunt per modum Viatici, si jejunare non possint. Rat. quia tenentur iudices concedere eis tempus ad satisfaciendum; ut constat ex Clemen. *cum secundum de paenitentia*, & alibi; sed non tenentur expectare tempus, quo damnatus sit jejunus, quia uti possunt jure suo, non concedendo vitam pro die sequenti ergo, &c. *Tamb. Dia. Ren. q. 10.*
- 46 Vtrum liceat Sacerdoti non jejuno sacrificare ad communicandum infirmum in extremis? R. neg. quia tunc tantum, praecptum divinum Ecclesiastico prævalet, quando utrumque præceptum in eandem personam cadit, quod non est in casu: ergo, &c. *Fag. Coni. Ren. q. 11. contra Major. Grana. &c.* imò nec Parochus tenetur; aliás ad communicandum teneretur sine vestibus celebrare, quod non est admittendum.
- 47 An durante articulo, vel periculo possit quis pluries per modum Viatici communicare? R. posse, non tamen tenere. Primum constat, ex consuetudine. *Sa. Coni. Dia. Ren. q. 12. contra Vasq.* 2. probatur: quia præceptum divinum obligat semel in articulo mortis. Quanta autem debeat esse distantia inter unam, & aliam communionem: quidam dicunt, sufficere octo dies, alii 6. alii 3. & denique alii volunt, quotidie posse; sed hoc ex *Fag.* remittitur arbitrio prudentis Confessarii.
- 48 Sintne casus, in quibus possit non jejunus communicare extra articulum mortis? R. aff. primus est casus infamiae: ut si in Altari quis recordaretur, se non esse jejunum. 2. Si post mortem celebrantis non sit, qui jejunus possit sacrificium perficere. 3. Si post sumptionem Galicis, cognoscat Sacerdos apposuisse aquam pro vino; in quo casu tenetur, ex Rubricis vinum consecrare. 4. Si adsit periculum, quod particulae irreverenter ab hostibus sumantur. Denique si per metum mortis cadentem in virum constantem, cogeretur (non in contemptum fidei) Sacerdos non jejunus celebrare. *Tamb. de Lugo. Ren. q. 13. &c.*
- 49 An possit Sacerdos post ablutionem sumere fragmenta, quae in latena reperiuntur? R. posse etiamsi sit finita Missa, & fideles sint communicati; secus si ab Altari discessit, & ad Sacristiam accessit (nisi aliás essent irreverenter tractanda) primum patet: quia illa spectant ad idem sacrificium, & sunt complementum illius. 2. constat per oppositam rationem. 3. probatur: quia major irreverentia est, ut remaneant, quam ut sumantur à non jejunio. *Sua. Nav. Sylv. &c. & idem dicendum, si fragmenta sint alterius sacrificii: quia reliquiae alterius sacrificii sumi possunt in alio sacrificio. Marchi. Ren. q. 14.*

50 An

50 An possit quis vinum sumere ad deglutiendam hostiam,
etiam si illud potius in stomachum sit defensurum? R. aff. post
sumptam hostiam, non autem ante, nisi in casu necessitatis, ut
in articulo mortis; quia in primo casu actio Sacramentalis in-
cipit cum jejunio, non autem in 2. Ren. q. 15. Hinc potius quis
debet pluries vinum in Calicem infundere ad sumendum par-
ticulam Calici inhärentem, quam illam indecenter digito ad
os approximare; ait Sua.

51 Quomodo Cardinalis celebrans ante mediam noctem Natalis
Domini coram Pontifice, possit communicare? R. Si Cardina-
lis non est jejonus, dico Pontificem cum ipso dispensare, non
anticipationem mediæ noctis diei sequentis, ut vult de Lugo,
sed ut non jejonus communicet. Rat. quia dispensatio tempo-
ris mediæ noctis est universalis, & sic omnis alias posset sic ce-
lebrare, quod est falsum; dispensatio vero in non jejuno est af-
fixa persona Cardinalis tantum. Pasq. Ren. q. 16.

Commutare operæ per Jubileum inuncta quis possit. v. satisfactio per
Jubileum q. 31. Commutare pénitentiam Sacramentalem quis
possit, etc. v. Sacramenti Pœnit. materia remora q. 33. etc. Com-
mutari vota, vel juramenta virtutis Jubilai, an, etc. v. satisfactio
per Jubileum q. 27. etc. Commutatio voti v. Votis irritatio, etc.
q. 20. etc.

Compensatio, ejusque conditiones, quando illicita, vel licita. v. op. i.
37. Inno. v. Furtum q. 3. etc. Quomodo à restitutione excusat. v. Re-
stitutionis ab, etc. q. 20. etc. An locum habeat in testificatione fama.
v. Restitutio ob derationem, etc. q. 9. etc. 10.

Complacentia in sponsis de copula babenda; vel in viduis de babi-
ta; vel de ultraque in conjugibus, an, etc. v. Delectatio morosa
q. 3. etc. 4.

Complex in Confessione an, etc. quando revelari possit. v. Sacramen-
ti Pœnit. sigillum q. 30. v. Detractio, etc. q. 4. v. Sacramenti Pœnitent.
materia prox. q. 25. 26. etc. Complex an possit esse testis. v. Justitia,
et modus, etc. q. 12. Quando possit à Reo revelari. v. Jus Pralari im
Rei, etc. q. 8.

Compositio quomodo excusat à restitutione. v. Restitutionis ab, etc.
q. 25.

Concionator quando peccet mortaliter, leviter in concione mentien-
do. v. Mendacium q. 5.

Concubinarius an sit absolvendus. v. Luxuria simplicis, etc. q. 19.

Concubinatus quid sit, quas ejus conditiones, etc. v. Luxuria sim-
plicis, etc. q. 1. 16. etc.

- Condemnatio fratre interpretanda. v. primam op̄i. Iuno.
 Conditio quando dirimat matrimonium. v. Sacramenti matri. etc.
 q. 3. etc.
 Condonatio an excusat reum à pena. v. Jus rei in exceptiones, esc.
 q. 19.
 Conductio quid sit, esc. v. Contractus onerosi q. 24. etc.
 Confessario non restituente an cœnatur iserum principalis. v. Resti-
 tuto cui, etc. q. 13.
 Confessarius Monialium à quo institui debeat. v. Censura interdicti
 q. 10. Confessarius non manifestans obligationem restituendi an,
 esc. v. Restitutionem, etc. q. 39.
 Confessio quid sit, et quos ejus conditiones. v. Sacramenti Pœnit. ma-
 teria prox. q. 17. etc. An debet esse secreta, esc. v. Confessio annua q.
 35. etc. An detur valida, sed informis. v. ibi. q. 17. An dimidiari
 possit, etc. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. ad reservata q. 9.
 etc. Confessio rei. v. Pralati in rei, etc. Confessio extra judicialis an
 probeat ius Judicii, esc. v. ius Pralati ad, esc. q. 16. n. 5. Confessio rei
 scripta in charta, an plenè probet. v. Justitia, et modus, etc. q. 11.
 Confessio generalis an possit admittore peccatum aliis non confes-
 sum. v. Sacramenti Pœnit. materia prox. q. 22.

CONFESSIO ANNUA.

Quæres.

- A**N præceptum Confessionis sit divinum, & quando obli-
 getur R. ad primum aff. & ipsi correspondet annua Con-
 fessio, ex Trid. sess. 14. cap. 5. patet ex illis verbis Matth. 16. Ac-
 cepite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, esc. Vnde ad
 2. dico, directè obligare solum in articulo, vel periculo mor-
 tis, quia tunc non restat aliud tempus illud implendi, & semel
 in anno; indirectè vero, obligare, quando sumenda est Eucha-
 ristia. Patet ex illis verbis Apost. 1. ad Corin. 11. Probes auctem
 seipsum homo. In aliis vero casibus sufficit sola contritio, quia
 nullibi extat præceptum in contrarium. Fag. Ren. 10. 1. fol. 524.

An Papa obligetur præcepto annuae Confessionis? Suppono an-
 nuæ Confessionis extare præceptum Ecclesiasticum latum in
 cap. Omnis viriusque sexus de pœnitentia, et remissionibus. R. ad
 quæstum aff. quia præceptum Confessionis est divinum quoad
 substantiam: ergo, &c. Tum quia, et si esset tantum Ecclesiasti-
 cum, adhuc Papa teneretur, quia Legislator tam civilis, quam
 Ecclesiasticus tenetur suis legibus. l. 1. ff. quod quisquis juris. Bon.
 Fag. Ren. q. 1. etc. contra Nav. Duaq. etc.

3 An

- 3 An Hermaphroditii teneantur hoc præcepto? Loquimur de hermaphroditis, in quibus æqualiter prævalet uterque sexus; de aliis enim non est dubium, comprehendendi in cap. *Omnis utriusque sexus*, & s. aff. quia verba *Omnis utriusque sexus*, ut potè alternativa, comprehendunt tantum masculos tantum, quam foeminas tantum, quam masculos, & foeminas simul. *Ren. q. 2.*
- 4 Vtrum Hæretici, Apostatae à fide, & Cathecumeni obligentur huic præcepto? s. primos, & secundos obligari, non verò tertios; quia illi tantum sunt de foro Ecclesiæ; non verò isti. *Duar. Ren. q. 3.*
- 5 An Pueri ante septennium, huic præcepto obligentur? s. aff. si usu rationis polleant: quia in cap. *Omnis* cit. dicitur, teneri postquam ad annos discretionis pervenerint, quod contingere potest ante eam ætatem. *Coni. Fag. Nov. Ren. q. 4. etc. contra Dia.* Hinc est, quod post eam ætatem tantum, obligari poterint, quia post eam usum rationis acquirere possunt.
- 6 An Pueri post annos discretionis incurvant ea pœnas à jure transgressoribus impositas? s. omnes pœnas tam à jure, quam ab homine latas, ante pubertatem, incurtere pueros; si homo intendat eos obligare, ut ver. *Legis materia q. 1. cù de Iesu* dicimus: sed ex cap. *Omnis*, etc. obligantur pueri, cum primum ad annos discretionis pervenerint: ergo ante pubertatem intendit lex obligare, & sic ante eam ligantur. Verum pueri non debent; ait *Axo.* solita pœna puniri, sed arbitria judici; unde privandi non sunt sepultura, nec arcendi sunt ab Ecclesia. *Ren. q. 5.*
- 7 An amentes teneantur? s. neg. si perpetuū sint amentes, vel si in materia Confessionis delirent; secūs è contra. Rat. primi: quia reputantur ut invincibiliter ignorantes; ex quo patet ad 2. *Ren. q. 6.*
- 8 An excommunicati obligentur huic præcepto? s. aff. si sint negligentes in procuranda absolutione ab excommunicatione. Rat. quia hoc præceptum obligat ex sui natura ad mundandam animam: ergo & ad tollenda vincula tum mortalium peccatorum, tum etiam excommunicationis. *Dia. Coni. Lay. Ren. q. 7. etc.* Eos tamen satisfacere huic præcepto, dixit *Pelliz.* si bona fide prius absolvantur à peccatis, quam ab excommunicatione: quia in casu esset valida confessio: ergo satisfactoria præcepti.
- 9 Verum omnia peccata, etiam venialia, sint confitenda ad satisfaciendum præcepto? s. neg. ex *Trid. sess. 14. cap. 5.* Tum quia

venialia non necessaria , sed tantum sufficiens materia sunt Sacra-
menti Pœnitentiae. *Loy. Fog. Lugo. Ren. fol. 527. q. 1. contra Bon. Riccar. &c.*

- 10 An teneatur, qui toto anno non commisit mortale? R. aff. non
ex vi præcepti , sed ratione scandali ; undè tenetur listere se
Confessario, ad illud vitandum, si adsit *Lugo, Vasq. Dia. &c.* Et
idem dicendum de eo , qui habens venialia , & mortalia, hæc,
justa de causa, confiteri non tenetur: quia tenetur indirecte ab
illis absolvit; quod fieri potest , & debet per venialium Confes-
sionem. *Nugn. San. Ren. q. 2. &c.*
- 11 An teneatur iterum confiteri, qui confessus venialia intra an-
num, mortale commisit ? R. aff. quia per præceptum annuae
confessionis præcipitur mortalium , non venialium confessio:
ergo, &c. *Hurt. apud Dia. Ren. q. 3. contra Pelliz.*
- 12 An omnia peccata mortalia intra annum commissa, sint confi-
tenda ; itaut quis teneatur iterum confiteri eodem anno , si alia
commiserit peccata ? R. neg. ex verbis Canonis : ubi dicitur,
falsum semel in anno fideliter confiteantur : ergo una confessio
præcipitur in anno, non plures. *Coni. Hurt. Ren. q. 4. &c. contra Macerum.*
- 13 An ex vi præcepti teneatur quis confiteri peccata oblita? R. aff.
si oblivio fuit culpabilis: quia in textu prædicto præcipitur, ut
fideliter quis confiteatur: ergo, &c. *Ren. q. 5. Soro, &c. contra Did.*
Contrarium tamen dicendum de eo , qui ob justam causam
omisit aliquod mortale , & postea justa causa cessat ; quia con-
fessio fuit integra saltim formaliter : ergo satisfactoria præ-
cepti.
- 14 An per Confessionem invalidam satisfaciat quis præcepto ? R.
neg. quia præcipitur confessio , quæ sine vero dolore cum illa
intrinsecè connexo contingere non potest. *Ren. q. 6. Contraria*
opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 14.
- 15 An satisfaciat præcepto , qui confessionem invalidam facit ex
defectu jurisdictionis in Confessario? R. aff. si hoc contingat ex
communi errore ; non verò , si ex particulari pœnitentis; quia
in primo casu confessio est valida cum Ecclesia suppleat juris-
dictionem : ergo , &c. secus in 2. per oppositam rationem : est
communis. *Ren. q. 7.*
- 16 Vtrum sic invalidè confitentes , incurvant pœnas contra trans-
gressores impositas ? R. aff. si defectus sit ex parte pœnitentis;
vel si ex parte Confessarii , est tamen ex privato errore pœni-
tentis: secus quando defectus procedit ex communi errore, vel
de-

- defectu intentionis in Confessario. Rat. primi: quia Ecclesia præcipere potest actus internos connexos cum externis : ergo præcipere potest confessionem *validam*: ergo & punire eos, qui ex defectu actuum internorum, illam invalidam faciunt. *Fag. Sua. Coni. Ren. q. 3. &c. contra Henr. Vsq. Duar. &c. Rat. 2.* quia tunc nulla adest culpa: ergo nec pæna est infligenda.
- 17 An satisfaciat quis præcepto Confessionis per hanc validam, sed informem, ex suppositione, quod detur? *R. aff. Rat. quia talis confessio, utpote valida, non est voluntariè nulla; ut loquitur 14. propositio Alex. VII. ergo, &c. Ren. q. 9. Lumbier.*
- 18 Vtrum satisfaciat huic præcepto, qui confitetur, sed sua culpa à peccatis non absolvitur? *R. neg. quia Ecclesia præcipit Confessionem, & hanc Sacramentalem; sed hic non facit Confessionem Sacramentalem, quia non absolvitur, & sua culpa non absolvitur: ergo, &c. Sol. Azo. Sy!ve. Ren. q. 10. contra Riccar. Cennum. &c.*
- 19 An ex vi præcepti Confessionis, teneatur quis peccata purè interna confiteri, quæ nullam habent connexionem cum externis; ut cogitationes turpes? *R. aff. & posse transgressores ab Ecclesia puniri per excommunicationem. Rat. quia potest Ecclesia præcipere actus internos, necessariò connexos cum externis; ut dolorem in Confessione: ergo, &c. Sua. Coni. Vsq. Ren. q. 11.*
- 20 In qua parte anni obliget præceptum annuæ Confessionis? *R. hoc præceptum non habere ex se determinatum tempus; quia ex verbis textus, præcipitur confessio *semel* in anno, nullo determinato tempore: ergo, &c. Tum quia eodem Canone præcipitur communio determinato tempore: ergo ubi in Confessione non distinguitur tempus, nec nos distinguere debemus; Dixi *ex se*: quia per accidens ratione communionis, obligat in Quadragesima. Vsq. Coni. Ren. fol. 531. q. 1. &c. contra Fag. Pellicz. &c.*
- 21 An tempus annuæ Confessionis sit impositum ad finiendam, vel solicitandam obligationem? *R. impositum esse ad solicitandam: Vndè, qui intra annum non implevit, tenetur cum proximum commode potest anno sequenti: ita communiter Fag. Coni. Lay. &c. contra Ren. Meg. &c. Probant ex illis verbis textus, scilicet, *semel in anno*: ergo si non fit intra annum, remanet obligatio anno sequenti; ex quo infert Bon. quod toties quis peccat, quoties oblata opportunitate, non confitetur.*
- 22 An teneatur quis anticipare Confessionem, quando prævidet, non

non posse confiteri? & aff. nam qui prævidet non posse audire, sacram in ultima hora matutina, tenetur anticipare: ergo à simili, &c. *N. a. v. Fag. Sua. Ren. q. 4. &c.*

23 *Quis sit proprius Sacerdos, cui ex cap. Omnis utriusque sexus fieri debeat confessio?* Est quicumque habet potestatem ordinariam, & immediatè præest, ut Pontifex respectu universalis Ecclesiæ; Legati, sive à Latere ut Cardinales, sive Nati, ut aliqui Episcopi, sive Milli, ut Nuntii, respectu eorum, qui sunt de finibus suæ legationis. Item Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, (etiam respectu suorum suffraganeorum, sed dum eos actu tantum visitant, & hoc in ordine ad Confessionem, non dispensationem) Capitulum, Parochi, & Superiores Religionum est communis. *Ren. fol. 533. q. 1. 2.*

24 *Quis sit proprius Sacerdos Papæ, Cardinalium, &c. supradictorum?* & proprius Sacerdos Cardinalium, Patriarch. Archiep. Episcop. & aliorum habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, esse Papam, sicut aliorum Romæ commorantium; quia hi immediatè subduntur Pontifici. Episcopus verò est proprius Sacerdos Parochorum, familiarium, (sicut horum, & suorum sunt Cardinales etiam) & quarundam dignitatum, ut sunt Decani, & Archidiaconi. Item proprius Sacerdos Regularium est Papa respectu Generalis; hic respectu Provincialis, &c. Demique Papa non habet proprium Sacerdotem; quia sive ejus Confessarius ab ipso, sive à Deo, ipso mediante, recipiat jurisdictionem, non potest dici ejus Superior. *Soto, Duar. Ren. q. 3.*

25 *An satisfaciat Novitius præcepto, si proprio Parocho seculari confiteatur?* & aff. quia non est omnino exemptus à jurisdictione Prælati secularis; unde possunt ab eo illius vota commutari, & dispensari. *San. Pelliæ. Ren. q. 4. contra Sua.*

26 *An repugnantibus Parochis, possit quis confiteri Mendicantibus ad satisfaciendum præcepto?* & aff. dummodo non fiat in contemptum Parochorum. Non posse tamen Mendicantes, hoc in concionibus publicè docere, & publicare, laicos non posse à suis Parochis compelli. *Primum patet ex Conc. Later. sub Leo. X. Ieff. 11. quæ incipit: Dum intra.* Item ex Extravag. Bened. XI. de privileg. & ex alia Joan. XXII. Item ex Bulla Clem. VIII. 22. Decemb. 1592. &c. 2. constat ex Conf. Xisti IV. & Bened. XI. &c. *Azo. Ren. q. 5. &c.*

27 *An possit quis ad satisfaciendum præcepto confiteri, cui libet Confessario seculari approbato?* & aff. ex admissa consuetudine, non quod hæc abroget id, quod fundatum est in jure divi-

- no, ut videlicet oves suas proprius Pastor cognoscat, sed ex hujus tacito consensu per prædictam consuetudinem explicato. *Duar. de Leo. Ren. q.6.*
- 28 An quis peregrinando extra suam Dioecesim, satisfaciat, confitendo alteri quam proprio Parocho? *R. neg.* si in fraudem peregrinetur; quia licet peregrinus in foro exteriori non sit subditus sui Prælati, est tamen in foro interiori; & in tantum satisfacit, quia adest tacitus consensus sui Parochi, qui non præsumitur in casu fraudis. *Vasq. Ren. q.7. contra Ponti.*
- 29 Si peregrinus habeat casus reservatos in sua Dioecesi, an possit absolviri in aliena Dioecesi à quolibet Confessario, ad satisfaciendum præcepto? *R. aff.* si in fraudem non peregrinetur. Primò: quia adest tacitus consensus proprii Episcopi. 2. quia Confessarii nunquam interrogant poenitentem; sit ne alterius Dioecesis, & casus in ea sint reservati. *Ren. q.8. Sua. contra Fag.* absolute negantem, & contra *Baunium* affirmantem, etiam in casu fraudis.
- 30 An si, è contra, casus sit reservatus in Dioecesi, ubi peregrinus reperitur, & non in sua, possit absolviri à quolibet Confessario illius Dioecesis? *R. aff.* si illud commisit in propria Dioecesi. Rat. quia Prælatus attendit in reservatione bonum subditorum, & Territorii; quod non læditur in casu. Si verò illud commisit in Dioecesi, ubi peregrinatur potest absolviri, si reservatio sit ad bonum spirituale subditorum; secùs si sit ad utilitatem Territorii, ne scilicet noctu arma deferantur. Rat. primi, quia Prælatus in reservatione attendit bonum subditorum, non transeuntium. Rat. 2. quia æquè bonum Territorii læditur per Peregrinum, ac per Civem. *Ren. q.9. contra Sua. absolute negantem, & contra Fag.* absolute concedentem.
- 31 Qui de jure possint sibi eligere Confessarium non approbatum? *R. posse Cardinales, etiam extra eorum jurisdictionem, legationem, e. g. vel Ecclesiam proprii tituli, de Leo. Imò, & posse pro eorum familia. Dia. ex Card. de Lugo.* Posse item Archiepiscopos, Auditores Cameræ Apostolicæ, Thesaurarium, Clericos Cameræ, Præsides Cameræ, Magistrum Sacri Palatij, Auditores Rotæ, Prothonotarios Apostolicos, & alios Præla-
tos Romanæ Curiæ ab Episcopis exemptos, sive Regulares, sive seculares. *Pasq. apud Dia.* Denique posse Episcopos etiam extra suam Dioecesim; nam ex cap. *finali de pænit.* & *remissionibus*, privilegium habent eligendi sibi Confessarium, quod pri-
vilegium nonnisi de non subdito extra Dioecesim verificari po-
test; est contra *Sua. Ren. q.10. Dia. &c.*
- 3.2 Vtrum

32 Vtrum Parochus possit sibi eligere Sacerdotem non approbatum in Confessarium? R. neg. & opposita opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 16.

33 An proprius Sacerdos possit alteri non approbato dare licentiam absolvendi? Dubium procedit de Parocho, non de aliis ipsis Superioribus; & R. neg. ex *Trid. sess. 23. cap. 15. de Reform.* Rat. quia quamvis, stante sua ordinaria facultate, possit alia foro pœnitentiae inferiora delegare, ut administrationem Eucharistiae, assistentiam Matrimonio, facultatem concionandi pro una vice, ubi Superior adiri non possit; non potest tamen delegare jurisdictionem in foro pœnitentiae; quia major in hoc Sacramento, quam in aliis requiritur prudentia, & scientia. *Duar. Ren. q. 12. Contrarium dixit Dia. improbabile. San. plusquam falsum.*

34 An possit approbatus audire Confessionem Parochianorum, repugnantibus Parochis? R. aff. si Approbatio fuerit generalis, non limitata per verba, *salvo jure Parochorum, vel sine eorum præjudicio.* *Sua. Duar. Fag.* Rat. quia potest Episcopus, contradictibus Parochis, audire Confessiones: ergo & approbati ab ipso absque limitatione i. delegat episcopus facultatem, quam habet. Hinc contra *Nov. Med. &c.* dixit *Major* cum *Syl. &c.* ob eandem rationem validam esse Confessionem factam à subditō Parochi, si hic injustè denegaverit illi licentiam alteri in Paschate confitendi ob rationabile motivum. *Ren. q. 13.*

35 Vtrum sit de essentia Confessionis, ut secretò fiat? R. neque esse de essentia, neque de præcepto; primum probatur: quia de essentia Sacramentalis Confessionis est accusatio, quæ semper talis est, sive secretò, sive publicè fiat: ergo, &c. *Fag. Sua. Duar. Ren. fol. 139. q. 1. contra Angelum, & D. Bonav.* Probatur 2. & quod non sit de præcepto Divino constat, cum ex prima sui institutione, non sit, ut confessio secretò fiat, ut modò dixi. Quod neque Ecclesiastico patet, quia cap. *Omnis usriusque sexus* per verbum *situs* non præcipitur modus secretus in Confessione, sed tantum reiicitur antiquus publicæ Confessionis. Hinc ex causa fieri potest publicè, ut contingit, quando fit per scripturam, vel interpretem. *Duar. & Bon.*

36 An saltem sit peccatum mortale, si quis sine justa causa publicè confiteatur? R. aff. quia licet nullum adsit præceptum, est tamen contra communem usum Ecclesiae in re gravi. Justa autem causa esset naufragium, &c. ita *Fag. Duar. Ren. q. 2. contra varios variè opinantes.* Hinc dic ex *Syl.* nec esse licitum post

con-

confessionem manifestare peccata, vel pœnitentiam, quando id sibi, vel Confessario præjudicat.

37 Vtrum quis ad satisfaciendum præcepto Ecclesiastico, teneatur confiteri per interpretem si aliter non poslit? Rg. neg. quia nemo tenetur publicè confiteri. *Fag. Lay. Fili. &c.* Dixi præcepto Ecclesiastico; nam ad satisfaciendum præcepto Divino in articulo mortis ex *Sua. Coni. V. q. &c.* tenetur, sive dubitet de sua contritione (*contra Ren. q. 3. & Daar.*) sive (*contra Fag.*) de ea probabilem existimationem habeat; quia in utroquo casu exponit se periculo æternæ damnationis: ergo ex præcepto Divino, & charitatis tenetur. Est etiam *contra Caje. Medi. &c.* absolutè negantes.

38 An teneatur confiteri quis per scripturam, cum vel ipse est mutus, vel Confessarius surdus? Rg. aff. quia confessio per scripturam est secreta, & non ex sua natura publica, ut volunt. *Nav. Fili. Dia. &c.* sed tantum per accidens, quando, videlicet, quis per scripturam confitetur Sacerdoti absenti; in quo casu ob periculum revelationis, non teneretur: Non sic est, cum confitetur præsenti reddenti scripturam. *D. Ibo. Coni. Lay. Ren. q. 4. &c.*

39 An confessio, extra casum positum, possit à pœnitente fieri scripto ob suam erubescientiam? Rg. aff. si pœnitens dicat, accuso me de his peccatis, quæ scripsi: Imò etiamsi hoc dicat, antequam Confessarius legat. Rat. primi: quia licet confessio ex consuetudine fieri debeat oretenus, sub veniali saltem, si causa non adsit; ut volunt *Lay. Villalob.* contra *Fag. Coni. Sua. &c.* dum tamen adeat causa, non obligat: ergo, &c. Tum quia, si Confessarius vidisset peccatum committi, posset pœnitens dicere; Accuso me de peccato, quod vidisti: ergo ita in casu. *Pellic. Dia.* Rat. 2. quia licet ea accusatio non sit physicè post lecta peccata, est tamen moraliter post illa³, cum non fuerit retractata. *Pon. Dia. Ren. q. 5. &c.* contra *de Lugo.*

Confiteri cui debeant PP. Societas, & Scholarum Piarum. v. satisfactio per Jubilæum q. 10.

Conjuratio quid sit. v. jus rei in exceptiones q. 13.

Consanguinitas quid sit, &c. v. Sacramenti Matri. q. 7. &c.



C O N S C I E N T I A.

Quæret.

- 1** **Q**uid sit conscientia? **R.** est judicium practicum, quo hic, & nunc aliquid faciendum, vel non faciendum esse judico, aut me peccasse, aut non, cum aliquid feci, vel omisi: ita communiter *DD.Ren.tom.1.fol.21.q.1.*
- 2** Quid sit conscientia certa, vera, seu recta, quid erronea; & an operari contra hanc sit peccatum? **R.** ad primum, conscientia certa est, quæ judicat obiectum bonum, vel malum, ut revera est, sine ulla formidine de opposito. Vnde ad 2. Conscientia erronea est illa, quæ per erronea principia erroneous quid concludit; & hoc vel vincibiliter, vel invincibiliter, ex dictis de ignorantia. Vnde ad 3. **R.** aff. sive error sit vincibilis, si ve non, quia tenemur sequi dictum rationis practicè dictis, hoc esse bonum. *D.Tbo.San.Ren.q.2.Vasq.* qui oppositam putat hæreticam.
- 3** An sequi conscientiam erroneam, sit peccatum? **R.** aff. si conscientia sit vincibilis: secus si sit invincibilis; nam hæc excusat à peccato, illa verò peccatum ex culpa operantis inducit. *D.Tbo.Ren.q.3.Gc.*
- 4** An peccet, qui in carcere detentus, putat ex conscientia invincibili erronea peccare, si non audiat Sacrum? **R.** neg. quia tunc conscientia erronea inducit peccatum, quando est in eo, qui liberè agit: sed, &c. Hinc, qui violenter duceretur ad peccandum, non peccaret, si erroneè putaret se peccare. *Merol.Ren.q.4.*
- 5** An peccet rusticus, si erroneè putet, se peccare, tam si non audiat sacrum, quam si audiat, relinquendo gregem lupis, vel latronibus rapiendum? **R.** neg. quia non est liber ad culpam vietandam, & nullus cogitur ad peccandum: ergo, &c. *San.Merolla.Ren.q.5.*
- 6** Ex conscientia erronea, putans quis peccatum esse reservatum, vel annexum censuræ, an incurrat has pœnas? **R.** neg. quia excommunicatio, & reservatio sunt odiosa. *Sua.Sa.San.Ren.q.6.*
- 7** An operari contra conscientiam erroneam, non determinando, peccatum esse mortale, vel veniale, sit mortale, vel veniale? **R.** esse veniale: quia in tali casu, quis vult effectum abstrahendo à veniali, vel mortali. *Tamb.Dia.Ren.q.7.contra Vasq.San.& Sanci.*
- 8** Quid sit conscientia probabilis, seu opinativa, & quotuplex? **R.** ad primum conscientia probabilis est, quæ ex probabilibus pro-

probabile aliquod deducit , cum formidine tamen partis oppositæ: Vnde ad 2. datur conscientia probabilis , probabilior, tutior, & minus tuta. Probabilior est , quæ meliora habet fundamenta . Tutior , in qua nullum est periculum peccati. D. Tho. unde non semper probabilior est tutior. *Ren. fil. 23. q. 1.*

9 Vtrum sequi possumus opinionem probabilem , & minus tutam, relicta tutiori , & probabiliori ? R. aff. quia qui operatur probabiliter, prudenter operatur , ut docent communiter DD. sed qui operatur secundum opinionem probabilem , & tutam, certò probabiliter operatur : ergo prudenter operatur ; major patet: quia , præcise quod aliqua opinio sit certò probabilis, nititur gravi fundamento , & authoritate DD. & licet minus tuta dicat periculum peccandi; hoc est materialiter, non formaliter. *Sua. Ren. q. 2. q. c.*

10 An possit dici probabilis, opinio unius Doctoris? R. aff. si opinio in solidis rationibus sit fundata, & Doctor sit gravis, probus, & doctus; sive opinio sit nova, sive contra communem, sive in dubio juris humani, sive divini; quia, ut opinio dicatur probabilis , requiritur ut non levi nitatur fundamento : ergo potest sequi opinio unius Doctoris , si adsint rationes convincentes. Hinc sequi non potest opinio unius Doctoris noviter excussa ob solam Doctoris authoritatem , & tenui nixa fundamento: quia primum damnatum est ab Alex. VII. prop. 27. & 2. ab Innoc. XI. op. 3. *Ren. q. 3.*

11 Si quis formidet aliquam opinionem , esse probabilem , an possit illam sequi ? R. aff. in casu necessitatis ; maximè si eam sequendo , vitetur grave damnum , vel periculum proximi ; nam grave periculum facit , ut in moralibus. formido præponderet opinioni . *Næv.* Vnde *Ren. q. 5. ex Pelliz.* infert, posse sub conditione absolvri poenitentem , qui in articulo mortis nullum dedit signum confessionis , aut contritionis ; dummodò christianè vixerit : quia hæc opinio habet speciem probabilitatis, cum habeat pro se aliquales rationes, & graves DD. fere inumeros. Quorum tamen pietati ego non acquiesco.

12 An possit quis sibi occultè satisfacere , accipiendo rem ab altero possessam , si probabiliter opinetur , rem possessam esse suam? R. neg. nisi possessio esset malæ fidei , vel nisi opinio esset practicè probabilis. Rat. primi, quia non possum ex probabilitate illa spoliare justè possidentem. Rat. 2. quia tunc possessio non suffragatur possidenti. Rat. 3. quia tunc ipsa possessio re-

vo-

- vocatur in dubium : ergo, &c. *Nav. Pala. Sua. Ren. q. 8.*
- 53** Si quis habeat rationes probabiles, peccatum à se commissum non fuisse mortale, & etiam probabiliores fuisse mortale; an reheatetur illud confiteri; & idem queritur de validitate Confessionis? **R.** neg. quia possumus sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori. *Ren. q. 9. Sua. San.*
- 54** An Confessarius possit sequi opinionem poenitentis minus probabilem, relicta sua probabiliori? **R.** aff. si opinio poenitentis sit in se probabilis, nec id ignoretur à poenitente. *Rat.* quia poenitens sequendo talenū opinionem, non peccat; & sic est dispositus. *Ren. q. 10.*
- 55** An in casu posito teneatur Confessarius sequi opinionem poenitentis? **R.** aff. si sit proprius Parochus; secus, si sit Delegatus, nisi cepta confessione (quod intelligendum est pro prima vice) *Rat.* quia proprius Parochus est minister necessarius; Delegatus vero est voluntarius, si nondum sit cepta confessio; quia si cepta est, ne reddatur odiosa, est minister necessarius pro prima vice. *Lugo. Ren. q. 12.*
- 56** An possit Confessarius, vel alius consulere secundum opinionem minus probabilem, relicta sua probabiliori? **R.** aff. quia potest illam sequi: ergo & consulere; dummodo non interrogetur de sua probabiliori. *Ren. q. 13.*
- 57** An possit Judex in ferendis sententiis judicare secundum minus probabilem? **R.** neg. quia non est constitutus exceptor personarum, sed ut causam juxta ejus merita dirimat: ergo, &c. Contraria opinio damnata est ab Innoc. XI. op. 2. *Ren. q. 14.*
- 58** An quando litigantes pro se habent opiniones æquè probabiles, possit Judex pecuniam recipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio? **R.** neg. quia actus justitiae est inveneribilis: ergo, &c. *Dia.* Opposita prohibita est ab Alex. XII. op. 16. *Ren. q. 15.*
- 59** Si opiniones sint æquè probabiles, possit Judex secundum quam maluerit judicare? Vide opiniones damnatae op. 2.
- 60** Quid in criminalibus possit Judex. *v. ibid.*
- 61** An possit Advocatus sequi opinionem minus probabilem? **R.** aff. in quibusvis causis; dummodo suum Clientem adiuvaneat de minori probabilitate, & quod à Judicibus secundum eam judicari non soleat, si ea talis sit. *Rat.* quia Advocati officium est proponere merita causæ, non autem ejus est definire, & sic non est constitutus, ut justitiam faciat, exceptionem Personarum non faciendo: ergo, &c. *Vafq. Lay. Fili. Ren. q. 18.*

22 An

- 22 An possit Medicus in applicando, vel judicando de efficacia medicamenti, sequi minus probabilem? R. ad primum neg. quia Medicus tenetur saluti ægroti consulere, tum ex justitia, tum ex charitate: ergo sequendo minus probabilem, quamvis non peccet contra justitiam, peccat tamen contra charitatem. Bon. Vasq. San. Ren. q. 19. &c. Vnde ad 2. R. aff. si salus ægri sit desperata; secus, si non. Rat. utriusque, quia de duobus malis minus est eligendum. Val. contra Axo. Say. &c. absolutè negantes.
- 23 An subditus possit, vel teneatur obedire Superiori, si probabiliiter credat, Superiorum rem malam præcipere? R. teneri, etiam si ejus opinio sit probabilior. Rat. primi, quia præferendus est Superior, qui est in possessione sue jurisdictionis. Sua. Rat. 2. quia possessio Superioris præponderat majori illi probabilitati. Sua. San. Say. Ren. q. 20. contra Sanci.
- 24 An quando agitur de valore Sacramenti, liceat uti opinione minus probabili? R. neg. Ratio, est periculum irreverentiae: ita Sua. &c. & opposita est damnata ab Innoc. XI. op. 1.
- 25 Quæ opinio censenda sit improbabilis, & non sequenda? R. illum primò venire, quæ est hæretica, idest, immediate repugnans alicui veritati à Deo revelatae. 2. hæresim sapiens, idest, quæ non est hæretica, sed ex hæresi sequi potest; ut Eucharistiam non esse per vias solemni pompa ducendam. 3. venire erro-neam, idest, quæ directè, non tamen manifestè est contra nostræ fidei doctrinam; ut negare, Christum fuisse risibilem. 4. venire malè sapientē, vel piarum aurium offensivam; ut Ecclesiastam Romanam esse Synagogam Satanæ. 5. venire temerariam, quæ nullo solido fundamento nititur; ut dicere, plures ex mulieribus salvari. 6. scandalosam, quæ ad peccatum inducit. Denique venire opinionem noviter inventam, quæ pro se non habet rationes, nec Authores, aut SS. PP. & Conciliorum authoritates. Ren. q. 22. ex Vidal.
- 26 Quid sit conscientia scrupulosa? R. conscientiam scrupulosam verificari quando inani, & levi fundamento suspicatur esse peccatum, ubi revera non est. Ren. fol. 30. q. 1.
- 27 An licitum sit operari contra conscientiam scrupulosam, distantem aliquod esse peccatum? R. aff. dummodo scrupulosus sequatur dictamen sui Confessarii prudentis, & timorati, aut aliorum Doctorum similium; quia judicium scrupulosi est valde imperfectum, ductum ex frivolis fundamentis, & est veluti opinio improbabilis: ergo, &c. Fili. Vericel. Ren. q. 2.

28. **Quomodo Confessarius cognoscere possit conscientiam esse scrupulosam, vel dubiam?** q. quod tunc conscientia est scrupulosa, quando operans est probatae vitæ; tunc verò dubia, quando est malæ conscientiae. *Vericel. Ren. q. 4.*
29. **Quid sit conscientia dubia?** q. esse illam, quæ neutri parti determinatè assentitur, sed fluctuat inter utramque, quia nullam habet rationem sufficientem ad judicandum, aliquid esse licitum, vel illicitum: Propter hanc judicii determinati suspensionem, differt conscientia dubia à probabili, quæ assentitur, & adhaeret alteri parti determinatè, licet cum formidine partis oppositæ. *Ren. fol. 32. q. 1.*
30. **An operari cum conscientia dubia sit peccatum?** q. aff. si conscientia sit practicè dubia; ut dum quis dubitat, an hic, & nunc contractus sit usurarius: secus, si conscientia sit speculativè dubia; ut dum quis in generali dubitat, an aliquis contractus sit usurarius. Rat. primi, quia sic operans, exponit se periculo peccandi. Rat. 2. quia conscientia speculativè dubia sicut in contemplatione veritatis tantum, & sic non est regula actionum humanarum, & potest interdum accidere, quod ex aliqua circumstantia loci, personæ, &c. sit practicè certa, in ordine ad operationem; est communis. *Ren. q. 2.*
31. **Quomodo possimus conscientiani practicè dubiam deponere?** q. posse primò per sufficientem diligentiam. 2. per rationabilem causam, scilicet, per possessionem juxta illud; *melior est conditio possidentis*; quod si nulla sit possessio, tunc tutor pars est eligenda, juxta illud; *in dubiis tutor pars est eligenda*: Quæ omnia intelligenda sunt: ut modò dicemus. *Ren. q. 3.*
32. **An semper in dubio tutor pars sit eligenda?** q. aff. si dubium nec deponitur, nec adest possessio; sive interim sit practicum, sive speculativum: Si verò adsit ex una parte possessio; tunc favendum est possidenti, etiam relicta parte tutori: Si denique ex utraque parte adest possessio, & tunc etiam valet: *tutor pars est eligenda*; quia hoc principium intelligendum est, dummodo sit par causa, & sic vel nulla sit possessio ex utraque parte, vel sit ex utraque parte possessio. *Merol. Buff. Ren. q. 4.*
33. **Quomodo intelligendum sit principium, *in dubio melior est conditio possidentis*?** itaut possessio bona fide incepert. *Ren. q. 5.*
34. **An in dubio melior sit conditio possidentis, tam in materia justitiae, quam extra?** q. aff. nisi aliter in jure sit expressum, ut est de irregularitate, quam incurrit dubitans de homicidio, licet possessio stet pro libertate, Rat. quia idem est judicium fori

- fori externi, ac interni, dummodo internum non nitatur falsa præsumptione; sed in foro externo possessio favet dubitanti, sive in materia justitiae, sive extra: ergo etiam in foro interpo, & conscientiae. *Coni. Sanci. Sua. Ren. q. 6. &c. cōtra Sag. Sylv. &c.*
- 35 Quomodo cognosci possit, pro quo sit possessio? &. possessio nem stare pro eo, quod inducit onus probandi oppositum, vel pro eo, pro quo stat præsumptio in foro externo: Quomodo autem id cognoscatur; hoc videndum est in singulis casibus, sive in materia justitiae, sive extra; idèò
- 36 An certus de suo consilio, dubius autem an homicidium sit secutum ex suo consilio, teneatur ad restitucionem? v. aff. quia præsumptio fori externi non stat pro consulente, sed pro homicida; nemo enim præsumitur delictum admisurus: ergo & possessio stat pro homicida, non pro consulente: ergo, &c. excipe, nisi adesset circumstantia aliqua, ut si præcessisset antiqua inimicitia inter occisum, & occidentem. &c. *San. Bon. Mero. Ren. fol. 34. q. 1. contra Nav. Sag. &c.*
- 37 An certus de suo consilio, ejusque efficacia, dubius verò de executione homicidii, teneatur, &c.? v. neg. quia cum tale homicidium sit quid facti, in dubio non præsumitur, nisi probetur. *Bon. Imò sic consulens, non incurrit irregularitatem, quæ cum sit pæna non est extendenda ultra id, quod jura extendunt, ad homicidium scilicet dubium, non autem ad consulentein homicidium. San. Ren. q. 2.*
- 38 An teneatur ad restitucionem, qui dubitat, an suum suffragium conculserit rem injustam? v. g. sententiam mortis? v. certum esse teneri, si suffragium fuerit ex primis: Quod si in hoc incidat dubium; dicendum est, etiam teneri: quia possessio stat pro consilio dato, non pro consulente. *Nav. Ren. q. 3. contra Dia. Henri. &c.*
- 39 An dubius de sua falsa depositione, an fuerit post, vel ante falsam depositionem aliorum, teneatur, &c.? v. aff. quia cum certum sit, damnum fuisse secutum, ut supponimus, possessio stat pro ipso damno. *Ren. q. 4. contra Baucum.*
- 40 Commodatarius dubitans, an commodatum sua culpa perierit, teneatur, &c.? v. aff. quia commodatarius tenetur etiam ex culpa levi, & levissima, cum suum sit commodum: ergo tenetur exactissimam diligentiam adhibere; hæc autem in dubio non præsumitur: ergo, &c. *Mero. Ren. q. 5. contra San. Less. Henri. &c.*
- 41 Depositarius dubitans, an sua culpa depositum perierit, teneatur,

- etur, &c. & p. aff. si depositum sit factum in commodum utriusque, tam deponentis, quam depositarii, ut si hic pretium accipit; secus, si in commodum deponentis tantum. Rat. primi: quia, in eo casu, tenetur etiam ex levi culpa, & sic exactam debet adhibere diligentiam, quae in dubio non presumitur. Rat. 2. quia in dubio is tenetur restituere, qui beneficium accipit: ergo, &c. *Leff. Henr. Ren. q. 6. &c. contra Tamb.*
- 42 Locatarius, vel conductor dubius, an res locata sua culpa perierit teneatur, &c. & p. neg. quia gravis culpa, quae est motivum, & ratio restitutionis, non contrahitur cum dubio ipsius: ergo, &c. *Tamb. D. Tho. &c. contra Ren. q. 7. &c. Merol.*
- 43 An dubitans de justitia tributi à Rege impositi, teneatur illud solvere? p. aff. si tributum sit antiquum; quia possessio stat pro tributo, quod censetur praescriptum: Si vero sit novum, non tenetur, nisi ejus justitia constet; quia presumitur injustum ex cap. *Quanquam de censibus in 6. Dia. Syl. Caje. Ren. q. 8. &c.*
- 44 Dubitans, an lata sit lex, vel præceptum, vel adsit aliqua consuetudo, teneatur ad illam? p. neg. adhibita diligentia, quia possessio stat pro libertate, quoties oppositum non constet. *Sua. Mero. Ren. fol. 36. q. 1.*
- 45 Si constet de lege lata, dubitatur tamen, an sit usu recepta, teneatur quis ad illam? p. aff. quia possessio stat pro lege, cum constet esse latam. *Fili. Bon. Lay. Ren. q. 2. &c. contra Sala. Azo.*
- 46 Dubius ex verbis ambiguis legis, an haec ad aliqua se extendat, teneatur ad illam? p. neg. quia sic dubitare, est dubitare, an de illis rebus lata sit lex, & sic possessio non stat pro lege, sed pro libertate: ergo, &c. *Sua. San. Mero. Ren. q. 3.*
- 47 An certus de lege, dubitans tamen, an ratione aliquujus circumstantiae deobligetur à lege, teneatur, &c. & p. aff. quia possessio stat pro lege; & sic petenda est dispensatio à Superiore. *San. San. Sua. &c. quod si Superior adiri non potest, servanda est lex, ex ratione dicta. Mero. D. Tho. Ren. q. 4. &c. contra Syl. Cord. &c.*
- 48 Dubitans an impleverit 21. annum, teneatur jejunare, vel possit Ordines suscipere? p. ad primum neg. quia possessio stat pro libertate, non pro jejunio, quod tantum obligat in ætate completa. Vnde ad 2. dico, non posse recipere Ordines; quia possessio stat pro lege, cum dubium non cadat supra hanc, sed supra ætatem. *San. Fag. Ren. q. 5. &c.*
- 49 Dubitans an elapsa sit media nox comedendo, possit ad Eucharistiam accedere? p. neg. quia possessio stat pro præcepto je-

jejunii, cu[m] dubium cadat supra mediam noctem, an transfacta sit, non autem super præceptum. *San. Bon. Ren. q. 6. contra Palo. Lay. & Dia.*

§ 0 Dubitans, an transfacta sit media nox, teneatur ad jejunium, vel possit comedere carnes? R. teneri ad jejunium, sit hoc sit præcedentis dicti ante medium noctem; secus si subsequentis quia in primo casu possessio stat pro jejunio; in 2. pro libertate, non pro jejunio, quod adhuc non est ante medium noctem. *Dia. Fag. Sancti. Ren. q. 7.*

§ 1 Comedens post sonum primi horologii, an possit sequenti die communicare post sonum secundi? R. aff. si secundum non sit suspectum; quia se habent tanquam duas opiniones probabiles, quæ licet sequi possunt. *Sancti. Sacra. Ren. q. 8. contra Mer. & Salas.*

§ 2 Post primum pulsus quis definis comedere, antequam compleatur pulsarius, an possit communicare? R. neg. quia in prima pulsu est expleta hora; ex eo enim, quod sint plures pulsus, hoc est, quia nequit uno pulsu hora indicari. *Mer. San. Ren. q. 9. contra Vidal.*

§ 3 Si dubitetur de media nocte ultimi dies mensis Aprilis, v. g. in quo decedit Beneficiatus, cujus provisio spectat ad Pontificem mense Aprilis mense vero Maii ad Ordinarium, ad quem spectet provisio et spectare ad Pontificem: quia possessio stat pro mense Aprilis, pro quo est certitudo. *Ren. q. 10. contra Mer.*

§ 4 Quis dubius est, an peccatum sit mortale, vel an sit à se commissum, teneatur confiteri? R. aff. (loquimur de dubio negativo) quia possessio stat pro præcepto confessionis; nam pro ipso stat certitudo. Tum quia, et si non constaret, pro quo sit possessio; tuitius tamen effet eligendum; ergo, &c. *San. D. Th. Sua. Ren. q. 11. contra Tamb. cuius opinionem probabilem p[ro]ficit. Lay.*

§ 5 Quis dubitat, an peccatum sit reservatum, teneatur adire Superiorum? R. neg. adhibita diligentia (quam in hac materia semper supponimus) sive dubium sit juris, sive facti; ut si certus de sua falsa depositione, dubitat tamen, an in grave damnum alterius cesserit. Rat. primi: quia dubitans de lege, non tenetur ad illam. Rat. 2. quia possessio stat pro certa Confessarii jurisdictione (dummodo tamen reservatio fuerit facta in p[ro]nam delinquentium; nam si esset ad bonum regi[men]; tunc tolleretur à Confessario jurisdictione: quia de ea dubitatur) *Sua. San. Bon. Ren. q. 12. Et c. contra Cordu. Gc.*

- 56 Dubitans, an perennio Clerici sit gravis, vel levis, censenda
sit reservata Pontifici : R. aff. ex extravag. *Persessis*, in qua hic
casus expressè Pontifici reservatur. *Merol.Ren.q.13.*
- 57 An ex eodem decreto, sicut prohibentur absolvī casus dubii
Bulæ Cœnæ, sic dubiè Episcopo reservati Luquimur de casi-
bus, quos sibi Episcopi reservant, non autem de jure ipsi re-
servatis, de quibus nulla est per tale decretum prohibitiō. R.
nunc neg. quia in prædicto decreto fit mentio de casibus Bulæ
Cœnæ: ergo, &c. Vbi enim Sac. Gong. voluit, se explicavit: er-
go ubi non se explicavit, noluit. *De Ianuaria Ren.q.14.*
- 58 Vtrum dubitans, an emiserit votum, vel juramentum, tenea-
tur illa observare? R. neg. quia possessio stat pro libertate. *Lay.*
Fili.Fag.Ren.fal.41.q.14c.contra Vasy.Say.&c.
- 59 Vtrum certus de voto, vel juramento, dubitans tamen, an il-
lad impleverit, teneatur, &c. i R. aff. quia possessio stat pro
voto, vel juramento, pro quo stat certitudo. Tum quia execu-
tio voti est quid facti, & hoc non præfutur nisi probetur.
San.Vidal.Ren.q.2.18c.
- 60 Vtrum dubitans, an emiserit votum cum sufficiente libertate,
scilicet an metu voverit, teneatur, &c. i R. aff. quia possessio
& præsumptio stant pro voto, pro quo stat certitudo, & com-
munitur præsumitur factum cum sufficienti deliberatione.
Pala.Lay.San.Ren.q.3.18c.contra Tamb.San.
- 61 Qui dubitat de usu rationis, an scilicet expleverit septennium,
teneatur ad votum? R. neg. quia possessio in casu stat pro li-
bertate, cum dubijus: cadas supra unum rationis, ac scilicet si
expletum. *Sora.Pala.Dia.Ren.q.4.contra San.*
- 62 Si dubitetur de defectu deliberationis ex dubio amentia, te-
neatur quis ad votum? R. aff. si ita dubitatur de amentia, ut de
ca non confitetur; secus si confitetur, & dubitetur de lucidis interval-
lis. *Rat.primi: quia unusquisque præsumitur sana mentis. Rat. 2.*
quia eo casu lucida intervalla non præsumuntur; morbus enim
furoris est perpetuus, lucida verò intervalla sunt per accidens.
Mera.Ren.q.5.contra Henr.
- 63 Qui dubitat, an habuerit animum voveradi, vel se obligandi,
teneatur, &c. i R. aff. quia possessio, & præsumptio stant pro
voto, vel juramento, pro quibus est certitudo; nemo enim
præsumitur facte vouisse. *San.Nav.Pala.Ren.q.6.contra Carac-*
muellem, qui oppositum probabile putat.
- 64 An certus de voto, dubitans solùm de modo voventi, tenea-
tur ad votum i R. teneri secundum communem usum, & sen-
sum

sum verborum: Sic qui vovit Religionem, intelligitur, eam in communi vovisse; vovens castitatem, intelligitur se obligasse ad non fornicandum tantum; & si dubitetur de tempore, hoc intelligitur in perpetuum. Rat. quia possessio stat pro voto, pro quo stat certitudo ergo in favorem voti judicandum est. Quod si dubium etiam erit de communi usu, & sensu verborum, tunc eligendum est, quod est minus, quia talis presumitur intentio voventis, nisi ex ipsius mente contrarium colligatur; ut dum testator vovit Calicem, haeres enim in casu tenetur ad majus, quod potest, ex cap. *Cum dilecti de donationibus. San. Mero. Ren. q.7.*

65 Dubitans, an cum vovit Religionem, voverit etiam se profesarum, teneatur, &c. *R. neg.* quia jus commune concedit, posse à Religionē tempore Novitiatus egredi: ergo, &c. Tum quia in dubiis eligi potest, quod est minus, ex dictis: ergo, &c. *Sua. San. Ren. q.8. contra Nav. Rodri.*

66 Certus de voto, dubitans an fuerit de materia licita, vel non, cum fine malo, vel non, teneatur, &c. *R. neg.* quia alias se exponeret periculo peccandi. *San. Ren. q.9. contra Sud. Mero.*

67 Dubitans an votum sic emissum aucte pubertatem, vel ante 25. annum, aut post, possit illud Pater irritare *R. aff.* quia possessio stat pro Patre, qui possidet filii libertatem. *San. Ren. q.10. contra Sada.*

68 Vtrum possit quis uti materia dubia in administratione Sacramentorum *R. neg.* extra necessitatem ex decreto Innde XI. Secus in casu necessitatis, sed *sub conditione*, quia in ius malum (videlicet relinquere fideleni sine Sacramento) sine Sacramenti injurya dicto modo evitatur. Hinc in necessitate potest quis baptizari cum aqua rosacea, licet sit postea *sub conditione* rebaptizandus. *Henri. Coni. Fili. Ren. f. 44. q.1.*

69 An dubitans de valore matrimonii contrahendi, possit illud contrahere? *R. neg.* quia se exponeret periculo faciendi irritum Sacramentum Matrimonii, cum alias non sit necessarium. Tum quia ratione malae fidei nulla est possessio ex parte contrahentis. *Vidal. Lay. Henri. Ren. q.4. contra San. Mero.*

70 An taliter dubitans, posset petere, & reddere debitum, si matrimonium contraxit? *R. neg.* si uterque mala fide contraxerit; quia possessio mala fide contracta neutri suffragatur: Quod si alter dumtaxat mala fide contraxerit, tunc non poterit petere, ex cap. *Dominus de secundis nuptiis:* bene verò reddere; quia non potest possidens bona fide, jure suo expoliari ab alterius. *San. Tamb. Ren. q.5.*

- 71 Si ab initio matrimonium sit bona fide contractum ; superveniatque postea dubium de ejus valore , possint conjuges reddere , & petere? R. aff. post adhibitam diligentiam ad superandum dubium ; quia eo casu dubium se haberet, ut invincibilis ignorantia. Tum quia durissimum esset perpetuo contineri. San. Sua. Sato. Ren. q. 6. 9^c.
- 72 An possit reddere , & petere ante adhibitam diligentiam ad deponendum dubium ? R. neg. si dubium sit ex parte utriusque conjugis. Sor. Ledeſ. San. Si vero sit ex parte unius, tenetur dubitans reddere, non potest tamen petere; ex cap. *Inquisitione de sent. excom.* Primum probatur : quia alias faceret contra justitiam , si alter esset verus conjux : quod si non esset talis, faceret contra castitatem ; de duobus autem malis minus est eligendum: ergo terretur reddere . 2. conflat : quia petendo fornicatur, si alter non esset verus conjux: secus non petendo: ergo, &c. Ren. q. 7.
- 73 Dubitans de impotentia coeundi , an sit vera , nec ne possit petere , & reddere ? R. aff. etiam si dubitetur , an matrimonium sit consummatum ; quia natura fecit homines potentes : ergo nisi probetur impotentia, presumitur quis potens. San. Ren. q. 9.
- 74 An certus de impotentia, dubius vero , an praecesserit, vel non matrimonium possit reddere, & petere? R. neg. si dubium paulo post contractum matrimonium superveniat ; quia est nulla, cum non presumatur tam brevi tempore accidisse . Si vero superveniat multo tempore post contractum matrimonium ; ut cum sit per Procuratorem, tunc si impotentia est naturalis, ut frigiditas in viro, arctitudo in foemina , presumitur praecessisse; quia quod à natura inest , semper inesse videtur : Si vero est accidentalis ex maleficio , v. g. presumitur post matrimonium; quia naturaliter homines sunt potentes , & tales presumuntur, nisi oppositum probetur. San. Ren. q. 10.
- 75 An subditus teneatur obedire suo Superiori, si dubitetur, an sit legitimus Superior ? R. aff. si Superior est in possessione sua prælationis ; secus si non ; quia possessio in primo casu tantum illi favet , non in 2. Idem dicendum in secundo casu , si sit opinio de legitimitate Superioris ; quia licitum est subdito quamlibet opinionem sequi. San. Mero. Ren. fol. 47. q. 1. contra Vafq. Sala. absolute negantes.
- 76 An subditus teneatur obedire , si dubium sit ex parte materiae , an sit licita, vel non , ut si præcipiatur illi audire Confessiones? R. neg. si dubium sit ex parte utriusque Superioris scilicet , & sub-

subditi ; secus si ex parte subditi tantum . Rat. primi: quia ..., stante tali dubio, non favet Superiori possellio, favet tamen in 2. casu. *San. Mero. Ren. q. 2. Sc.*

77 An subditus dubitans de justitia gabellæ impositæ , teneatur solvere tributum ? *q. 2.* quod si facta diligentia ad deponendum dubium, adhuc hoc perseveret, & gabella est antiqua, tenetur: Secus si nova; quia antiqua censetur justa; & in casu novæ, melior est conditio possidentis suam libertatem . *Fili. Dia. Sylv. Ren. q. 3. Sc.*

78 Subditus dubitans , an bellum sit justum , possit ad bellum ire, & pugnare? *q. 2.* Si verè subditus sit , & dubium non sit etiam ex parte Principis , potest : secus si non sit subditus , vel dubium sit ex parte utriusque . Rat. primi: quia Superior possidet suam potestatem : ergo, &c. Rat. 2. quia eo casu, Superior nullam habet respectu illius potestatem . Rat. 3. quia tunc Superior operatur cum conscientia practice dulia , & sic peccat : ergo, &c. *San. Nav. Val. Ren. q. 4. contra Sal. Sua. loquendo de nouis subditis.*

79 An Princeps dubitans de justitia belli , possit illud prosequi? *q. 2. aff.* si rem , de qua dubitat, possidet ; quia melior est conditio possidentis : Si verò res à nemine possidetur , potest pro rata tantum dubii bellum prosequi ; quia aliter non servaretur aequalitas ; Quæ omnia intelligenda sunt, quando Princeps Superiorum non recognoscit , & diligentiam adhibuit ad depo-nendum dubium. *Palu. Say. Dia. Ren. q. 5.*

80 An subditus petens dispensationem à Superiore , & dubitans de justitia cause expressæ , possit uti dispensatione? *q. 2. neg.* quia possellio stat pro impedimento , quod certum est , non pro dispensatione, de qua dubitatur. *Mol. Mero. Ren. q. 6. contra San.*

81 An subditus certus , causam expressam fuisse falsam , dubitat tamen, an in dispensatione causa illa fuerit finalis, vel impulsiva , possit uti dispensatione? *q. 2. neg.* quia licet in favorabilibus, causa censenda sit impulsiva, non finalis ; Secus tamen, in odiosis, ut est dispensatio in casu nostro. *Mero. Villa. Mol. Ren. q. 7. Sc.* contra *Dia. San. Sc.*

82 Vtrum dubitans, an dispensatio se extendat ad aliquem casum, possit dispensatus dispensatione in eo casu uti? *q. 2. neg.* quia dispensatio est odiosa : ergo non est extendenda ad casum dubium . *San.* Oppositum dicendum, quando dubitatur, an potestas dispensandi se extendat ad aliquem casum ; quia potestas dispensandi est favorabilis. *Tamb. Ren. q. 8.*

83 Vtrum

- 83 Vtrum dubitans , an Superior sit legitimus, possit subditus uti dispensatione ? R. aff. si Superior sit in possessione suæ potestatis: Secus si non ; quia possessio in primo casu illi favet , non in 2. *San. Ren. q.9. contra Med.*
- 84 Vtrum in dubio , an causa dispensationis sit justa , possit Superior dispensare ? R. aff. quia in dubio favendum est potestati Superioris illam possidentis ; alias vix dispensare posset, si certas causas habere deberet. *San. Dia. Caje. Ren. q. 10. contra Bon.*
- 85 Vtrum se gerere debeat tanquam excommunicatus, qui dubitat, an excommunicationem contraxerit ; & idem queritur de dubio suspensionis, vel interdicti ? R. neg. quia possessio stat pro libertate; & aliunde nullus adest textus id præcipiens. *San. Lay. Ren. fol. 50. q. 1. Et c. contra Vag. Mol. Say. Et c.*
- 86 An certus de censura dubitans solum, an fuerit justa, vel ab illa fuerit absolutus , an , &c. ? R. aff. etiam in foro conscientiae; quia possessio stat pro censura , quæ est certa. *San. Bon. Tamb. Ren. q. 2. Et c.*
- 87 Vtrum si feratur censura sub conditione , & dubitatur de conditionis impletione , an censeatur quis censuram incuruisse ? R. neg. quia possessio non stat pro censura, de qua dubitatur; quia dubitatur de impletione conditionis : ergo , &c. Tum quia conditio est quid facti: ergo non præsumitur impleta, nisi probetur. *San. Meru. Cara. Ren. q. 3.*
- 88 An in dubio irregularitatis , censendus sit quis irregularis ? R. neg. sive dubium sit juris , sive facti . Excipe dubium facti homicidii. Rat. primi: quia in dubio, an adsit lex, nemo ad illam obligatur; ita ex cap. *Is qui de sent. excom. in 6.* Rat. 2. quia possessio stat pro libertate , seu immunitate ab irregularitate . Tum quia irregularitas non incurritur , nisi sit in jure expressa: Sed non est expressum, dubiam irregularitatem incurri: ergo , &c. *Sua. San. Coni. Fili. Did. Ren. q. 4. Et c. contra Vag. Azo. Say. Et c. 3. modo patebit.*
- 89 An in dubio facti homicidii, censendus sit quis irregularis? R. in dubio juris , in neutro foro censendus est quis irregularis : Patet ex dictis: Non sic in dubio facti homicidii, ex cap. *ad audienciam, & cap. significasti et 2. de homicidio.* Tum quia in foro externo dubius homicida damnatur : ergo & in foro conscientiae. *San. Ren. q. 5. contra varios variè opinantes.*
- 90 Vtrum dubitans, an suo consilio fecutum sit homicidium, censendus sit irregularis ? R. aff. quia possessio stat pro homicidio fecuto , nisi ex circumstantiis colligatur , ex consilio non fuisse fe-

secutum homicidium; ut quia homicida erat inimicus capitalis occisi, &c. San. Mero. Vidal. Ren. q. 6.

91 An qui causam dedit abortus, censendus sit irregularis; si dubitetur, an fetus fuerit animatus? q. 12. aff. quia in dubio homicidii, censendus est quis irregularis: ergo, &c. Ren. q. 7. Fili. Vidal. contra Prapo. qui ait, disparem esse rationem de homicidio, quod supponit subjectum capax mortis, ac de abortu, de quo dubitatur, an fetus sit vivens, nec ne; quam sententiam probabilem putat Pelliz.

92 An autem in casu fetus censendus sit animatus post 40. dies, vel 80. Tamb. contra Valdum, & Fil. dixit censendum esse animatum post 80. quia prius est, fetus esse inanimatum, quia inanimatum: ergo donec mihi clarè ostendas, illum habere animam, semper proferam, illum non habere: quia possessio stat pro priori statu. Ren. ibi.

93 An censendus sit irregularis, is de quo dubitatur, an sit legitimus, vel non; vt in casu infandi expositi? q. neg. quia in dubio, delictum non praesumitur, nisi probetur. Say. Coni. Fili. Sua. Dia. Ren. q. 9. Eccl. contra aliquos apud Melol.

Consecrare totum panem positum in platea, an, Eccl. v. Voluntarium q. 37. Consecrare in azimis, in fermentato, Eccl. v. Sacramentum Eucha. q. 3. Eccl. Consecrare in parva hostia an possit Sacerdos. v. Sacramentum Eucha. ut, Eccl. q. 4.

Consensus requisitus ad matrimonium. v. Sacramentum Matrimonii. ut, Eccl. q. 3. Eccl.

Conspiratio quid sit, Eccl. quatuorplex, Eccl. v. jus rei in exceptiones, Eccl. q. 13. v. 1. Eccl. op. 53. Eccl. 60. Inno.

Consuetudo pro instituendis, vel abrogandis Feffis, Eccl. v. Fefforum observantie q. 7. Consuetudo peccandi an possitflare cum veritate proposito; an sit explicanda. v. Sacramenti Pœnit. materia prox. q. 16. v. 1. Eccl. op. 53. Eccl. 60. Inno.

Consulens malum, an, Eccl. quomodo teneatur ad restitutionem, Eccl. v. Restitutionem, Eccl. q. 34. Eccl.

Consulere mindus malum, an, Eccl. v. Restitutionem quis, Eccl. q. 34.

Contentatio causa quid sit. v. jus, Eccl. justitia in proponendis, Eccl. q. 2.

Contractus nudi qui sint. v. Contractus onerosi q. 53. Contractus moatra quid sit. v. op. 40. Innoc. Contractus metu gravi celebra- ti, an, Eccl. v. Voluntarium q. 47. Eccl. 49. Contractus ipso jure irriti qui sint. v. ibi. q. 47. Eccl. 48. Contractus matrimonii cum impedimen- tis quando sit licitus. v. ibi. q. 41.

CON-

CONTRACTUS IN GENERE. Quæres.

- 1** **Q**uid sit contractus proprius, quid impropriè talis, & quid quasi contractus? q. contractum esse actum externum ultrò citroque obligationem parentem ex contrahentium consensu. Per ly ultrò, &c. distinguitur contractus proprius ab improprio, qui est conventio duorum, obligationem saltem in alterutro pariens; ut contractus donationis, & promissionis. Per ly ex consensu contrahentium, distinguitur à quasi contractu, qui est obligatio, qua quis obligatur alteri, non ex aliquo contractu, sed ex aliquo officio, vel facto lictio, & honesto, etiā non interveniat expressa voluntas utriusque; sic Tutor, vel Cūrator tenetur ex quasi contractu, licet non interveniant voluntates pupilli, vel minores. *Fag. Ren. tom. 1. fol. 401. q. 1.*
- 2** Quotuplex sit contractus? q. contractus, alii sunt innominaati, quod nomen non habent; ut do, ut des, &c. alii proprio nomine vocati ut emptio, venditio, &c. Nominati, alii sunt bonæ fidei, alii stricti juris: Primi, cum sint frequentiores, non solent multas habere conditiones, sed remittuntur ad usum, unde in illis arbitrari potest. Judex: tales sunt Emptio, Venditio, Locatio, Commodatum, Pignus. Secundi vero, è contra, unde à Judicibus strictè interpretari debent; tales sunt, mutuum, stipulatio, donatio. Denique alii contractus sunt gratuiti: ut mutuum, commodatum, depositum. Alii onerosi, ut emptio, locatio, permutatio, qui à priinis distinguuntur, quia isti requirunt acceptationem ex utraque parte, sed utrique notam; secus illi. *Fili. Ren. q. 2.*
- 3** Vtrum consensus metu extortus faciat contractum invalidum? Supp. ad contractum requiri consensum cum ea libertate, quae sufficiat ad mortale; undē si quis contrahat sine voluntate, contrahendi, vel se obligandi, non tenetur nisi in foro externo stare contractui. q. ad dubium neg. licet in foro conscientiae possit invalidari: Excipiuntur tamen aliqui, ex dicendis. Rat. primi: quia metus gravis non tollit voluntarium: ergo, &c. Rat. 2. quia per metum gravem quis injuria afficitur: ergo potest agere ad ejus restitutionem. *Fag. Lef. Ren. q. 3.*
- 4** Vtrum consensus errore extortus faciat invalidum contractum? q. aff. si error sit circa substantialia, vel circa accidentalia magni momenti; secus si sit circa accidētia extrinseca minoris momenti. Primum probatur: quia error circa substantialia destruit con-

consensum: ergo, &c. 2. constat: quia tunc error variat voluntatem contrahentis taliter, quod non contraxisset, si scivisset: ergo, &c. 3. probatur: quia tunc adest consensus: ergo, &c. Hinc qui ad fugiendum emeret equum, credens eum pennicissimum, inveniatque postea tradissimum, non teneretur flare contraetui. *Fag. Nav. San. Ren. q. 4. Sc. c.*

- 5 Vtrum consensus dolo extortus invalidet contractum? *q. 2.* quod si dolus (etiam circa accidentalia) det causam contractui in conscientia, & jure positivo facit contractum invalidum; Jure tamen naturae non irritum, sed irritandum. Si vero dolus sit tantum incidentis in contractum, tunc non invalidatur contractus. Primum probatur: quia dolus, tunc dicitur dare causam contractui, cum contrahens, alias non fuisset contracturus: ergo tunc deest consensus: ergo, &c. Probatur 2. quia matrimonium tali dolo contractum jure naturae est validum: ergo, &c. Probatur 3. quia contrahentes adhuc contraxisserent, cognito tali dolo: ergo non deest consensus: ergo, &c. *Bon. Leff. Ren. q. 5.* contra *Fag.* quoad secundam partem.
- 6 Vtrum si error, & dolus proveniant non a contrahente, sed a tertia persona, censeatur invalidus contractus? *q. 2. aff.* quia quomodo cumque proveniat error, vel dolus, semper causat involuntarium: ergo ex defectu voluntarii, invalidatur contractus. *San. Fag. Ren. q. 6.* contra *Sotum, Sc. c.*
- 7 An in casibus predictis invaliditatis contractus, teneatur alter contrahens decipiens stare contractui invalido, si deceptus velit stare? *q. 2.* ex vi juris positivi, sive canonici, sive civilis tesi; post sententiam tamen judiciis. Primum probatur: quia alias decipiens ex dolo commodum reportaret: ergo, &c. Probatur 2. quia hoc leges statuant in praenam decipientis, cap. 1. *de eo, qui duxit in matrimonium.* *Fag.* Ex vi juris naturalis, dico, quod vel contractus est gratuitus, ut donatio liberalis; & cum ex utraque parte non sit obligatorius, si deceptus nolit stare, nec decipiens potest. Vel contractus est onerosus, & non tenetur decipiens, etiamsi velit illi stare deceptus; quia hic contractus ex utraque parte est obligatorius: ergo si non obligat ex parte decepti, neque ex parte decipientis. *Bon. San. Ren. q. 7.*
- 8 An possit jus invalidare contractus ob defectum solemnitatum? *q. 2. aff.* in foro externo: quia sicuti contrahentes apponere possunt aliquas conditiones, quibus omittis, contractus sit nullus; ita potuit jus positivum. In foro autem conscientiae cendi sunt invalidi, si solemnitates sunt substanciales; secus si acciden-

- dentalēs. Primum probatur: quia leges statuentes solemnitates in contractibus, sunt justae: ergo in conscientia obligant. Excipitur Testamentum in favorem causæ piaæ factum. Ex quo remanet probatum. 2. Quæ autem sint substantiales solemnitates, quæ accidentales. Consulē *Jurisperitos*, *Bos. Ren. q. 8.*
- 9 An contractus de se invalidi, firmetur juramento? Loquimur de juramento promissorio. *R. neg.* si sunt irriti, vel irritandi jure naturæ, quamvis juramentum sit servandum, ut in sequenti dicemus. Si verò sint jure naturæ validi, quamvis jure civili sint irriti, vel irritandi, juramento firmantur. Rat. primi: quia confirmari non potest nisi id, quod aliquam vim, et si infirmam, & debilem, habeat: ergo, &c. Ex quo probatur 2. nam tunc contractus vim naturalem habent, & per juramentum renunciat quis omni favori ei à lege tributi: ergo, &c. Hoc autem intelligendum est, quando quis per juramentum renunciat suo privato favori; nam publico favori renunciare non potest: sic donatio facta à Clerico, vel milite suæ concubinæ, non firmatur juramento: quia hic contractus jure civili est nullus ob publicum favorem. *Less. Mero. Ren. q. 9. contra Mol. & San.*
- 10 An juramentum appositum contractui invalido, sit validum, & obliget in conscientia; itaut indigeat relaxatione, cum quis vult contra contractum venire? Loquimur de juramento, quod vel contractui invalido, non sponte, sed metu præstatur, vel quod sponte. *R. ad dubium aff. in utroque casu;* quando contractus primariè est irriter ob privatam utilitatem; secus quando ob publicam. Primum de juramento metu extorto probatur: quia per hoc non insurgit obligatio parti metum inferenti, sed Deo: ergo metus illud non invalidat in conscientia: ergo, &c. ex quo à fortiori, patet de juramento sponte præstito. 2. probatur: quia juramentum non obligat, quando est contra bonos mores, & in præjudicium tertii; quia non est vinculum iniquitatis: ergo, &c. Sic se habet juramentum appositum professioni Religiose, Sponsalibus, vel Matrimonio metu extortum. *Mero. Ren. q. 10.*
- 11 Quomodo ratificantur contractus invalidi? *R. ratificari per consensum ejus, qui metum, dolum, vel fictionem est passus, si taliter sint invalidi; fictione tamen, metu, vel dolo sublati; quia sic consensus est liber. Per supplementum verò solemnitati ratificantur. (& requiritur ratificatio etiam in foro conscientiæ) quando solemnitates sunt substantiales, si ex harum defectu sunt invalidi. Less. San. Ren. q. 11.*

12 Quæ

12 Quæ obligatio oriatur ex contractu? Ex. oriri obligationem naturalem, seu in conscientia: Item civilem, & in foro externo; nisi contractus esset nudus, & non vestitus stipulatione, litteris, &c. (dummodo tamen non firmatus juramento) Rat. pri- ni; quia ad obligationem in conscientia sufficit animus se obligandi, verbis expressus, & acceptatus: ergo, &c. 2. est certum. 3. patet ex l. *juris gentium*, ff. *de pacto*; & rat. est quia contractus nudus in sola conventione consistit: ergo, &c. 4. prob. quia etiam contractus jure civili irriti juramento firmantur: ergo multo magis contractus nudi, qui à lege irriti non sunt; licet ipsa eis non afflstat. *Less. Ren. q. 12.*

13 Quomodo obligent contractus sub conditione de futuro? sub conditione enim de præsenti, vel præterito, statim obligant; quia actum non suspendunt. Ex. contractus sub conditione de futuro incerto, non esse validos ante conditionis even- tum, & sic non obligare ante illam; quia contractus non obligat ultra contrahentium voluntatem: Quod intelligendum est primò in ordine ad exequendam rem promissam; quia in ordine ad non frangendum contractum, omni casu, quo conditio verificatur, sunt obligatorii. 2. de conditionibus non intrinsecis contractui; ut si vixero, &c. nam hæc non suspendunt, sed statim obligant; quia non faciunt conditionatum contractum. Conditiones vero de futuro certo, non suspendunt contractum. *San. Fag. Azo. Ren. q. 13. &c.*

14 Si conditio sit impossibilis, vel à lege rejecta, an contractus sit validus? Ex. neg. quia contrahens sub tali conditione, non vult aliter contrahere: ergo si conditio sit intra impossibili, vitiat contractum: Sic votum sub tali conditione impossibili emissum est irritum; imò & Testamentum sub conditione impossibili putata possibili ex l. *servo manumisso*, ff. *de conditione indebiti*. *Less. Azo. San. Ren. q. 14.*

15 Si conditio apposita in contractu sit turpis, an vitiet contra-
ctum? Ex. neg. si conditio sit de præsenti, vel de præterito, & jam purificata; quia contrahens ab illa non allicitur: est communis; Si vero conditio sit de futuro, vitiat contractum; quia allicit directè ad peccatum: ergo, &c. *Less. San. Ren. q. 15. contra Lopez. Fag. Sos.*

16 Si quis relinquat centum suæ filiæ, si nupserit, an censeatur contractus legati validus, conditione non impleta, ut si filia Religionem ingrediatur? Ex. aff. (nisi aliud ex circumstantiis colligatur: ut si testator legavit ob nuptias cum determinata Per)

- Personā, &c. & constat ex Authe. *Nisi rogati, Cod. ad Senatum Consultum Trebellianum.*) Tum quia præsumitur, testatorem adhuc illa reliquise ob ingressum Monasterii, si scivisset, filiam eum ingressuram. Tum etiam; quia ingredi Religionem, est quodam matrimonium spirituale. *Lef. Bon. Sen. Ren. q. 16.* contra *Fag.*
- 17 An è contra, si quis relinquat centum suæ filiæ, si Monialis fiat, censeatur validum legatum, si illa æquè bene nupserit. *R. aff. si filia, à legato præscindendo, sit pauper, & non possit cum illo secundum suum statum nubere: Secus è contrà; quia in primo casu censetur legatum relictum non principaliter ad Religionis ingressum, & Religionem non fuisse causam finalē, sed impulsivam; non autem in secundo casu. Quod si dubium contingat præsumendum est, fuisse causam impulsivam, quando Religio apposita fuit in commodum legatariae; quia in dubio præsumendum est pro validitate actus, maximè in favorilibus. Fag. Ren. q. 17.*
- 18 Quomodo obligent contractus causales, vel modales, qui sub tali causa, vel modo fiunt? *R. quod si causa sit finalis, ea non subsistente, invalidus est contractus; quia se habet ut conditio: ergo, &c. secus si sit impulsiva. Si modus non sit contra substantiam actus, nec causa finalis, eo non existente, validus est contractus quia modus in contractibus est onus, ad quod contrahentes volunt se obligare: ergo non suspendit actum, sicut conditio. Dixi, si modus, &c. nam aliàs destrueret contractum, & contrahéntium finis frustraretur: ergo, &c. Ren. q. 18. Fag. Bon.*
- 19 An eleemosyna data pauperi, se talem fingenti, sit restituenda; cum ob falsam causam videatur nullus contractus? *R. neg. Ren. q. 19. quia causa finalis eleemosynæ est Deus, paupertas autem est tantùm causa impulsiva: ergo, &c. Vnde contra *Medi.* putat, paupertatem semper esse causam impulsivam. Est contra *Vag.* simpliciter afferentem, & contra *Sotum.* afferentem in casu eleemosynæ magnæ quantitatis, & denique contra *Aec.* in casu, quo major paupertas fingitur.*
- 20 Ex qua culpa teneantur contrahentes; ut si commodatum accepi equum, qui mea culpa periit, ex qua culpa teneor? Suppono, culpam, aliam esse juridicam, & sine peccato, quæ est omissione diligentiae, quæ potuit, & debuit adhiberi, & non fuit adhibita; aliam theologicam, & cum peccato, quæ definitur sicut peccatum: Juridica dividitur in latam, levem, & levissimam, penes varietatem omissionum talium diligentiarum, quas ho-
— mi-

mines, vel ejusdem conditionis, vel diligentiores, vel diligenterissimi adhibere solent. Difficultas procedit de culpa iuridica. Vnde si. quod si contractus in utilitatem accipientis tantum, hic tenetur de culpa levissima; quia in contractu, v. g. commodati, tenetur adhibere diligentias diligentissimorum excipitur Precarium, ex l. contractus, ff. de regulis juris, in quo quis tenetur tantum de lata, & dolo. Si vero contractus sit in utilitatem dantis tantum, tenetur accipiens de culpa tantum lata; quia sibi imputet deponens, v. g. si apud diligentissimos non depositus. Si denique sit in utilitatem utriusque, accipiens tenetur tantum de culpa lata, & levi; quia cum contractus est in favorem accipientis tantum, tenetur accipiens etiam de culpa levissima: ergo si in favorem utriusque, sufficit, si accipiens teneatur de culpa lata, & levi; sic in contractu Societas, Venditionis, Locationis, Pignoris, &c. Lef. Ren. q. 20. & DD. communiter.

21 An de his culpis in casibus supradictis teneantur contrahentes etiam in foro conscientiae? si. aff. post Judicis sententiam: Est certum. Idem dicendum ante Judicis sententiam. Rat. quia leges civiles, & ratio naturalis distant teneri contrahentes in casibus positis ex culpa lata, levi, vel levissima: sed ratio naturalis, & leges civiles, cum sunt justae, obligant in conscientia: ergo, &c. Lef. Bon. Mol. Ren. q. 21. contra Sa. Fili.

22 Quis habet ex contractu rem alterius, accidit casus fortuitus, in quo vel res sua, vel alterius perire debet, an possit rem suam, & non alterius salvare? si. neg. si contractus fuit in sui commodum, & res alterius sit æqualis, vel minoris valoris; quia tenetur adhibere diligentiam diligentissimorum: sed hi pretiosiores res in similibus casibus conservarent: ergo, &c. Si vero contractus fuit in commodum utriusque, non tenetur eo casu, rem alienam salvare, nisi esset preciosior sua; quia tunc tenetur adhibere diligentiam diligentissimorum: sed hi, &c. Si denique contractus sit in alienam tantum utilitatem, si res tua est æqualis, aut majoris valoris, potes illam alienæ præferre; quod si aliena sit majoris valoris, teneris illam præferre, si spes sit quod alias tibi compenset valorem tuæ; contra, si ea spes non sit: quia in his contractibus non teneris, nisi tantum ex culpa lata, quæ in casu fortuito adesse non potest. Fag. Lef. Ren. q. 22.

23 Qui nam contrahere possint? si. Contrahere non potest primo quicumque non est capax rationis, & furdus, & mutus à nativitate,

- vitate, si contractus verbis perficiatur . 3. Prodigus. 4. Tutor, vel Curator cum Pupillo, & minore . 5. Judex cum subditis in suo territorio . 6. Advocatus cum suo Cliente, lite durante. 7. Medicus cum actuali suo iafirso . 8. Pupillus, & Minores 25. annis . 9. Alicubi uxori sine firmariti consensu, & 10. Fœmina alicubi sine consensu duorum consanguineorum, vel vicinorum. *Ren. fol. 411. q. 1. Azo.* ex variis textibus Juris Civilis.
- 24 Quomodo amentes, & furiosi contrahere non possint ? *¶.* nec naturaliter, nec civiliter, si sint perpetuæ tales ; secundum *m.* constat ex *I. ubi non voce, §. Furiosi, ff. de reg. juris.* 1. probatur; quia carent libertate, & usu rationis: ergo, &c. Idein dicendum de ebriis; qui (una cum supradictis) contrahere tantum possunt, cum habent lucida intervalla. *Fag. Ren. q. 2.*
- 25 Quomodo Prodigus validè contrahere possit ? *¶.* posse antequam ei Curator detur, & hoc in utroque foro; non autem post, nisi de consensu Curatoris, & Judicis decreto. Primum constat ex *I. si Curatorem habens, Cod. de in integrum restit. & ratio:* quia ante Curatorem, praesumitur sanæ mentis: ergo, &c. 2. patet ex *I. His, cui bonis, ff. de verborum obligationibus.* Quid autem dicendum, si absque Curatoris consensu contrahat, & contractum juramento firmet, an valeat contractus ? *¶.* neg. quia Prodigus sine judicio contrahit; nam ex *I. 10. versu moribus, ff. de Curatoribus,* furiosi huic comparantur: ergo, &c. *Bartol. Bald. Palud. Ren. q. 3. &c. contra Gomez. &c.* quod intelligitur directè; nam indirectè per ingressum Religionis potest sine consensu Curatoris; quia bona Monasterio transeunt.
- 26 An minores, & Pupilli validè contrahant ? Pupilli dicuntur masculi ante completum 14. annum, & fœminæ ante 12. quibus datur Tutor; post verò usque ad 25. sunt quidem puberes (ad differentiam impuberum, qui à 7. usque 12. vel 14. in masculis tales dicuntur) sed dicuntur minores, & datur eis Curator. Dantur etiam infantes, qui tales sunt, usque ad annum 7. Item datur proximus infantiae, id est, qui propinquior est termino, in quo desit infans, quam in quo incipit pubertas, ut ante 10. annum cum dimidio; & proximus pubertati, qui proximior est termino, in quo illa incipit, quam in quo definit infans; ut post 10. cum dimidio (loquendo de masculis) 9. verò cum dimidio, ante, vel post in fœminis. *¶.* nunc ad quæsumum. Contractus minorum, & pupillorum pubertati proximiorum celebrati absque consensu Curatorum, & Tutorum, & absque Judicis decreto (nisi silent de bonis castrenibus, vel quasi castris-

trenibus) non valent, si illis sunt noxii: secūs, si illis profint; nec sint iniūi cum alio minore gaudente eadem privilegio; ita olligitur ex *Institut. de auct. Tutorum.* Item ex *Instit. de inutisibus stipulationibus, S. pupillus. San. Bona. Less. Ren. q. 3. &c.*

An tales contractus absque Judicis decreto celebrati valeant? non valere, neque civiliter, neque naturaliter, si contrahant de re immobili, vel mobili, quæ servando servari potest; ut aūrum, servi, &c. Valere verò de re mobili, quæ servando servari non potest. Primum patet *Ilex, qua tutores 22. Cod. de administrat. Tutorum.* 2. constat ex *I. impuberis, ff. de auctorit. Tutor. San. Bon. Ren. q. 4.* Quæ autem sint illa, quæ servari non possunt, ait *Bon.* esse illa, quæ per trienium servari non possunt.

3 Vtrum supradicti contrahentes sine his duabus conditionibus, obligentur saltē naturaliter, & in conscientia? &c. aff. nisi pupilli essent infantes; vel cum ipsis Tutoribus contraherent; vel eis ex justa causa sit interdictum à Judice sic contrahere; vel denique, nisi contraherent de rebus immobilibus, vel mobilibus pretiosis, quæ servari possunt. Constat ex *I. pupillus, ff. ad legem Falcidiam.* Tum quia horum contractus sine his conditionibus celebrati valent, si juramento firmantur, ex dictis: ergo, &c. *Nav. Less. San. Ren. q. 5.* contra quosdam.

29 Intra quod tempus possint Minores, & Pupilli agere contra contractus ab ipsis celebratos? &c. vel contractus fuit validus, & restitutio debetur usque ad 15. annum, & per 4. alios postea; vel fuit ipso jure nullus, & tunc debetur usque ad 15. & per alios 5. postea. Primum probatur ex *Clement. unica de restit. in integrum 2. ex I. finali, Cod. si major factus. Menoch. Fag. Ren. q. 6. &c.*

30 An filiis familias valide contrahere possint, dum sunt sub patria potestate? Suppono primò: Filios familias habere aliqua bona, quæ castrenſia dicuntur, id est, quæ in Castris, vel occasione militiae acquisierunt: Alia dicuntur quasi castrenſia, ut quæ ex publico officio, v. g. medicina, vel Beneficio acquisierunt. Alia dicuntur adventitia, quæ ex parte matris adveniunt, inter quæ computantur ea, quæ proprio labore sine publico officio acquisita sunt. Alia denique dieuntur profectitia, quæ ex parte Patris proveniunt. Suppono 2. Filios familias exire de patria potestate, primò per emancipationem. 2. per mortem patris. 3. per hæresim patris etiam occultam. 4. per hæresim ipsius filii in pænam. 5. per professionem Religiosam patris, vel filii. 6. si alter eligatur in dignitatem Episcopalem, Cardinalitiam, vel Consularem. 7. si pater fuerit ab hostibus capitus.

3. apud aliquos, si sacros Ordines filius suscipiat: His suppositis.
 R. ad quæsumus, filii dummodo sint puberes, possunt validè contrahere de bonis castris, & quasi castris; secus de adventitiis, & profectitiis, nisi de consensu Patris. Primum probatur, quia de his habent dominium, & administrationem, ex l. miles præcipue, §. actionem, l. sequenti, ff. de castris peculio.
 2. probatur, quia de adventitiis, licet habeant dominium, non tamen administrationem, ex l. cum oportet, l. cum non solum, Cod. de bonis, que lib. Ren. q. 7.
- 31 An filii familiæ possint validè testari, & donare mortis causa de bonis adventitiis, de quibus habent dominium, & administrationem? R. non posse sine patris consensu; cum hoc tamen ad pias causas testari tantum possunt. Primum probatur ex institut. Quibus non est permisum facere testamentū; & ex l. Filius familiæ, ff. de donat. 2. probatur ex c. licet, §. fin. de sepult. in 6. Fag. Ren. q. 3.
- 32 An, & quomodo Religiosi validè contrahere possint? Dico primò, posse Religiosos de licentia suorum Superiorum contraherere, & Monasterium obligare: Quod si sine licentia contrahant, non obligant Monasterium, licet contrahens cum Religioso obligetur Monasterio, si hoc contractum ratum habuerit; quia Religio habet privilegium Minorum. Dico 2. Religiosos, post professionem non posse disponere de propriis bonis, de quibus ante professionem non disposuerunt; quia ea acquiruntur Monasterio. *Fili.* An autem Novitiorum contractus, ut donationes, testamenta, vel quæ ab ipsis secularibus causa tantum ingressus in Religionem initi sunt, sint validi. R. neg. sine licentia Episcopi, si sint irrevocabiles; secus si revocabiles, ut qui fiunt mortis causa. Rat. quia Tridentinum in tantum tales contractus invalidat, ne Novitus, vel alius bonis spoliatus, cogatur professionem emittere; sed hoc non sequitur ex contractibus revocabilibus: ergo, &c. Fag. Lef. Ren. q. 9. Et c.
- 33 An Religio teneatur ad contractus, quos Religiosus in seculo inivit? R. aff. si Religio aliquid accepit à Religioso; secus, si non; quia bona, quæ Religio accepit, censentur tacite hypothecata creditoribus Religiosi. Fag. Ren. q. 10.
- 34 Si Religiosus contrahat post professionem sine licentia, teneatur si non civiliter, saltem naturaliter? R. neg. si contrahat de rebus Monasterii; quia non potest de rebus alienis contrahere: Est certum. De aliis verò loquendo R. etiam neg. quia consensus, seu velle quod ad naturalem obligationem requiritur interdicitur Religioso: ergo, &c. Tum quia similibus obligatio-

tionibus leges resistunt, cap. 2. de testam. in 6. cap. non dicatis 12. q. 1. San. Less. contra Ren. q. 11. Fag. Pelliz.

Quomodo possit uxor contrahere sine consensu viri ? R. posse de bonis, quorum administrationem habet ; ut sunt paraphrenalia, seu extradotalia, & quae sua industria, & labore acquisivit, non autem de dotalibus, sine saltem tacito viri consensu. *Fili.* An autem post mortem mariti teneatur stare contractui locationis fundi dotalis facto à marito? R. neg. in rigore juris, si locatio sit ad longum tempus, ut si sit quinquennalis; ex aequitate tamen si sit ad breve tempus, ut ad annum, posset cogi uxor illi stare; quia cù ea locatio facta sit bona fide; aequitas postulat, ut non rescindatur. *Fag. Ceva. Ren. q. 13.* contra Angeliz. Et ad absolute affrentes, & contra Accurijum, &c. absolute negantes.

An incarcerati possint de jure communia contrahere? R. non posse cum iis, qui eos in carcere detinent, nisi de licentia judicis: aliás contractus esset invalidus, ex l. qui in carcere, ff. quod metus causa. Tum quia censetur metu extortus: ergo, &c. *Fag. Ren. q. 13.* An mancipia possint contrahere ? R. aff. de iis, de quibus dominium habent, sive perfectum, sive imperfectum, & hoc tam cum suis Dominis, quam cum aliis; cum quibus tamen, naturaliter tantum obligantur, non civiliter; nisi contractus sit de libertate, & servitus dubia. Primum constabit ex dicendis, v. Dominium. 2. patet ex l. naturaliter, ff. de conditione in debitis: & probatur: quia licet Domini ad servum non possit esse obligatio justitiae, tamen cum ille contrahit, videtur cedere iuri suo: ergo, &c. Idem à fortiori dicendum de contractibus cum aliis. 3. probatur ex l. interpositas. Cod. de Sacro iudicio. 4. constat ex l. si servum, & si quis, ff. de acquinenda iure credit. *Ren. q. 4.*

C O N T R A C T U S G R A T U I T I . Quæres.

QVIS sint contractus gratuiti, & quales ? R. contractus gratuitos, seu lucrativos esse septem; videlicet, Depositum, Commodatum, Precarium, Donatio, Testamentum, Legatum, & Mutuum. *Ren. som. 1. fol. 417.*

Quid sit Depositum, & quotuplex ? R. ad primum. Depositum est contractus, quo aliquid (intellige rem mobilem) alicui custodiendum traditur (intellige gratis; aliás non esset depositum) ut in integrum illud restituatur, ex l. 1. ff. de depositis. Vnde ad 2. Depositum duplex est, unum privatum, aliud judiciale, quod sequestrum dicitur; & sit à Judice lite super re pendente. *Bon. Re. q. 1.* An Depositarius possit uti deposito, & in quibus casibus? R. ad primum neg. aliás committeret furtum, ex l. si sacculum, ff. de

- positi**; Vnde teneretur ad restitutionem pretii usus, si hic pre-
tio astigmabilis est. Rat. quia res depositata traditur ad solam cu-
stodiam: ergo, &c. *Bon. Lef.* Vnde ad 2. depositarius uti potest
primò, dum Dominus concedit, sive tacite, sive expressè; quod
si res esset usu consumptibilis, transiret in mutuum; si verò
non, transiret in commodatum, ex 1. certi conditio, 9. ultimo, ff.
de rebus creditis: 2. quando depositarius credit, Domino non
dispicere. Et 3. quando certus est, se restitutum depositum
ejusdem mensuræ, & bonitatis. *Lef. Bon. Ren. q. 2.*
- 4 Quid sit commodatum?** &c. esse gratuitam concessionem alicuius
rei ad certum, & determinatum usum. Dixi *gratuitam*: nam
si merces intervenit, est locatio. Dicitur *alicuius rei*, hoc est,
sive mobilis, sive non, ad differentiam mutui. Dicitur, *re*,
id est usū non consumptibilis; alias non posset eadem restituī,
quod est de essentia commodati. Dicitur, *ad certum usum*, ad
differentiam Precarii, in quo res conceditur ad beneplacitum;
vnde in commodato determinatur tempus tacite, vel expres-
sè. Hinc liber e. g. tunc dicitur commodatus; quando datur, ut
legatur tunc enī implicitè determinatur tempus. *Azo. Re. q. 3.*
- 5 An possit quis in commodato, & deposito sibi compensare,**
quod ei debetur? &c. in Deposito non posse; & hoc in foro tan-
tum externo, non autem in foro conscientia. In Commodato
vero, posse in utroque foro. Primum probatur ex 1. si quis vel
pecunias, *Cod. Depositis*. Et rat. est, ne contractus depositi, qui ex
bona fide est, ad perfidiam trahatur. Probatur 2. & 3. quia ex
jure naturæ, & gentium potest quis sibi ex qualibet re alterius
satisfacere, quando aliter solutionem obtinere nequit. *Lef.*
Nav. Sa. Ren. q. 4. &c.
- 6 Quid sit Precarium?** &c. Precarium est, quod precibus petenti
utendum conceditur, ad libitum concidentis. Dicitur, *utendum*
conceditur, ex quo differt à Deposito; item à mutuo, in quo
transfertur dominium. Dicitur, *ad libitum concedens*, in quo
differt à Commodato: Non potest tamen sine causa statim re-
peti; quia alias deciperetur accipiens, quod est contra ratio-
neni beneficii, ut est Precarium. *Fili. Nav. Ren. q. 5. &c.*
- 7 Quid sit Donatio, & quotuplex sit. Donatio,** est datio quædam
liberalis. *Fag. Lef.* Dicitur, *datio*, hoc est, translatio dominii,
in quo differt à promissione. Dicitur *liberalis*, id est, nullo ad id
cogente jure. Hinc donatio reciproca non est propriè donatio;
Vnde ad 2. donatio duplex est, alia causa mortis, & est illa,
quæ sit revocabiliter. Alia inter vivos, & est illa, quæ sit irrevo-
cabiliter. *Azo. Ren. fol. 419. q. 1.*

§ An

- 8 An donatio remuneratoria , & antidotalis , ut Gratii loquuntur , sit propriè donatio ? *R. neg.* quia non est propriè liberalis. *Cova. Dia. Ren. q. 2. etc. contra Less. Fib. Et c.* nisi multum excederet merita , vel beneficia collata donanti ; quia tunc penes excelsum , liberalis diceretur . *Fag. Et c.* Hinc , quando Religiosis , vel conjugibus inter se prohibetur donatio , non prohibetur donatio remuneratoria ; cum non sit propriè donatio : Est contra *Dia.*
- 9 An donatio possit fieri absenti? *Rat. dubitandi est:* quia donatio ante acceptationem , nullam parit obligationem , (nisi facta esset Ecclesiæ) cum careat mutuo contrahentium consensu esse validam dummodò per epistolam , vel nuncium insinuetur donatio , & donatarius , præsente nuncio , accepte illam . Constat ex *I. absentis, ff. de donationibus.* Tum quia aliter intervenire non potest acceptatio . *Dixi, ut Donatarius, Et.* quia si ceterum aliis acceptet , non valet donatio ; quia contrahentium consensus debet vicissim innotescere . Hinc si aliis non missus à donante insinuet donationem Donatario , nec est valida , etiam si acceptetur ; quia in casu Donatario nihil validè offertur : ergo , &c. An autem possit ante acceptationem revocari ? Dic cum communi posse , si donatio fiat per Nuncium ; secus , si per Procuratorem. *Ren. q. 3.*
- 10 Vtrum donatio fieri possit absenti , sed alteri præsenti , & pro eo acceptanti ? *Rat. dubitandi est :* quia ex §. si quis alii de instilibus stipulationibus , non potest alter pro altero stipulare absque speciali mandato , nisi sit Tutor , qui pro pupillo stipulare potest : item Curator pro Minore , Mater pro Filio , Filius pro Patre , Monachus pro Monasterio , & quilibet pro Ecclesia , & pia causa : His positis . *B. aff.* in casibus modo expressis tantum , quia de his expressè jura loquuntur ; hæc tamen donatio in utroque foro revocari potest , si facta fuit intuitu præsentis in revocationem consentientis ; In neutro tamen , si intuitu absentis . *Rebellius. Ren. q. 4.*
- 11 Vtrum donatio facta absenti possit post mortem donatoris validè acceptari à Donatario ? *R. aff.* si sit facta , & per Nuncium insinuatur tantum Donatario ; secus si facienda sit per Nuncium . *Rat. 2.* quia mandatum per mortem mandantis expirat : ergo , &c. Vnde patet ad primum *Less. San. contra Mol.* absolute affirmantem . *Quid autem dicendum sit è contra, an, scilicet,* possit validè acceptari donatio ab hæredibus Donatarii jam mortui ante acceptationem ? *R. hoc colligendum esse ex voluntate donantis. Dia. Rebel. Ren. q. 5.*

- 12 An donatio facta absque insinuatione sit valida? Supponendum est, donationem excedentem octingentos scutos requirere insinuationem, quae nihil aliud est, quam consensus Judicis: ita ex l. si quis pro redemptione, §. ulsi. Cod. de donat. quæ lex excipit donationem factam Principi summo, vel à Duce militiæ de rebus mobilibus, vel à Principe suo privato. Modo quæratur, an præter hos casus, semper requiratur insinuatio. Et & neg. si donatio sit remuneratoria, vel reciproca, vel mortis causa, vel ad pias causas; secus si sit libertalis. Rat. quia ista tantum est propterea donatio; ille vero nequaquam, ex l. Aquilius, ff. de donationibus, &c. alibi. Dia. Ren. q.6.
- 13 An donatio facta absque insinuatione excedens dictam summam, valeat in conscientia? &. aff. tam quoad eam summam, quam quoad excessum, usque dum excessus à donatore, vel hæredibus repetatur. Primum est certum, & ita decernitur in l. sancimus, Cod. de donat. Tamb. 2. probatur: quia lex requiriens insinuationem, est fundata, ut vitentur fraudes: ergo quando haec non adsunt fundatur in falsa presumptione: ergo non obligat. Tum quia leges requirentes insinuationem, non obligare intendunt donatarium, antequam excessus ille petatur à donante: ergo in conscientia poterit donatarius excessum illum retinere, antequam petatur. Mol. Lugo. Less. Ren. q.7. &c. contra Hors.
- 14 Vtrum donatio omnium bonorum sit valida? &. neg. si sit praesentium, & futurorum; nisi fiat in favorem Ecclesiæ, vel piæ causæ; secus si sit praesentium tantum. Primum constat ex l. ex eo, Cod. de in usitibus stipular. Et rat. quia sic tollitur donanti facultas testandi contra ius assuræ, & gentium. 2. constat ex l. jubemus 2. verificulo Patriarcharum, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis. Et rat. quia potest quis se totum Ecclesiæ dicare: ergo, &c. est contra Cara. 3. probatur: quia non adimitur per eam donationem facultas testandi: nam potest alia acquirere: ergo, &c. Fag. Less. Hinc donatio omnium praesentium, & futurorum est valida, si sit onerosa, si mortis causa, vel si donator aliquid sibi reservavit. Dia. Mol. Ren. q.8.
- 15 An teneatur quis restituere bona accepta per donationem omnium bonorum? &. neg. nisi à donatore repetantur, quo facto, tenetur etiam ante Judicis sententiam. Probatur primum: quia eis non repetitis, censetur donator velle cedere juri suo: ergo, &c. Probatur 2. quia cum donatio de se est invalida, non est invalidanda per Judicis sententiam: ergo, &c. Tamb. Dia. Ren. ibi.

16 An donatio inter virum, & uxorem fit valida? Rat. dubitandi est; quia ex toto titulo *ff.* & *Cod. de donat. inter virum, & uxorem.* Prohibita eis fuit donatio ad invicem, ne mutuo amore se spoliarent. *Rg. aff.* si fiat ob causam, talis est donatio remuneratoria, vel mortis causa; secus si sit liberalis, exceptis quibusdam casibus, quos vide apud *Azo.* Primum de remuneratoria, patet ex *l. quod autem*, *§. si vir*, *2. ff. de donat. inter virum, & uxorem, & de mortis causa, ex l. cum bis status ff. de donationibus.* *Azo.* Vnde donatio facta à viro sene, vel ignobilis uxori juveni, vel nobili, est valida. Probatur 2. quia leges prohibentes donationes, intelligendae sunt de donationibus liberalibus. *San. Dicastillus.* *Ren. q. 10. &c. contra Pog. Azo. &c.*

17 An valeat donatio inter Patrem, & Filium, & è contra loquimur de liberali. *Rg.* Filius donare potest Patri bona, de quibus habet dominium, ut bona castrensis, &c. vid. *Azo.* Pater vero non potest donare Filio, si hic sit in sua potestate, exceptis quibusdam casibus; nam primò potest filiæ causa dotis. 2. Filio ad castra proficisci. 3. Filio usum fructum, quem habet de bonis adventitiis; item & alimenta. Potest tamen, si sit emancipatus. Primum constat ex *l. ultima, Cod. de donat. inter virum, & uxorem.* Et rat. est: quia nemo sibi ipsi donare potest; sed Filius non emancipatus censetur eadem Persona cum Patre: ergo, &c. 2. probatur: quia hæc ratio cessat cum Filius est emancipatus, vel non sub potestate Patris; qualis reputatur etiam Filius naturalis, & Filius respectu Matri; quidquid Juristæ dixerint. *Dia. Less.* *Ren. q. 11.*

18 An donationes prædictæ non validæ, valeant in conscientia, si juramento firmantur? *Rg. aff.* quia, ex dictis, contractus jure civili nullus valet in conscientia, si juramento firmetur. *Azo.* Sic se habet donatio omnium bonorum. *Less. contra Cara.* Item inter conjuges ex *San.* Patris facta Filio. *Azo.* facta absque insinuatione. *Iugo. Less. &c.* & denique facta absenti ante acceptationem. *Dia. Ren. q. 12.*

9 Quibus de causis, de jure censeatur revocata donatio liberalis censi revocatam primò ratione ingratitudinis donatarii; ut si hic donantem gravibus, & atrocibus officiat injuriis, verbis, factis, &c. vel notabile dampnum in rebus inferat, aut nolit gravamina donationis implere, ex cap. *ultimo de donat.* extra quos gradus ingratitudinis alii admittendi nou sunt, *in foro externo;* quia lex pænalis est: ergo, &c. *Ren. q. 13. Fili.* 2. ratione incognitæ supervenientiæ filiorum: quia tunc censetur donasse cum con-

conditione ex l. si unquam, Cod. de revocandis donas. Dia. Fag. quod si dubium contigerit, censendum est, non cogitasse. Dia. 3. ratione inofficiose donationis; ut si haec præjudicet legitimæ filiorum; quia esset contra pietatem, ex l. si queat, Cod. de inofficiose donas.

20 Vtrum donatio revocata per supervenientiam Filiorum, reviviscat, si hi postea moriantur? R. aff. si post mortem Filiorum Pater patiatur, donatarium frui bonis; secus si contra. Rat. utriusque; quia cum donatio per supervenientiam filiorum sit extinta, jam requirit ad sui convalidationem, vel tacitum, vel expressum consensum donantis, quæ colligitur si patiatur, vel non, frui bonis. Ren. q. 15. Fag. contra Mol. &c. absolute negantes, & contra Lug. &c. absolute affirmantes.

21 Vtrum donatio facta Ecclesiæ, vel ad pias causas, possit revocari per enumeratas causas? R. posse primò per vitium ingratitudinis Praelati, &c. quia donatio fit immediatè hominibus propter Deum; sed in illis contingere potest ingratitudo: ergo, &c. Tamb. contra Leff. Fag. 2. non revocari ob supervenientiam filiorum, nisi quoad legitimam tantum; quia locus pius habetur loco filii ex Auth. Si qua mulier, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiæ; sed donatio facta filio, ob supervenientiam aliorum, non revocatur; nisi quoad legitimam: ergo, &c. Tamb. Fili. &c. 3. revocari posse propter inofficiosa donationem; quia, ut dictum est, Ecclesia se habet loco filii: ergo sicuti si donatio sit inofficiosa filiis, revocatur quoad legitimam tantum: ita, &c. Nav. Dia. Ren. q. 14. &c.

22 An possit quis in donationibus renunciare beneficio à lege ei tributo, ut beneficio inofficiose donationis, vel revocandi donationem ex ingratitudine? R. neg. quia tale beneficium est in publicum favorem filiorum, non in privatum Parentis inducitur: ergo, &c. Tum quia renunciando beneficio revocandi ob ingratitudinem, daretur ansa donatario ingratum esse, quod est contra communem bonum, cui donator renunciare non potest; nisi juramento donationem firmatur. Hurt. Dia. Ren. q. 16. &c.

23 Quid sit testamentum, quotuplex, & quid sit legatum? R. ad primum Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit cum directa hæreditis institutione. Vulpianus. Dicitur de eo, ad differentiam donationis inter vivos. Dicitur cum directa, &c. ad differentiam Codicilli, Legati, & fideicommissi, in quibus directa institutio hæreditis esse non potest; licet indirectè favore militis, vel fideicom-

commisſi posſit in Codicillo hæres institui. Vnde ad 2. testa-
mentum, aliud eſt clauſum, ſeu in ſcriptis; aliud apertum, ſeu
nuncupativum; non quia non ſcribatur, ſed quia ſola voce fie-
ri potheſt. Vnde ad 3. Legatum, eſt donatio quædam teſta-
mento relictæ ab hæredē präſtanda; quare confunditur cum fidei-
commiſſo, hoc enim eſt, quod fidei hæredis committitur alte-
ri präſtandum, l. i. *ff. de legatis. Fag. Ren. fol. 426. q. 1.*

Quæ requirantur ad valorem Teſtamenti in utroque foro? R.
in foro extero, jure civili, requiriſtur primò numerus 7. teſ-
tium, qui ſint masculi, liberi, puberes, rogați, in teſtamento
ſubſcripti, & qui teſtamentum ligillent, ſi ſit clauſum; ſi verò
apertum, ſufficit, ſi teſtes ſint präſentes. 2. ſubſcriptio ipſius
Teſtatoris, vel ſi ſcribere neſciat, requiriſtur octauus teſtis, qui
eius nomine ſubſcribat licet non requiriſtus ſubſcriptio, cum
Teſtator propria manu teſtamentum ſcripſit. 3. in clauſo re-
quiriſtus ſcriptura, & Notarius. Hinc patet diſſerptatio inter
teſtamentum, & Codicillum; ad hinc enim ſufficiunt 5. teſtes,
etiam non rogați, etiam ſi foeminae ſint; quod ſi coeci ſint, re-
quiriuntur 7. cum Fabellione, ſicut ad Teſtamentum coeci. 4.
requiriſtus hæredis institutio, qui ſit de jure iſtituendus, con-
ſtat ex variis juribus. Bon. In foro verò conſcientiæ hæſoleni-
tiates non requiriuntur; nam ſicuti ex promiſſione nuda ori-
tuſ obligatio, ſi non civilis, ſaltē naturalis; ita, &c. Mol. Syl.
Ren. q. 2. &c. contra Covar.

Sint ne aliqui caſus, in quibus in foro extero ſit validum teſ-
tamentum ſine ſolemnitatibus? R. aff. & primus eſt, quando
teſtamentum factum eſt ad pias cauſas, Alex. III. in cap. *Pra-
latum primo de teſtamentis.* 2. quando teſtamentum factum eſt
à Patre, vel Matre in favorem Filiorum, ex l. *bac consuliſſima,*
Si ex imperfeſto. Rat. quia Filii de jure naturali debetur hæ-
reditas Patris, vel Matris: ergo ſufficient in hoc, ſicut in primo
duo teſtes, eſtò mulieres, & non rogați. Verū eſt hodie, Teſ-
tamentum Patris, vel Matris, debere eſſe ſubſcriptum, ſi ſic
ſcriptum; ſecus, ſi nuncupativum, ex Auth. *Si modo, Cod.*
familia ercifundæ. 3. quando factum eſt coram Principe abſolu-
to, ex l. *omnianm, Cod. de teſtam.* 4. tempore peſtis; & 5. in
locis deſertiſ, in quibus minor numerus teſtium ſufficit, ex l. *fi-
nali, Cod. de teſtam.* *Ren. q. 3. vide Fag.*

An legata pia relictæ in teſtamento nullo, facto ad non pias
cauſas, valeant in conſcientia? R. aff. quia talia legata debentur
ante aditam hæreditatem, & ſic etiam ſi hæres repudiaret illam:
ergo

ergo etiam si testamentum sit nullum. *San. Vafq. Lug. &c.* contra *Barbo*. An autem legata non pia relista in testamēto ad piās causas facto valeant ? Dic cum *Mol. & Fag.* valere ; si testator facultatem habeat utroque modo testandi ; secūs , si ad piās causas tantūm. Rat. primi: quia accessorium sequitur naturam principalis: ergo sicut testamentum, sic erit legatum. Vnde probatur 2. quia si testamentum est validum tantūm ad piās causas ; legata non pia, non erunt valida ; quia accessorium sequitur principale. *Ren. q. 4.*

27 An testamentum factum tempore pestis , requirat has solemnitates in foro exteriori ? R. loquendo de testibus, juris rigore, dico cum *Lugo, Mol. &c.* requiri 7. testes, licet necesse non sit, ut unico contextu adhibeantur, sed sufficit, si una hora duo ; alia hora alii videntur, ex *I. casus 3. Cod. de testam.* Dixi in rigore jaris : quia ex æquitate sufficiunt duo , vel tres . *Lay.* De aliis solemnitatibus, ut testes sint rogati, vel masculi; dic, contra *Fag.* cum *Dia.* sufficere fœminas , & non rogatos , si adsit necessitas. *Ren. q. 5.*

28 An haec solemnitates requirantur de jure Canonico ? R. aff. in terris subjectis Principibus secularibus ; secus in subjectis Ecclesiæ, ubi, de jure Canonico, duo testes, & Parochus sufficiunt. Primum probatur: quia illæ sunt justæ, & rationabiles , nec libertati Ecclesiasticæ repugnantes; ergo, &c. *Fag. Ren. q. 6.* contra varios Jurisperitos , ut *Julium Clarum, Specula. &c.* qui id ex cap. *Cum esses de testam.* probant . Probatur 2. ex eodem cap. quod loquitur tantum de terris , Papæ , & jurisdictioni Ecclesiasticæ subjectis. *Fag.* An autem testamentum factum in loco, ubi solemnitates Iuris Civilis non requiruntur , sit validum , si bona testatoris reperiantur in loco , ubi solemnitates juris requiruntur ? R. aff. quia non potest Testator ex parte decedere testatus, & ex parte intestatus. *Bartolus contra Cancerium.*

29 An sit validum testamentum , in quo testator committit alteri, hæredis sui nominationem ? R. vel committit liberæ alterius voluntati hæredis institutionem , & testamentum non valet, ex *I. illa institutio, ff. de hæredibus instituendis*, vel committit arbitrio, & judicio alterius, & tunc valet testamentum, ex cap. *Cum tibi de testam.* si ille sit vir bonus , & prudens ; secus si non sit talis, ex *I. ff. 1, ff. de legatis.* Idem dicendum de legatis . Et rat. est: quia cum nominatio committitur judicio alterius , tunc non electio hæredis , sed electio personæ ex pluribus, alterius judicio, cōmittitur, & ideo valet. *Fag. Coni. Ren. q. 7.*

30 An

An valeat testamentum , in quo quis hæredem Titium instituit, si Titius eum vicissim hæredem instituerit? R. neg. nisi fieret inter virum, & uxorem, quia talis dispositio est captatoria volūatis, quæ à lege improbatur; quia datur occasio captandæ mortis alterius ad comparandam illius hæreditatem, ex l. captatio-ia, ff. de legatis primo. Quod non sic evenit inter virum, & uxorem: quia censetur factum causa mutui amoris; & hoc etiam in lubio. *Fag. Ren. q. 8.*

An validum sit testamentum , vel legatum , in quo instituitur læres, vel legatarius is , qui testamentum scripsit ? R. neg. ex .1. Cod. de his qui subscribunt in testamento ; Et rat. est : quia ne-
no in propria causa testis esse potest . *Gallupo.* An autem pos-
it esse testis legatarius, & fideicommissarius in testamento, in
quo ei legatur, vel fideicommittitur aliquid ? R. aff. quia talis
per se est testis de institutione, non de legato, l. dictantibus 22.
Cod. de testam., ergo non est testis in causa propria , sicut esset
læres; quod intelligendum est de fideicommissariis, particula-
ribus , non universalibus , qui hæredi assimilantur . Supradicta
ion procedunt in foro conscientiæ , quando nulla est adhibita
raus. *Fag. Ren. q. 9.*

Quinam testare prohibeantur , vel hæredes , aut legatarii in-
stitui. vid. *Ren. fol. 430. q. 10.* & 11.

An hæreditas , vel legatum relictum viduae , si castè vixerit,
vel si cum filiis permanserit amittatur in conscientia , si ista
transeat ad secundas nuptias ? R. ad primum neg. si relinquatur
ab extraneis mariti , vel à propinquis ipsis viduae , secus,
relinquatur à marito , vel propinquo mariti , ejusque filiis;
vel etiam ab amico mariti , cùjus intersit honor mariti ; quia
12. casu tantum adest voluntas specialis castitatis per absti-
tentiam à secundis nuptiis, non autem in primo, in quo vidua
tiam per transitum ad secundas nuptias dicitur castè vivere.
Id 2. R. aff. quia vidua transeundo ad secundas nuptias , non
otest cum filiis permanere: ergo, &c. *Sax. Ren. q. 12.*

An hæreditas, vel legatum sub dicta conditione, si castè vixe-
it, amittatur in conscientia per unicam fornicationem ? R. aff.
sit relicta à marito , & cæteris supradictis ; non sic , si ab ex-
traneis ; quia maritus graviter offenditur , etiam per unicam
fornicationem ; non sic extranei , per oppositam rationem.
an. Ren. q. 13.

An legatum relictum pro maritandis feminis , possit dari so-
nini secundò nubentibus , vel Religionem ingredientibus?

Ad

Ad primum r. neg. quia voluntas Testatoris non censetur, nisi pro primo nubentibus. *San. Dia.* Vnde ad 2. r. aff. si legatum sit relictum pro certa persona maritanda; secus, si pro incertis Personis; quia in primo tantum casu conjecturari potest voluntas Testatoris se extendisse ad matrimonium spirituale, propter affectum ad talem specialem personam, non autem in 2. *Ren. q. 15. San.*

36 An legatum relictum alicui, si Religionem ingrediatur, debeatur illi ex Religione exeundi intra annum Novitiatus, & quid sine causa exeat? s. ad primum aff. si Religionem fuerit ingressus animo permanendi; secus, si animo exeundi. Rat. primitus: quia Testator non potest aliter conditionem Religionis apponere, nisi cum experientia tempore novitiatus: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc animo fallendi fuit ingressus; ergo, &c. *Ren. q. 16.* Vnde ad 2. dicendum est non deberi legatum; quia licet Testator secundum formam juris communis intelligatur voluisse legatum relinquere; voluit tamen ad aliquid adstringere legatum: ergo saltim ad non egrediendum sine justa causa. *San.*

37 Quid sit mutuum? r. est contractus, quo rei dominium transfertur in accipientem spe recipiendi similem in specie, & bonitate; Dicitur, *quo rei*, &c. ad differentiam commodati; Dicitur, *spe recipiendi*, &c. ad differentiam permutationis, in qua redditur res alterius speciei; & ad differentiam commodati, in quo redditur res eadem, non similis. Dicitur, *in specie*, & *bonitate*; quia in mutuo non attenditur solum identitas speciei, sed etiam æqualitas bonitatis. *Bon. Ren. fol. 433. q. 1.*

38 Quæ sit materia mutui? r. esse res usu consumptibiles (inter quas venit etiam pecunia, quæ licet non pereat in se, perit tamen exponenti) consistentes in numero, pondere, & mensura, & quæ functiones recipere possint in genere suo; hoc est, quod possit una res substitui loco alterius, ut possit dici, quod similis restituatur in specie, & bonitate. *Fili. Bon. Ren. q. 2. &c.*

39 An libri, pecudes, & alia id generis mutuari dicantur? r. quod si libri, &c. iidem restituantur, commodari, non mutuari dicuntur. *Azo.* secus si alii similes in specie, & bonitate restituantur; quia tunc tantum recipiunt functiones in genere suo. *Fili. Ren. q. 3. contra Lef.*

40 Quæ personæ possint mutuo dare, vel accipere? s. omnes personæ, quæ contrahere possunt. *Fili. Ren. q. 4.*

41 Vtrum in mutuo restituenda sit res secundum valorem, an tantum secundum substantiam, seu quantitatem, & mensuram? r. suff.

sufficere , si restituatur secundum substantiam ; nisi aliud deducum sit in pactum. Rat. quia de ratione mutui est, ut res restituatur similis in specie , seu bonitate , & mensura . *Less. Tamb. Ren. q.5. contra Bon. Fili. Sa. &c.*

An si pecunia mutuata crevit, vel decrevit in pretio restituenda sit secundum priorem valorem ? *q. pecuniam restituendam esse secundum priorem valorem tempore contractus ; quia per mutuum transfertur dominium rei mutuatariorum : ergo illi, uti Domino, rei crescit, vel decrescit: ergo, &c.* Tum quia in mutuo restituenda est res similis in specie , & bonitate : sed bonitas pecuniae est ejus valor : ergo, &c. *Tamb. Lay. Ren. q.6. contra de Janu. Bon. Azo. &c.*

Quid, & quotuplex sit usura? q. ad primam usuram, est lucrum immediate proveniens ex mutuo. Vnde ad 2. Usura alia est realis; ut quando intercedit pactum; alia mentalis, quando intentio, non pactum intercedit; Item alia est aperta; alia pallida; quae, scilicet, in alio contractu continetur; ut infrà. Lay. Ren. fol. 436. q. 1.

Quo jure prohibitæ sunt usuræ ? *q. jure Canonico, Divino, & Naturali; undè est de fide, & tanquam hæreticus puniendus est, aliter discurrens. Bon. Primum constat ex cap. Quis in omnibus de usuris, in quo derogatae fuerunt leges civiles permittingentes usuras. 2. patet ex Lucæ 6, Miserum date, nibil inde sperantes. 3. probatur: quia mutuatarias est Dominus usus rei mutuatae : ergo mutuans accipiendo aliquid pro usu illius rei mutuatae, accipit aliquid pro usu rei non suæ: ergo, &c. Ren. q. 2.*

*Si quis vendat aliquid supra justum pretium, an committat usuram ? *q. aff. si ob dilatam solutionem id faciat. Et idem dividendum de eo, qui emendo anticipat solutionem, ut minoris usus emat. Primum probatur; quia tunc mutuat illi pretium ei, usque ad tempus solutionis, & ratione illius impliciti mutui, accipit aliquid supra justum pretium: ergo, &c. Probatur 2. quia implicitè mutuat venditori pretium rei, usque ad rei traditionem, & ratione illius impliciti mutui, minoris emit: ergo, &c. Ren. q. 3.**

An committerit usuram Arematarius quidam , qui omnia medicamenta sua Apothecæ pretio aestimata locavit cum pacto, at conductor solveret 10. pro centenario singulis annis, & in fine locationis , restitueret totidem medicamenta pretio aestimanda? *q. aff. quia non fuit vera locatio, sed contractus ventionis cum dilata restitutione rei, ob quam accipit 10. pro cen-*

- centenario singulis annis, in locatione enim datur usus rei, salva ejus substantia, quod esse non potest in rebus usu consumptilibus. *M. gala. Ren. q. 4. contra Dia.*
- 47 Vtrum committat usuram, qui mutuat alteri, ut ille definet nocere, vel ut reddat depositum? R. neg. quia non imponitur mutuatario nova obligatio, quam antea non haberet, & mutuans non accipit aliquid ultra sortem, sed quod debitum est ex justitia. *Bon. Hinc*, si ex charitate tantum quis aliquid alteri debet, non potest per mutuum obligari illud reddere; quia adderetur novum onus ex justitia, quod est indebitum: Sic Medicus non potest obligari ad medendum pauperem medio mutuo. *Bon. Nav. Ren. q. 5. contra Mol.*
- 48 Vtrum sit usura, mutuare cum pacto, ut mutuarius vindictam condonet? R. vel loquimur de vindicta publica, quae fit iudicis auctoritate, vel de privata, quae private intenditur: Si de prima, dico esse usuram illam redimere, si mutuarius sit persona, quae non solet publicam vindictam, nisi pretio condonare; secus si sit persona civilis, vel exigitur condonatio titulo amicitiae. Primum probatur: quia in his vindicta, praeterquamquod est justa, pretio est astimabilis: ergo, &c. Probatur 2. quia licet publica vindicta sit justa, & sic per mutuum imponi non potest novum onus ad illam non exigendum; tamen non intercedit pretium in non condonatione: ergo, &c. 3. etiam constat; quia dare quis potest mutuum ad amicitiam conciliandam, ex ea aliquid intendendo: ergo, &c. *Ren. q. 6. Less. Tamb.* loquendo vero de privata, non erit usura, ad hanc redimendam mutuare; quia cum sit injusta, mutuando, nullum onus imponitur: ergo, &c. *Less.*
- 49 Si quis mutuat sperans aliquid supra sortem accepturum, vel mutuarium gratum fore, an, &c. R. neg. si speret illud ex liberalitate; secus si ex justitia. *Rat.* quia in primo casu, lucrum immediate ex liberalitate, non ex mutuo provenit, secus in 2. est communis. *Bon. Fili. Ren. q. 7. &c.*
- 50 An sit usura, mutuare cum conditione, ut mutuarius det aliquid ex gratitudine? R. aff. quia superaddit mutuatario obligationem. *Lay. Dia. Tamb. Ren. ibid.* qui dicunt contraria in *Poncii, Hurt. Baunii, &c.* non esse in praxi recipiendam, & explodendum esse tale pactum; quinimmo damnata est ab Innoc. XI. prop. 42.
- 51 Quid si mutuans excitet tantum mutuarium ad aliquid sibi tradendum ex mutuo? an committat usuram? R. neg. si excitet motivo

motivo liberalitatis, & gratitudinis , & aliunde credat, mutua-
tarium voluntariè , & liberaliter daturum ; quod eveniret si
mutuatario non esset nimis importunus , vel si non exprobareret
mutuatarii ingratitudinem ; secus si excitet mutuatarium moti-
vo justitiae . 2. constat : Primum probatur : quia potest quis per
actum internum sperare lucrum ex mutuo: ergo poterit mutua-
tarium excitare ad illud per actum externum , qui est ejusdem
bonitatis, vel malitiæ cum interno. *Cajet. Bon. Ren. q. 3. &c. contra Ricardum, &c.*

§ 2 Si mutuans dubitet, an aliquid sibi tradatur ex liberalitate , an
potius ex timore sibi aliàs denegandi mutui, an committat usu-
ram , illud recipiens ? *R. aff. perseverante dubio* ; quia exponi-
tur periculo committendi usuram : ergo peccat peccato usuræ,
& tenetur ad restitutionem. *Bon. Tamb. &c.* dixi, *perseverante*
dubio ; nam si ex signis colligat mutuatarium dare liberaliter,
ut si mutuante reddente acceptum, iterum mutuarius id præ-
stet, vel sit nobilis , magnanimus, non præferat (dando) tristi-
tiam, &c. non committit usuram: constat ex dictis. *Tamb.* Quid
verò dicendum; si mutuarius det lucrum ex justitia, mutuans
autem creditur dari ex liberalitate, vel è contrà ? Dic cum *Tamb.*
in primo casu , mutuantem excusari à restitutione , re tantum
non cognita; in 2. verò peccare ex conscientia errónea dumta-
xat, veritate non cognita. *Ren. q. 9.*

§ 3 Si quis mutuet cum pacto amicitiae conciliandæ , an, &c. nam
sine hoc pacto, certum est, non committere usuram , cum ami-
citia pretio æstimabilis non sit, ex *Fili. R. neg.* quia amicitia pre-
tio æstimabilis non est : ergo etiamsi ducatur in pactum, non
est usura. *Azo. Fili. Ren. q. 10. &c. contra Bon. Vale. &c.* imò
etiam si lucrum ex amicitia principaliter intenderetur; quia ta-
le lucrum non acciperetur invito Domino , cum iste omnino
ex amicitia det. Tum quia tale lucrum non provenit immedia-
tè ex mutuo, sed ex amicitia. *Leff.*

§ 4 Si depónas apud alterum pecuniam, data facultate utendi, sed
cum pacto , ut aliquid supra sortem solvat ; an committatur
usura ? *R. aff.* quia est usura palliata , contenta in contractu de-
positi, qui revera contractus mutui est, non depositi ; cùm in-
hoc non detur usus rei. *Lay. Nav. Ren. q. 11.*

§ 5 Si quis tradat mutuum cum pacto, ut mutuarius præstet mu-
nus à lingua, advocando, scilicet, vel ab obsequio, illum comi-
tando , vel à manu , agrum colendo , an committat usuram ,
etiam assignata operis mercede ; hac enim non assignata, cer-
tu

tum est, esse usuram; cum illa sint pretio æstimabilia. *Si. neg.*
si mutuum detur tanquam anticipata solutio operis illius præstandi à colone, e. g. secus, si verè detur ut mutuum, & eo tanquam pacto, ut Colonus colat agrum. *Rat. primi:* quia eo modo non est mutuare, sed locare opera illius, anticipatè solvendo illici mercedem. *Rat. 2.* quia obligatio illa colendi agrum, pretio æstimabilis est, cum privetur ille libertate colendi agrum alterius. *Axo. Lay. Ren. q. 12. contra Bon. Fili.*

56 Si quis mutuet pecuniam cum pacto, ut mutuatarius remutuet frumentum, vel aliud, an, &c. *Dixi*, *cum pacto*, hoc est, cum obligatione in posterum præstanda, non autem statim, remutuando scilicet, frumentum, &c. tunc enim remutatio exigeretur ut conditio dumtaxat, non ut pretium mutuationis. *Nev. Lay. &c. contra Sos. &c.* igitur ad quæsumum aff. si mutuet pecuniam ad obligandum civiliter mutuatarium ad frumentum vendendum; secus, si naturaliter: *Vel si mutuet pecuniam tanquam pretium, quo anticipatè emit frumentum.* *Rat. primi:* quia ea obligatio civilis pretio est æstimabilis, quia non est aliàs debita: ergo, &c. *Rat. 2.* quia obligatio illa naturalis *ex gratitudine*, etiamsi deducatur in pactum, est aliàs debita: ergo, &c. *Rat. 3.* quia sic mutuare, non est, nisi emere, & vendere: ergo, &c. *Bon. Nev. Ren. q. 13. &c. contra D. Antonin. Adriani. &c. loquendo de obligatione civili, & contra Pala. Lay. &c. de obligatione naturali.*

57 Si quis mutuet cum pacto, ut mutuatarius veniat ad suum molendinum, vel Apothecam, an, &c. *Si. neg.* si pactum imponatur tanquam conditio, ut scilicet èd usque quis mutuet, quòd veneris ad suum molendinum; quia hoc est imponere tantum terminum mutuo. *Fili. contra Bon.* secus si pactum imponatur tanquam obligatio civilis; quia tunc imponitur obligatio pretio æstimabilis; nam tollitur libertas mutuatario adeundi alibi. *Axo. Lef. Buff. Ren. q. 14. &c.*

58 Quis suas merces creditò vendit, ut sic plures attrahat ad emendum, illud in pactum deducendo, an, &c. *Si. neg.* quia hic nihil accipit ultra justum pretium: ergo, &c. *Mol. Bon. Ren. q. 15. contra Syl.*

59 An possit venditor creditò vendens ratione periculi in recuperando pretio, carius vendere? *Si. aff.* quia sicut periculum in mutuo pretio est æstimabile, ita periculum in re credito vendita; quia qui credito vendit, implicitè mutuet. *Lef. Med. Nev. Vale. Sa. Ren. ibi. & alii 16. relati à Martino de Prado contra Lop. Sos. Gatz. &c.*

60 Qui

52 debet centum Cajo solvendos post annum , sed anticipatè solvit &c. cum pacto, ut Cagus expectet per biennum alios &c. n. , &c. R. neg. quia hoc non est aliud , nisi mutuare &c. cum nere implicito, ut mutuarius remutuet per annum sequensem alios &c. quod licitum est ex dictis. *Lef.Sal.Ren.q.sibi.¶c. contra Nav.*

An in mutuo possit à mutuante aliquid accipi ratione damni emergentis , & lucri cessantis ? R. aff. si verè lucrum cesseret, vel damnum emergat, ratione mutui , non propria culpa mutuantis &c. Item si intercedat monitio debitoris ; & denique ut non tantum exigatur , quantum est lucrum cessans , vel damnum emergens , sed deducantur expensæ ratione periculi in negotianda ea pecunia, pro quo certam regulam tradit *Dis.scilicet*, ut mutuans tantum remittat de lucro cessante , quantum daret alteri ob contractum assecurationis in scipsum suscipienti totum periculum . Rat. quia lucrum cessans est pretio aestimabile, & nullus cum suo damno debet alteri beneficium præstare: Est communis. *Ren. q.17.*

53 Si quis dando mutuum pecuniam jam negotiationi destinata , habeat apud se aliam otiosam , possit ratione lucri cessantis, aliquid supra sortem exigere ? R. aff. etiamsi alia pecunia sit verè otiosa, nec destinata pro eventibus fortuitis; quia verè ratione mutui cessat lucrum, & mutuans patitur damnum pecuniae mutuatae : ergo , &c. Tum quia non debet quis ex mutuo privari libertate retinendi aliam pecuniam in arca otiosam : ergo , &c. *Mol.Lay. Ren.q.18. contra Bon. Sa.Fili.¶c.*

54 An lucrū cessans possit exigere ab eo, qui dubitat, an pecuniam negotiatorus sit ? R. aff. quia sic privat se ea libertate suam pecuniam negotiandi , quæ libertas est pretio aestimabilis . *Bon. Lugo. Ren. q.19. contra Vericel.*

55 Cum quis nescit certum lucrum , quod ex mutuo acquirere potest, certum possit exigere ? R. aff. quia spes verisimilis lucri , aut prudens daunii metus , etiamsi lucrum certum non speretur , sunt pretio aestimabilia : ergo possunt in pactum deduci. *Dia.Nav. Ren.ibi.¶c.*

56 An ratione periculi , cui exponitur capitale, possit aliquid ultra sortem exigere ? R. aff. si verè adsit periculum, & aliquod exigatur proportionatum personæ pauperi, vel diviti, &c. cui datur . Rat. quia tale periculum est pretio aestimabile : ergo , &c. Tum quia fidejussor potest aliquid fidejubendo exigere ratione periculi: ergo etiam mutuator. *Bon.Sal.Rodri. Ren.q.20.¶c. contra Nav. Sol.¶c.*

- 66 An ultra id, quod accipitur ratione periculi, possit etiam
 obligare mutuatarium ad me recipiendum fidejussorem pro re
 mutuata? R. neg. quia mutuans imponit onus mutuatario pre-
 tio aestimabile, quia tollit illi libertatem dandi fidejussorem
 (forsitan minori suo detimento) quem vult: ergo, &c. *Cave. Sos. Ren. q. 21. 9c. contra Adrianum.*
- 67 An possit aliquid supra sortem exigi ratione expensarum, &
 laborum in matuo? R. aff. sive expensæ fiant post mutuum in
 recuperando capitale, sive ante in numeranda pecunia, vel
 deferendo triticum, &c. quia licet potest quis locare extraor-
 dinarium suum laborem. Tum quia hæc sunt opera pretio æsti-
 mabília, nec mutuator tenetur gratis ea præstare: An idem di-
 cendū sit de mutuatario? R. neg. quia tenetur mutuarius tran-
 sportare mutuū, ubi illud accepit: quod si alibi transportaret, fie-
 ri deberet expensis mutuantis: Item tenetur propriis expensis
 mutuum mensurare, numerare, &c. quia mutuans jus habet,
 ne defraudetur, & ad mutuatarium spectat scire, ne plus, mi-
 nusve reddat. *Tamb. Mol. Nav. Ren. q. 22. 9c.*
- 68 An possit aliquid supra sortem exigi, ratione parentiæ pecu-
 niæ tantum, seclusis aliis titulis; ut in casu, quo se mutuans
 obligat ad non repetendam sortem usque ad certum tempus?
 R. neg. quia parentia pecuniæ, & consequenter obligatio re-
 petendi mutuum intra tale tempus, est quid intrinsecum mu-
 tuo: ergo si quid recipitur, ratione mutui recipitur: ergo, &c.
*Less. Mol. Ren. q. 23. 9c. contra Ledes. 9c. quorum opinio dam-
 nata est ab Alex. VII. prop. 42. & implicitè ab Innoc. XI. op. 42.*
- 69 An in contractu mutui possit apponi pactum, ut si mutuata-
 riū statuto tempore non solverit, debeat in pœnā moræ ali-
 quid exigi? R. aff. modo pœna non imponatur in fraude in usu-
 ræ, seu ad illam palliandam; ut quando mutuans sciret, mu-
 tuatarium fore impotenter statuto tempore ad solvendum, &
 mutuarius verè sit in culpa solvendi. Rat. quia qui non sol-
 vit statuto tempore, si sit in culpa, peccat contra justitiam, &
 sic ad culpam sequitur pœna: ergo hæc de partium consensu
 imponi potest, si sit moderata, & correspondens culpæ; qualis
 non esset, si per biduum, vel hebdomadā mutuarius differ-
 ret solutionem. Bon. Idem dicendum, si pactum expressè non
 fuerit initum, & mutuarius fuit in mora solvendi; quia mora
 supponit terminum, & in termino censetur tacite initum pa-
 ctum. *Fili. Azo. Ren. q. 24.*
- 70 An in mutuo possit initio contractus aliquid accipi ratione
 danari

- damni emergentis, vel lucri, &c. s. neg. quia initio contractus, nullum est secutum damnum, vel lucrum cessans: ergo, &c. Tum quia, si quis accipit 10. pro centum initio contractus, videtur mutuare nonaginta, non centum. *Ren. q. 25. Nav. Rodri. Et c. contra variè opinantes.*
- 71 An qui accipit mutuum ab usurario, possit easdem usuras exigere, mutuando alteri eandem pecuniam? s. aff. si justa causa, ob quam accepit mutuum, perseveret; secus, si non; quia sicut ex causa potuit accipere ab usuris, ita potest dare sub usuris; non sic è contra, cessante causa; nam non ex eo, quod quis carius emit, potest supra justum premium carius vendere. *Leff. Se. Ren. q. 26. Et c. contra Almainum, &c. absolutè negantes; & contra Syl. Et c. absolutè concedentes.*
- 72 An committat usurarii, qui mutuat centum cum pacto, ut si mutuatur agri moriatur intra duos annos, nihil teneatur restituere; si vero supervixerit, restituat ducentum? s. neg. quia hic non est contractus mutui (in quo, in omni eventu mutuum restituiri debet, etiamsi fortuitò pereat quod non est in casu.) sed sponsionis, seu sortis. Et consummatur à paritate census, vitalitatis, qui apud omnes est validus. *Azo. Dia. Eli. Bon. Ren. q. 27. Et c. contra Syl. Arnil. Et c.*
- 73 Quis in mutuo accipit pignus ea conditione, ut si debitor non solvat intra tempus præfixum, pignus sit creditoris, aut venditum habeatur, an, &c.? s. neg. si pactum sit de pignore, vendendo justo pretio pro retentione debiti, & si pignus, dum sit creditoris, non plus valeat, quam debitum; secus si valeat supra tantum. *Rat. primi, de 27: quia tunc nihil accipitur supra sortem; secus in 3. Bon. Ren. q. 28.*
- 74 An mutuator possit sine usura retinere sibi fructus rei traditis in pignus? s. neg. (præscindendo à circumstantiis lucri, cœfiantis, &c. vel nisi in casu, quo res emphatheutica, vel seudque ob mutuum traderetur Domino directo, ex cap. 1. de fidei; vel nisi res fructifera traderetur Genero in pignus dotis, ex cap. salubriser de usuris; vel si pignus non sit usū consumptibile; vel denique si talis, ei tamen consulitur ex usū, à tineis custodiendo) Rat. quia recipere aliquid supra sortem. Tum quia recipere aliquid ratione mutui, non pignoris; eum hujus donacionis non transferatur. *Iamb. Dia. Mel. Ren. q. 29. Et c.*
- 75 An sit usura, emere minoris chirographa, seu credita in postrem, exigenda secluso damno emergente, &c.? s. neg. si credita sint impronta, & periculosa; nec efficiantur ab eo, qui causa

periculi est; secus si sint certa, & non periculosa. Primum probatur: quia sicut ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, creditum potest minoris emi, quia minus valet cum talibus circumstantiis: ita, &c. Probatur 2. quia sic acciperetur aliquid supra sortem. Bon. Fag. Less. Ren. q. 30. Et c. contra Dia. Nav. Sa. Et c. absolute negantes.

76 An sine usura possit debitor anticipatè minoris solvere debitum immaturum, secluso damno, &c. 1. r. neg. etiam si ad id (contra Fili. & Ren. q. 31.) requiratur à creditore, nam ut ait Azo. debitor in omnem eventum, debitum quod ex mutuo contraxit, vel ex alio quolibet contractu, creditori solvere compellitur: ergo non potest debitum minoris extinguere: Ita etiam Bon. contra Nav. & Caje. absolute affirmantes.

77 Quae sint paenæ usurariorum: 1. pænas esse septem; Prima est infamia, quæ in Clericis irregularitatem, incapacitatem, & suspensionem ab officio, & beneficio inducit. 2. ut non sit ad Eucharistiam admittendus usurarius. 3. neque ad oblationes. 4. neque ad Confessionem. 5. ut privetur Ecclesiastica sepultura. 6. ut Testamenta ipsorum sint irrita, sicut & donationes mortis causa, & codicilla etiam facta ante usuras; ex cap. *Quamquam de usuris*. 7. denique, ut Ecclesiastici non possint exteris domos suas locare; quas omnes peinas incurvant usurarii publici publicitate juris, vel facti. Ren. q. 32.

C O N T R A C T U S O N E R O S I. Quaren

- 2 **Q** uot sint contractus onerosi, & quales: r. esse 11. videlicet, Emptionem, Venditionem, Censum, Cambium, Locatum, Conductum, Emphyteusim, Feudum, Pignus, Hypothecam, & Societatem.
- 3 Quid sit emptio, quid venditio: r. emptio est pactio justi pretii pro merce: Venditio vero è contra, est pactio mercis pro justo pretio. Dicitur *pactio*, seu *pactum*, intellige nudum; unde ad eum nulla solemnitas juris, imò neque contrahentium præsentia requiritur, sed tantum consensus eorum liber, etiam solis verbis expressus, quamvis sine intentione obligandi; in quo casu obligat etiam in foro interno; ut probat Fag. Dicitur, *justi pretii*, id est, taxata à lege, Principe, vel vulgo, quod est, vel supremum, vel medium, vel infimum. Ren. 10. 1. fol. 450. q. 1.
- 3 Quæ res possint vendi, vel non? r. extra casum necessitatis, res sacræ, Religiosæ, homo liber, & quæ non sunt in alterius com-
muni-

mercio vendi non possunt. *Institutionibus de iuris libris stipular.*
Filius tamen in casu gravissimæ necessitatis , vendi potest ex
l.2.Cod.de Patribus, qui filios, &c. Inde & quilibet seipsum ven-
dere potest, ex *l. sancimus, Cod. de Sacro sanctis Ecclesiis* : Item,
quæ ad malum finem deserviunt, vendi neque possunt : Et de-
niique nec executor Testamenti potest emere bona defuncti,
quæ vendere debet, *l.non licet de contrabenda empsonie.* Nec Tu-
tores, & Curatores bona pupillorum, & minorum, *l.cum ipse,*
Cod. de contrabenda empsonie, &c. quamvis hi possint in foro
conscientiae. *Bon. Fag. Ren. q. 2.*

4 An licitum sit aliquando pluris vendere, vel minoris emere
pretio justior? *R.* ad primum aff. & hoc vel ratione lucri cessan-
tis, aut damni emergentis : vel ratione expensarum , aux labo-
ris in conquirendis, seu conservandis rebus, quæ pretium non
habent taxatum : vel ratione penuria mercium , aut abundan-
tiae emptorum , quia crescit tunc, vel decrescit aestimatio : vel
cum quis vendit in gratiam emptoris : vel denique ratione
peculiaris affectus ad rem vendendam arbitrio tamen pruden-
tis. Vnde ad 2. dico, eisdem causis , quibus pluris vendi potest,
minoris proportionaliter emi potest . Vide *Fili. Less. Bon.*
Ren. q. 3. &c.

5 An possit quis pluris , id est supra rigorosum pretium , merces
vendere credito, quam numerata pecunia ? *R. neg.* nisi ratione
lucri cessantis, aut damni emergentis, vel periculi, cui exponi-
tur merces credito vendita . Rat. primi; quia sic credito vende-
re, est mutuare pecuniam illam , ut plus accipiat : ergo , &c.
D. Tbo. Fag. Less. Ren. q. 4. &c. Rat. 2. quia sicuti in mutuo ra-
tione supradictarum circumstantiarum potest quis aliquid ac-
cipere supra sortem; ita in venditione. *Fag. T. amb. &c. contra*
N. av. Ser. &c. loquendo de periculo.

6 An possit quis è contra , minoris merces emere anticipata pe-
cunia , ut vinum solutum tempore vindemiae consignandum
tempore tramutæ ? *R. neg.* præciso lucro cessante. Rat. primi;
quia qui anticipat solutionem , implicitè mutuat : ergo , &c.
D. Tbo. Fag. Ren. q. 5. Rat. 2. quia sicut, ex dictis titulis potest
quis supra justum pretium vendere, dilata solutione, ita, &c. *Less.*

7 An possit quis credito vendere frumentum mense Januarii,
pretio tamen currente mense Maji, quo tempore scit certò plus
valitum? *R.* aff. si vendor usque ad illud tempus erat fru-
mentum servaturus; secus si non: Rat. primi; quia nihil accipit
lucri ex eo: ergo , &c. Rat. 2. quia tunc videtur implicitè mu-
tuare

- tuare cum onere illud plus pretii recipiendi. *Tamb. Lef. Fag.*
Ren. q. 6. contra Coje.
- 8 An reciprocæ venditiones sint licitæ in casu, quo quis emit à mercatore merces summo pretio, ut illas idem mercator emat infimo pretio? *R. aff.* si neq. implicitè, neq. explicitè deducatur in pactum reeumptio, etiam si mercator emat infra infimum pretium usque ad medietatem. *Rat. primi;* quia in tali casu mercator vendendo supremo, & emendo infimo pretio, justè vendit, & emit: ergo, &c. *Lef. Lay. Ren. q. 7. contra Med. &c.*
Rat. 2. quia cum mercator non deduxerit in pactum reemptionem, ultroneè mutuatarius vendit merces: sed merces ultro-næ vilescant usque ad dimidium justi, & infimi pretii: ergo, &c. *Guimenius. Tamb.*
- 9 An sit peccatum, vendere merces pluris, quam per Pragmaticam, e. g. taxatum sit, & illas emere? *R.* ad primum aff. quia Princeps per Pragmaticam magna consultatione pretium constituit, quod judicandum est justum: Imò utpote legale, indivisible est: ergo si excedatur, peccatur mortaliter. *San. Ren. q. 8. contra Nav.* Vnde ad 2. *R. neg.* si emens non inducat ad sic vendendum; quia id facit, ut selectiores merces habere possit, quas desiderat, nec potest secundum taxam; quod si induceret, peccaret peccato scandali. *Dia.*
- 10 An Pragmatica servanda sit in annis sterilibus? *R. neg.* si sterilitas non sit in uno tantum oppido, sed universalis; quia cessante fine legis, cessat lex; sed finis legis est, ut unusquisque habeat moderatum lucrum ex merce, quo possit vivere: ergo si tempore sterilitatis non adsit tale moderatum lucrum, lex, & Pragmatica non obligant. *San. Ren. q. 9. contra Nava. Ledes. &c.* absoluè affirmantes, & contra *Nav. Mol. & PP. Societatis* absoluè negantes.
- 11 An vendens rem alienam pluris, quam sibi fuerit constitutum, possit illud plus sibi retinere? *R. neg.* si famulaçu, & mercede vendit; fecus. si gratis, & tunc non totum, sed quantum pro labore meretur, potest retinere: Imò etiam si dicat Domino, se gratis venditum, sciatque alium non esse, qui gratis Domino inserviat. *Rat. primi:* quia cum habeat incedem pro venditione, tenetur quidquid plus accipit, Domino restituere. *Syl. Tamb. contra Angel.* cuius opinionem non angelicam esse, dicit *Fag.* *Rat. 2.* quia nemo tenetur gratis alio inservire: ergo, &c. *Fag. contra Mol. Rat. 3.* quia sic peccaret contra veritatem mentiendo, non contra iustitiam: ergo, &c. *Fag. Ren. q. 10.*

12 An Sartores , quibus cura emendi serica , vel alia pro confi-
ciendis vestibus committitur , possint illud plus pretii , quod
ipsis à mercatoribus remittitur , sibi retinere ? *N.* aff. si præcinc-
dendo à remissione , tanti valeant merces ejusdem bonitatis
apud alias mercatores . Rat. quia illud pretii in gratiam ipso-
rum remitti solet , eo quod illius mercatoris officinam ipsi fre-
quentent : in quo sensu in nihilo Domino damnificatur . *Fili.*
Ren.q.11.

13 An possit quis emere à Sartoribus prædictis reliquias notabi-
les ex vestibus superatas ? *N.* neg. quia non possunt Sartores
magistri has reliquias retinere (de discipulis enim non est du-
biuum, cum salario accipient) ergo non potest quis eas eme-
re: antecedens probatur; nam in tantum possent retinere ; quia
in mercede minus justo recipiunt , ut plurimum ; sed hoc non
obstat : probatur minor ; quia nihilominus voluntariè inser-
viunt: ergo non possunt compensare ; consequentia probatur:
quia famuli non inveniendo alium Dominum , qui eis justum
det salario, non possunt compensare, ut dicemus in explana-
tione op.37. Innoc. XI. quia voluntariè inserviunt : ergo , &c.
Villa. Dia. Ren.q.12.

14 Vtrum venditor teneatur defectum rei venditæ aperire em-
ptori? Suppono vitium rei , aliud esse in substantia , aliud in-
quantitate, ut numero, pondere, & mensura ; aliud in qualita-
te; aliud corporis; aliud animi. Dico primò; vitium animi non
est aperiendum, nisi de eo interrogetur, ex *Lob que vitia, ff. de*
edilitiis actionibus. Dico 2. tenetur venditor vitium notabilē
occultum aperire emptori, si de hoc ab emptore interrogetur;
fecus si non interrogetur (modo aliquid detrahatur de communī
pretio) vel vitium non sit notabile ; aut si tale, non occultum,
sed manifestum , Primum probatur ; quia aliàs injuriam irro-
garet emptori : ergo , &c. Probatur 2. quia exploratio rei ad
emptorem spectat: ergo venditor ex iustitia non tenetur : ergo
si non manifestat , nullam irrogat injuriam ; & sibi imputet
emotor, si dum videt rem minoris vendi , non comprehéndat
rem. *Leff.* contra *Fag.* Probatur ultimum; quia manifesta faci-
lè comprehendi possunt ab emptore, ad quem spectat ; quod si
venditor putaret non deprehendi, teneretur. *Leff. Ren.q.13.*

15 An aliquo casu licitum sit , vinum aqua mixtum vendere ? *N.*
aff. in casu videli. quo vinum adeò est generosum , ut aqua
mixtum à quivaleat puro ejusdem pretii, nec tamen ab emplo-
re servari velit . Rat. primi : quia tunc nullum dampnum inser-
tur

tur emptori: ergo, &c. per quod ad 2. *Leff. Dia. Ren. q. 14. &c.* contra *Mol. Nav. &c.*

16 An si sciam pretium mercium minuendum, possint pretio currenti vendere? *q. aff.* si fraudibus, & mendaciis non alliciam emptorem. Rat. quia possum emere merces currenti pretio, si sciam brevi augendum esse, ut fecit Patriarcha Joseph: ergo è contrà; nam privata scientia venditoris, vel empiroris de pretio minuendo, vel augendo non mutat pretium rerum. Dixi, *si mendaciis, &c.* nam si venditor de pretio minuendo interrogatus negaret, teneretur ad restitutionem, si esset fide dignus; seclus si non, tunc enim sibi imputet emptor, si credat. *Tamb. Sol. Sylv. Res. q. 15. &c. contra Medi.*

17 An si sciam, meum debitorem bonis cessurum, vel brevi non esse solvendū, possim creditum illum vendere pretio currenti? *q. neg.* quia non possum vendere agrum sterilem pro fertili; quia est defectus in substantiā: Nec possum minoris emere chirographa exactiōnum, nisi sint incerta: ergo, &c. *Leff. Bon. Fili. Ren. q. 16.*

18 An si res vendita pereat post venditionem, pereat emptori, vel venditori? Dico primo. Si pereat post traditionem, emptori perit; quia hic post illam fit Dominus: Est certum. Dico 2. Si res vendita sit certa, & determinata, ut hic acervus tritici, & non sit vendita cum mensura, nec ad sit culpa, vel mora venditoris; si pereat post venditionem, & ante traditionem, emptori perit; venditori verò, si vendita sit ad mensuram. Probatur primū ex *I. quod sapè 35. ff. de contrabendo emptione.* Tum quia, licet ante traditionem non transferatur dominium; ex legis tamen dispositione transfertur effectus dominii. *Leff. Fag.* Probatur 2. ex eadem *I. quod sapè.* Tum quia res vendita ad mensuram intelligitur vendita cum conditione, si mensuratur: ergo, &c. Dico 3. Si res sit omnino indeterminata, perit venditor: si verò indeterminata, corporis determinati, ut ovis unius gregis, si hæc pereat, emptori perit. Secundum constat ex supradictis de re determinata. Primum probatur; quia venditio rei omnino indeterminatè intelligitur facta cum tacita conditione, ut res determinetur: ergo, &c. *Lag. Fag. Ren. q. 17.*

19 Vtrum peracta venditione, fructus ex re vendita censendi sint venditoris, vel emptoris, si non dum sit solutum pretium rei venditæ, iam traditæ emptori? *q. fructus, sive maturos, sive immaturos extantes tempore venditionis,* spectare ad emptorem, quia sunt pars rei venditæ: ergo, &c. *Fag. Lay. &c. fructus verò.*

verò , qui post venditionem , & ante solutionem , vel oblationem , aut fidem solutionis nascuntur , jure civili ex L. Julianu^s , §. ex vendito, ff. de actionibus empti , & ex aliis juribus ad venditorem spectant . In conscientia verò , & apud Theologus ad emptorem , nisi aliter sit conventum , de quo in sequenti quæsitione , quia emptor fit Dominus rei: ergo si perit , illi perit , & si fructificat , illi fructificat . Tum quia non solum sunt partes rei venditæ , sed naturaliter insunt in illius substantia . *Loff. Fog. Ren. q. 18. 8^oc.*

20. Vtrum licitum sit convenire , ut fructus rei venditæ sint venditoris , usque dum pretium solvatur? *¶ aff.* quia potest venditor in venditione intendere transferre dominium tantum proprietatis in emptorem , non verò dominium utile : ergo tunc jure sibi retinet fructus rei venditæ , tanquam suos , & sic non committit usuram , ut volunt aliqui contraria sententiae . *Sas. Lugo.* Hinc potest quis stipulare , & in pactum deducere , ut solvatur ei pretium locationis donius venditæ , concessa dilatazione ad solvendum debitum . Item licitum est vendere agrum , ea conditione , ut pretium illius sit apud emptorem quoadusque venditor rem aliam æqualis valoris emendam inveniat , & interim emptor solvat venditori annuam pensionem juxta valorem fructuum agri . *Loff. Mol. Fog. Ren. q. 19.*
21. An in pacto de retrovendendo , quod apponi solet in contractibus emptionis , & venditionis , sit aliquid deducendum ex pretio? *¶ neg.* si respectu ejusdem Personæ intercedat pactum de deductione pretii , intentione lucri , nam tunc non nisi invenitum esset , non venditio ; sed ex mutuo aliquid accipere est usura: ergo , &c. oppositum damnatum est ab Innoc. XL prop. 40. *Ren. q. 20.*

22. *Quis sit præferendus in re duobus vendita?* *¶* si res nulli sit tradita , præferendus est prior emptor ; si verò alicui sit tradita , præferendus est is , cui res tradita est . Primum probatur ; quia prior in tempore , potior est in jure . Probatur 2. quia per traditionem transfertur dominium . *Loff. Tamb.* Excipe primum , si res vendita sit Ecclesiæ , vel Civitati ; tunc enim transfertur dominium per simplicem emptionem absque traditione . 2. si secundus emptor mala fide emit , sciens alium emissæ ; tunc enim præferendus est prior emptor , etiam si res tradita sit secundus . 3. si res vendita sit cum clausula venditoris constituti in custodiā rei venditæ . 4. si prior emptor solverit pretium , scilicet si res sit vendita cum pacto , ut à venditore non possit alteri vendi . *Loff. Ren. q. 21.*

23. *Virtus*

- 23 Vtrum licita sint Monopolia in rerum venditione ? qd. primò, si emptores inter se conveniant emere infra infimum pretium, & venditores vendere supra rigorosum ; aut, ut isti hoc consequantur vi, & fraude (non autem precibus) impediunt, ne merces veniant in Civitatem, peccant mortaliter, & tenentur ad restitucionem . Rat. quia neque emptores, neque venditores imponere possunt pretium rebus, sed debent stare taxato . *Leff.* *Tamb.* qd. 2. Si mercatores convenient emere omnes merces alicujus generis, ut sic eas conservent, & possint carius illas vendere pretio tamen justo, peccant tantum contra charitatem; quia sicuti multitudine emptorem inducitur charitas, nec tamen illi peccant contra justitiam, ita, &c. *Leff.* *Fili.* &c. contra *Nav.* *Ago.* &c. qd. 3. Non peccat, qui à Principe obtinet privilegium aliquod particulare justè vendendi; quia nulli facit injuriam . *Leff.* *Bon.* qd. 4. Peccant mortaliter, qui falso disseminant, naves certarum mercium fuisse submersas, ut suas carius vendant, ratione fraudis. *Ago.* *Rebell.* *Remq.* 22. qd. 5.
- 24 Quid sit Locatio, quid Conductio ? qd. Locatio est contractus, quo Persona, vel res aliqua utenda, vel fruenda pretio conceditur: Conductio vero est contra, quæ pretio comparatur; Dicitur *presto*; nam si res alia interveniat, non locatio, sed contractus innominatus erit. *Remq.* 461. q. 1.
- 25 An prædia Ecclesiæ locari possint ? qd. neg. nisi per triennium, ex Extravag. Ambrosia Pauli II. confirmata per alias extravagantes, & constitutiones aliorum Summbrum Pontificum: Et quia in corpore juris inserta est: consequenter facit jus, idemque (contra varias DD. opiniones) ubique recepta est; praesertim in Regno Neapolitano. *Hyacintbus Donatus.* *Ren.* q. 2.
- 26 Quomodo explicandum sit prædictum triennium ? qd. ut includens tres fructificationes; ac proinde ut utile est, non vero ut continuum. Hinc, si fundus tertio quoque anno fructificat, locari poterit ad novennium; quia annus in locatione non taxatur ex simplici decursu temporis, sed ex decursu cum provegitu fructuum. *Tamb.* *Fili.* *Ren.* q. 3.
- 27 Vtrum si conductor impediatur *absque sua culpa*, quominus re poslit uti, & frui; teneatur solvere pensionem ? qd. neg. ut in casu belli, in casu quo domus ruinam minatur; spectris infestatur, vel in casu magnæ sterilitatis, in quibus pro rata facienda est remissio; quia contractus videtur celebratus sub tacita conditione; dummodi conductor re uti, aut frui possit. *Mol.* *Nav.* Quæ autem reputanda sit magna sterilitas illa, sci licet

- licet , quæ detractis expensis, non sufficit ad medietatem pensionis. *Ley. Ren. q.4.*
- 28 An in casu magnæ fertilitatis augeri possit pensio conductori? &c. aff. si fertilitas sit ob Cœli clementiam, & pretium rerum ratione ubertatis, non multum minuatur ; secus si sit ob industria conductoris . Rat. quia sic æquitas postulat, ut sicut remittendum est de pensione in casu magnæ sterilitatis, ita augendum in casu magnæ fertilitatis , ex l. si merces, S. vis major, ff. locati. *Lay. Fili. Ren. q.5.*
- 29 Ex qua culpa teneatur conductor Locatori ? &c. teneri ex culpa lata, dolo, & culpa levi, non de levissima, & casu fortuito , nisi aliter conventum sit ; vel nisi conductor sua culpa causam eius fortuito dederit; quia , scilicet fuit in mora solvendi : vel nisi res locatae sint pretiosæ . Rat. quia locationis contractus est in gratiam utriusque: ergo,&c. *Ley. Ren. q.6.*
- 30 An in dubio , utrum casu, vel culpa conductoris res perierit, teneatur conductor , vel locator ? &c. teneri conductorem. Rat. quia hic tenetur ad exactam diligentiam , cum teneatur de culpa levi ; illa autem in dubio non præsumitur, nisi probetur, probando casum esse fortuitum : est communis . Hinc cum dominus comburitur, quia incendium, in jure, ad casus fortuitos referri solet, etiam in dubio conductor non tenetur ad damnari; quia dubium etiam cadit supra culpam famulorum , de qua non tenetur Dominus. *Lay. Dia. Ren. q.7. contra Facbineum,*
- 31 An possit locator rem locatani alteri locare? &c. neg. durante locationis tempore ; nisi 1. in casu , quo per biennium conductor non solverit integrum pensionem. 2. si res locata ex inopinato casu deserviat locatori. 3. si indigeat refectione. 4. si conductor ea abutatur. 5. si fuerit alteri donata, legata , vel vendita: in quo casu nec donatarius, nec emptor , &c. tenentur stare locationi factæ per principalem ; nisi hæc facta ad longum tempus , decennium , e. g. transeat in emphyteusim , in qua transfertur dominium utile, ex l. ede de locato, & ex aliis . *Ley. Ren. q.8.*
- 32 Quid sit contractus emphyteusis , latinè plantatio? &c. Emphyteusis est contractus, quo quis tradit rem suam immobilem (in quo differt à locatione) alteri quoad dominium utile (ad differentiam venditionis, census, &c.) sub justa pensione reali , (ad differentiam feudi, in quo pensio est personalis, scilicet , fidelitas) solvenda in recognitionem dominii directi, l.1. *Cod. de juro emphyteusico. Ren. fol. 464. q.1.*

33 Quæ

33 Quæ requirantur ad contractum emphyteusis? R. præter in definitione inclusa. Requiritur 1. ut si pensio per biennium in emphyteusi Ecclesiastica, vel per triennium in seculari non fuerit soluta, amittatur res emphyteutica; nisi (in Ecclesiastica tantum) subito delinquens solverit, & moram purgaverit. 2. ut res emphyteutica censeatur amissa, si fuerit notabiliter deteriorata. 3. ut non transferatur ejus dominium sine Domini consensu; unde locari, &c. non potest (intellige supra decennium) quia hoc esset alienare; alias deberet solvi Domino directo Laudemium, hoc est, trigesima pars pretii rei alienatae. 4. ut si pereat sine culpa Domini utilis Domino proprietario, non utili pereat. In quibus autem casibus non debeatur Laudemium (id est, id per quod Dominus approbat alienationem) Vide Bon. disp. 3. de contract. q. 8. pun. 2. num. 27. et Ren. q. 2. 3.

34 Quid sit contractus feudi? R. est concessio rei immobilis, ut Provinciæ, Civitatis, &c. cum translatione dominii utilis proprietate retenta, sub onere fidelitatis, gratitudinis, obsequii præstandi; ut associandi Principem ad bellum, &c. Hinc amittitur feudum per infidelitatem, ingratitudinem, &c. Item si sine Domini consensu feudatarius alienaverit feudum; vel si spe haereditatis, occidat proprium fratrem, patrem, vel filium fratris. Item amittitur morte feudatarii sine filiis, vel agnatis. Item per professionem religiosam feudarii. Rursus legitima præscriptione 20. annorum; & denique renunciatione. Tamb. Azo. Ren. q. 4.

35 Quibus modis acquiratur feudum? R. tribus modis acquiri, videlicet investitura; ut cum Dominus directus coram testibus possessionem tradit feudi, tradendo feudatario astam, vel vexillum. 2. præscriptione 20. annorum in feudo seculari, 40. in Ecclesiastico, & 100. in feudo contra Ecclesiam Romanam. 3. successione, à qua excluduntur foeminæ; nisi in prima investitura suissent vocatas, vel feudum ab ipsis originem haberet; vel si sit liberum à servitio personali. Item excluduntur illegitimi. Rursus ascendentibus deficientibus descendantibus, Clerici in sacris, Religiosi, extranei, &c. de quibus omnibus, vid. Fili tract. 36. cap. 10. nro. 171. et Ren. q. 5.

36 Quid sit contractus libelli, seu livelli? R. libellum est contractus, quo quis emphyteusim, vel feudum ab alio acceptum, alteri in emphyteusim, vel feudum tradit eodem pretio ad libellum mensurato. Hinc in hoc contractu subemphyteuticato, vel subfeudato debet solvi Laudemium, & Dominus directus requiri. Tamb. Buff. Ren. q. 6. &c.

37 Quid

37 Quid sit pignus, & quid hypotheca? *R. pignus, est contractus,*
quo debitor dat creditori rem aliquam mobilem, vel immobi-
lem, ut sit pro debito obligata, ex eaque solutio peti possit:
Aliquando tamen pignus accipitur pro ipsa re, quæ datur. Dis-
fert ab hypotheca, quod pignus sit rei mobilis, illa immobilis.
Bon. unde hypotheca est contractus, quo res immobilis datur
ad securitatem crediti. T. amb. Ren. fol. 466. q. 1.

38 Quæ res oppignorari non possint? *R. illas, quæ vendi non pos-*
sunt; cum pignus vendi possit. v. sup. q. 3. § 5 Ren. q. 2.

39 An res, quæ in pignus accipitur, possit alteri oppignorari, &
ab hoc tertio, quarto, &c. ? *R. aff. Rat. quia creditor acquirit*
ius in rem oppignoratam; jus autem in re potest de uno ad
alium transire. Nota tamen, non posse alteri rem oppignorari
ultra pretium, quo primò fuit oppignorata, nec ultra tempus.
Rat. primi; quia nemo potest in alium transferre jus, quod ipse
non habet. Rat. 2. quia cum Dominus debitum solvit, cessat
nova oppignoratio: ergo, &c. Azo. Bon. Ren. q. 3.

40 An res oppignorata possit alteri vendi, si tempore praefixo de-
bitor non facisfecerit? *R. aff. si hoc fuerit in pactum deductum;*
etiam si nulla debitoris monitio præcesserit. Azo. si vero nil
conventum sit, potest etiam vendi, præmissa una monitione, &
elapsis duobus annis post illam, ex l. finali, 5. fin autem, Cod. de
jure dominii imperrandi. Bon. Imò & ante in conscientia; quia
lex biennii est ad tollendas fraudes: ergo si haec non ad sint, po-
test in conscientia vendi. T. amb. Si denique conventum sit, ut
pignus non vendatur, potest etiam vendi post trinam mori-
tionem, si elapsum sit biennium solutionis; quia pignus de na-
natura sua vendi potest: ergo siue conventum sit, siue non de il-
lius venditione, semper vendi potest post biennium. T. amb.
Azo. Ren. q. 4. § c. contra Sa. Vasq. § c.

41 Vtrum possit creditor uti re oppignorata, seu recipere illius
fructus? *R. neg. quia est usura, cum pignus tradatur non ad*
usum, sed ad securitatem. Ren. q. 5. Quid autem dicendum de
fructibus, quos Dominus non erat percepturus, nec percipere
cogitaverat? Dic cum: Azo. (ajente contrariam Sotii non esse tu-
tam) eos esse debitoris; quia licet industria creditoris prove-
niant, adhuc tamen ex ipsa re proveniant: Vnde licet creditor
possit sibi pro rata industriae aliquid retinere, fructus tamen
semper erunt debitoris. An autem creditor debeat in fortē
deducere fructus, quos ipse à pignore non percepit, sed cum
diligentia percipere potuisset? *R. aff. de fructibus, quos dolo-*
vel

- vel culpa lata, vel levi (non autem levissima) non percepit, ex l. creditor, Cod. de pignor. actione. Nav. Syl. Ren. q. 5. contra aliquos apud Azo.
- 42 An creditor, qui inhabitat domum sibi oppignoratam à debito, debeat solvere pensionem, juxta sui facultatem, eam, scilicet, quam solveret in alia domo, an juxta valorem domus? R. debere solvere juxta valorem domus; quia non debet esse pejoris conditionis, qui domum oppignoravit ab eo, qui illam locat. Angelas, Panor. Ren. q. 6. Et c. contra Speculatorum, Et c. Quod si creditor habeat propriam domum ad inhabitandum, etiam tenetur solvere consuetam pensionem (nisi eam inhabitaret, ne deterioraretur) quia si creditor illam non inhabitasset, debitor eam locasset aliis, & sic ex ea fructus percepisset: ex quo patet secundum Azo.
- 43 Quae pacta in contractu pignoris prohibeantur? R. prohiberi pactum legis commissoriæ, scilicet ut si debitor creditum tempore statuto non solverit, pignus sit creditoris; quia tunc aliquid accipit ut supra sortem: ergo, &c. Hinc licitum est patrum, si dicatur, habeas pignus insolutum, hoc est, in partem solutionis, si statuto tempore non solvero; quia tunc non accipitur aliquid supra sortem: nisi tale pactum apponenteretur non in paenam non solutionis sortis, sed vi mutui, quia tunc esset usurarium; imponeretur enim onus alicui vendendi rem suam, alias in debitum: ergo, &c. Azo. Ren. q. 7.
- 44 Qua culpa teneatur creditor in contractu pignoris? R. teneri ex dolo lata, &levi culpa, non levissima, vel casu fortuito; nisi hic accideret post moram, & culpam in restituendo; vel nisi alter fuerit conventum. Primum probatur; quia contractus pignoris est in gratiam utriusque contrahentis: ergo, &c. 2. patet: quia cum creditor est in mora, est etiam in culpa: ergo, &c. ex quo ad 3. quia servanda est conventione. Azo. Ren. q. 8.
- 45 Quot modis hypotheca contrahatur? R. contrahi expresse, & tacite; expresse, ex conventione partium, vel Judicis decreto; tacite, 1. in eo, qui aliquid Fisco, vel Principi debet. 2. in marito sua bona pro dote uxoris. 3. in eo, qui dotem promisit. 4. in Tute, & Curatore bona pupilli, & minoris. 5. in Praelato bona Ecclesie. 6. in eo, qui administrat bona Civitatis. 7. in legatariis bona defuncti. 8. res conductæ sunt hypothecatæ profundi pensione. vid. Fili. tract. 3. cap. 10. num. 194. Et Ren. q. 9.
- 46 Quid sit contractus societatis, & quotuplex? R. ad primum contractus Societatis est conventio plurium ad communem lucrum, & da-

- & damnum secundum proportionem rerum contributarum.
Loy. Vnde ad 2. Societas, alia est omnium bonorum, ut inter virum, & uxorem; alia negotiationis; alia officiorum, ut dum quis in negotio, vel officio socium sibi adjungit. *Fili.* *Ren.* fol. 469. q. 1.
- 47 An sit licita societas, in qua unus pecuniam, alter operam, seu industriam ponit? *R.* aff. ex l. 1. Cod. pro socio. Rat. est; quia opera, & industria crescent ad incrementum pecuniae: ergo semper cum pecunia compensari potest. *Azo.* *Ren.* q. 2.
- 48 An in societate tantum lucrum, an etiam capitale requiratur ponni in communi? *R.* utroque modo fieri posse; quod si nihil conventum sit, attendi debet consuetudo loci. *Fili.* *Ren.* q. 3. An autem societas fieri possit hoc pacto, ut qui operam ponit, habeat partem operi correspondentem, & reliquum cum sorte spectet ad consocium sortenti ponentem? Negat *Less.* quia hic contractus potius est conductionis, quam Societatis.
- 49 Vtrum in Societate, in qua quis ponit pecuniam, & alter industriam, dissoluta societate, non tantum lucrum, sed etiam fons sit dividenda, praescindendo interim à quocumque pacto, vel consuetudine. *R.* neg. quia socius, qui pecuniam in societatem confert, non transfert illius dominium in consocium; alias non posset lucrum ex tota ea pecunia percipere, quia tantum diceretur ponere in societatem partem: ergo non sit communis: ergo tota restituenda est illi, qui eam contulit. *S. Th. S. Bernardin.* *Nav.* *Bon.* *Ren.* q. 4. *C.* contra *Giffredum*, *Pisanellum*, *Less.* *C.*
- 50 An in casu, quo quis pecuniam in societate posuit, & consocius industriam, si pecunia fortuito pereat, debeat consocius, qui operam posuit pati damnum sortis? *R.* ex dictis, neg. quia dominium pecuniae non transit ad consocium: ergo et si fors pereat, antequam consocius operam impendat, damnum non debet esse commune, ut volunt. *Major.* *Alexander*, *C.* ita *S. Bernardin.* *Azo.* *Caje.* *Nav.* *Ren.* q. 5. *C.*
- 51 Vtrum in contractu societatis possit pacisci, ut salva sorte, lucrum dividatur; ita ut, si fors pereat, tota consocio pereat? *R.* neg. quia cum quis ita contrahit, non facit contractum societatis, sed mutui, quia tunc non ponit pecuniam in communi: ergo hoc pactum pugnat cum contractu societatis. *Azo.* *Ren.* q. 6.
- 52 An si minus valeat talis contractus ex vi societatis, valeat tamen ex vi alterius contractus assecurationis, & venditionis, implicite in societate imbibitor? *R.* aff. sive hi contractus simul fiant

fiant, sive successivè, sive cum eodem, sive cum diversis. Rat. quia soli, & singuli liciti sunt: ergo, &c. non enim contractus in habitudine ad personas consistit, sed in æqualitate rei ad rem. *Fili. Less. Bon. Ren. q. 7. &c. contra Soc.*

53 An validus sit contractus societatis, in quo duæ partes lucri & damni, pertineant ad unum, ad alterum verò una; vel in quo totum damnum ad unum refunditur? & ad primum aff. si unus apponat majus capitale, aut maiores operas; quia sic compensatur inæqualitas prædicta. *Fili. Vnde ad 2. R. aff. si remanens lucrum commune, tantus sit excessus in capitale, vel operis, & tam exiguum periculum danni, ut unum compensetur cum alio; secus si lucrum non sit commune, sed totum damnum sit unius, & totum lucrum alterius; quia tunc est contractus injustus, & leoninus, quem leo cum vulpe iniavit cum pacto dandi ei vix minimam prædæ partem.* *Fili. Ren. q. 8.*

54 Ex qua culpa teneantur socii? R. præciso quocumque pacto, tenentur in utroque foro de dolo, lata, & levi culpa, non de levissima, vel casu fortuito; quia contractus est in gratianu utriusque: Quod si pactum sit initum de culpa levissima, aliquo lucro hoc onus compensari debet. *Ren. q. 9.*

55 An sit licitus contractus societatis, quo quis dât Cajo mille, & ille tradit illi domum suam ejusdem valoris, itaut Caju gaudet pecunia, & ille domo, qui dicitur societas a godere? R. aff. si fructus prædii sint æquales cum interesse, quod percipitur ex illa pecunia; si lucrum cesset ei, qui pecuniam dedit, & deinde intercedat pactum de retrovendendo in favorem utriusque. Rat. quia contractus potius est emptionis, & venditionis; ergo, &c. Imò ratione lucri cessantis, et ambi esset contractus mutui, adhuc licitus esset. *Dia. Ren. q. 10. contra Azo.*

56 Quid sit census, & quotuplex? R. census est jus percipiendi annuam pensionem ex re, vel persona alterius; Vnde ad 2. census est duplex; reservatus, ut cum quis cedit alteri rem suam, quoad possessionem, vel dominium, reservato sibi jure percipiendi partem ususfructus illius; Et consignatus, de quo in præsenti, & est cum quis retento dominio rei sua, consignat alteri jus percipiendi partem fructus illius; qui alter est realis, ut super fundo, domo, &c. aliis personalis, qui prohibitus est; cum census constitui debeat in re immobili. Realis rursus dividitur in perpetuum (qui ad hæredes transit, qui item aliis est redimibilis, aliis non) & temporalem, qui etiam dividitur in certum, ut 10. annorum, & incertum, ut in vita. *Fili. Less. Ren. fol. 474. q. 1.*

• 57 Que

57 Quæ conditiones requirantur ex Bullis Summ. Pontificum ad valorem census confignatiivi? &c. ex Bulla Nicolai V. recepta in Regno Neapolitano, & Siciliæ, & ex Bulla Greg. XIII. quæ illam Nicolai confirmavit, quinque conditiones requiri. 1. ut constituantur census super re certa. 2. ut apponatur pactum de retrovendendo pro eodem pretio ad favorem venditoris. 3. ut census non excedat decimam partem pretii. 4. ut pro securitate census apponi possint quæcumque pacta, pœnas, & obligationes. 5. ut pecunia numeretur in ipso contractu, præsente Notario, & testibus; quæ conditio est etiam una ex quatuordecim requisitis à Bulla Pii V. quæ Bulla in nostris regionibus non obligat. *Fili.*
Ren. q. 2.

58 An possit constitui census non de numerata pecunia, sed de pecunia antea debita, vel de mercibus, quæ loco pecuniæ dantur? Loquimur ex vi Bullæ; nam de jure naturæ licitum esse, certum est. I�. igitur aff. in utroque foro: quia finis Pontificis fuit obviare fraudibus, quæ solent in talibus contractibus occurrere; sed fraudes absunt, cum verè pecunia est debita, vel cum merces dantur loco pecuniæ: ergo, &c. *Tamb.* *Nav.* &c. pro foro interno, & pro externo. *Mastrill.* *Regens Constantius,* *Regens Rovitus.* *Ren. q. 5.* &c. contra *Fili.* pro utroque negantem.

59 Vtrum hæ Bullæ obligent in conscientia in locis, ubi fuerunt receptæ, an tantum in foro exteriori? &c. in foro conscientia non obligare, nisi in iis, quæ sunt juris naturalis; quia conditiones in Bullis appositaæ sunt, non ad justitiam contractus, sed solum ad vitandas fraudes: ergo dum fraudes cessant, non obligant in conscientia; benè verò in foro exteriori. *Nav.* *Val.* *Ren. q. 6.* &c. contra *Bon.*

60 Quæ conditiones requirantur ad contractum census jure naturali? *Fili.* tres conditiones requirit. 1. est consensus contrahentium. 2. ut census fundetur in re vendibili. 3. ut sit justum premium. 4. addit ex *Leff.* *Ren. q. 7.* ut si aliqua gravamina in contractu census ponantur, debitè compensentur. Probat *Fili.* quia istæ conditiones requiruntur, & sufficiunt ad emptionem, & venditionem; sed contractus census ex jure naturali requirit conditiones emptionis, & venditionis: ergo, &c.

61 An conditio census utrinque redimibilis interdicta à Pio V. permittatur à jure naturali? I�. aff. dummodo onus, quod in se suscipit venditor, justo pretio compensetur augendo censem. Probatur; quia omnia illa pacta licita sunt de jure naturali. in

censibus, quae licita sunt in contractu emptionis, & venditionis; sed potest res emi, & vendi cum hoc pacto, tam ex parte emptoris, quam venditoris: ergo, &c. *Leff. Fili. Vericel. Ren. q. 8.* contra *Nao. Sal. Duar. &c.*

62 An ex Bulla Nicol. & Pii prohibeantur census perpetui ex parte venditoris; ex parte enim emptoris, certum est debere esse perpetuos? *R. neg.* si perpetui census pluris emantur, ac temporales. *Rat.* quia census perpetui per totum Orbem Christianum sunt recepti: ergo non est verisimile, eos per Bullam prohiberi. *Marcia. Azo. Leff. Re. q. 9. &c. contra de Lug. Duar. &c.*

63 An ex Bulla Nicolai, & Pii prohibeatur census vitalitius? *R. neg.* sive ad vitam ementis, sive vendentis constituantur; modò justum interveniat pretium. *Rat.* quia licita est emptio, & venditio usus fructus ad vitam usufructuarii: ergo ita in emptione, & venditione annui census: Sed talis emptio, & venditio non prohibetur per Bullas: ergo, &c. Tum quia ex Bullis potest constitui census irredimibilis: ergo ita census vitalitius; sive hic irredimibilis sit ex parte emptoris, sive venditoris. *Dia. Bon. Ren. q. 10. &c. contra Mol. Azo.* Quod autem sit justum pretium? Dic cum *Tamb.* ubi non fuerit à Principe taxatum (ut in his Regionibus taxatum est 14. pro centenario) id statuendum esse juxta prudentis arbitrium, habita ratione ætatis, complexionis, & modi vivendi illius, pro cuius vita solvenda est pensio: Item copiae, & penuriae pecuniarum in Civitate.

64 Vtrum per Bullam Nicol. sufficiat, censum fundari super remobili? *R. neg.* quia Bullam Nicol. declaravit Bulla Greg. XIII. sed hic confirmavit Bullam Nicol. dummodò certæ res immobiles, & frugiferæ à venditore designantur, & censui subjiciantur: ergo, &c. *Tamb. Azo. Ren. q. 11. contra Sal. & Fili.*

65 Vtrum per Bullam Nicol. possit census super alio censu constitui? *R. posse* super alio censu perpetuo, & irredimibili; non vero redimibili. Probatur: quia ex Bulla Nicol. res, super qua fundatur census, debet esse immobilis; sed census redimibilis inter mobilia reputatur ex *Glosa in Extravag.* irredimibilis vero inter immobilia: ergo super istis, & non super illis census fundari potest. *Fili.* Hinc potest quis censum super alio censu redimibili fundare, dum non super censum tantum, sed super omnibus aliis bonis fundaret; vel si paratus sit emptor, quoties perierit census, super quo fundatur census, aliam rem loco illius substituere; quia tunc census fundatur super re immobili. *Leff. Ren. q. 12.*

66 An possit constitui census super re feudal? **R. neg.** quia nemo potest feudum vendere, vel pignorare sine Domini directi consensu: sed constitueret censum super feudum est in partem vendere: ergo, &c. Idem dicendum de re emphyteutica propter eandem rationem. *Azo. Bon. Tamb. Ren. q. 13. contra Follerium, &c.*

67 An census à marito constituti possit in fundo dotali, inscia uxore, super fructus dotis, qui ad ipsum spectant; & hoc durante sua vita, quia in perpetuum, certum est non posse? **R. neg.** nisi in casu, quo dos tradita est marito aestimata. *Rat. primi;* quia fundus dotis obligatur, quamvis census super fructibus fundi constitueretur; fundus autem nec vendi, nec obligari potest absque uxoris consensu; ergo, &c. *Rat. 2.* quia sic ex *affirmatis, ff. soluto matrimonio*, transit plenum dominium dotis in mari- tum: ergo, &c. *Census. Ren. q. 14. contra Follerium.*

68 An licitum sit sub aliqua pena prohibere venditori alienare fundum censuali, & hoc ex vi Bullæ Nicol. nam ex Bulla Pii, certum est, non licere? **R. neg.** quia hoc pactum est contra naturam contractus censualis: ergo, &c. antecedens probatur quia emptor census, non habet dominium rei censi subjectæ: ergo est contra naturam contractus, ut venditor non possit rem censi subjectam alienare, apud quem dominium spectat: sed ex Bulla Nicol. omnia pasta in contractu censuali admittuntur, quæ non sunt contra iuris iuraturæ: ergo, &c. *Azo. Tamb. Ren. q. 15.*

69 An ex Bulla Nicol. census personalis sit permisus? **R. neg.** quia Nicol. solum dixit, in censu reali personam venditoris obligari posse; quod intelligi debet ratione rei, cui census additus est dumtaxat. *Azo. Ren. q. 16. Tamb. defendens Pontificem à censoris. Joa. Lupi, & Augustini Montalicini contra ipsum.*

70 Quid sit cambium, & quotuplex? **R. cambium**, est permutatio pecuniae pro pecunia. Differt à mutuo, quia in illo, ultra valorem pecuniae, restituendum est lucrum. Vnde ad 1. cambium, aliud est reale, quod est vera permutatio pecuniae; aliud siccum, ut cum singitur cambium, quod revera non est; quia scilicet, neque pecunia alibi traditur, neque campsor, id est ille, qui dat cambium, pecuniam ibi habet; aliud minutum, seu manuale, ut cum minuta cum majori pecunia de manu ad manum commutatur; aliud denique locale, quod est permutatio pecuniae præsentis cum absentis; ut cum campsor prior accipit, us alibi restituat, vel prior dat, ut alibi recipiat; quod fit per literas, & differt à cambio ad quendinas, si in hoc non numeretur

pecunia, sicut in cambio per literas, sed tantum dentur, & accipiantur chirographa. *Leff.Ren.fol.482.q.1.*

71 Quomodo licitum sit ratione horum cambiorum aliquid lucri accipere? Dico 1. ratione cambii fisci nihil accipi potest; quia verè cambium non est. Dico 2. ratione cambii minutus aliquid accipi potest; primò ratione lucri cessantis. 2. ratione officii cambiandi. 3. ratione laboris in numerando. 4. ratione antiquitatis, raritatis, vel puritatis monetæ. 5. ratione expendibilitatis ipfius. Dico 3. ratione cambii localis, aliquid accipi potest, sive campor prior accipiat (& hoc, tum ratione asecuratio[n]is, tum translationis pecuniae, quæ omnia pretio aestimabilia sunt) sive prior det; & hoc ratione lucri cessantis, aut quandoque majoris aestimationis pecuniae in loco, ubi datur, quam ubi recipitur. *Leff.Ren.q.1.*

72 Quod sit justum lucrum in cambio minuto? R. illud, quod legge, vel consuetudine taxatum est, super quod nihil plus accipi potest; ut contra *Soram*, *Nev. Et c.* docent *Med.Ren.q.3.* quod si nihil de pretio constet, remittendum est prudentis iudicio.

73 Vtrum possit campor lucrum ex cambio minuto recipere, sive permittet pecuniam æream in argenteam, vel auream, sive è contrâ? R. aff. quia hoc campor facit in gratiam campsarii. Tum quia id potest ratione officii, cum ad utrumque paratus esse debeat. Tum etiam ratione impensarum, periculi, & laborum, quamvis det æream, & recipiat auream; licet tunc non tantum lucri mereatur. *Azo.Leff.Buss. Ren. q.4.*

74 An privatae personæ possint aliquid recipere ratione cambii minutus? R. aff. etiamli à Republica prohibetur privatis personis cambire; dummodò non tantum recipient, quantum publici campores. Rat. primi; quia onus aliquod suscipiunt in gratiam alterius, quod pretio aestimabile est. *Conradus. Nev. Et c.* contra *Gabrielem, Et c.* Rat. 2. quia nullum damnum infert Reipublicæ, ut patet; nec ei, qui cambium accipit, cum supponamus nihil plus recipere, quam publici campores; & aliunde inobedientia est venialis: ergo, &c. *Mol. Leff.Ren. q.5.* contra *Sorum, Covarru. Et c.*

75 Vtrum possit famulus, procurator, &c. aureas, vel argenteas pecunias Domini commutare in æreas, & sibi lucrum applicare? R. neg. si Dominus sit eam monetam recepturus; quia censetur invitus suscipere minutam monetam; secus si eam sit daturus expendendam, nec tacite, vel expresse velit eas in sui utilitatem commutari; nec obligatus sit solvere suo creditori pe-

pecunias aureas, vel argenteas: Rat. quia lucrum illud ex sua industria famulus acquirit: ergo, &c. *Mol. Lef. Lug. Tamb. Ren.* q. 6. &c. Imò & si contra voluntatem Domini id faciat semel, aut bis, nec peccat nisi venialiter; ait *Lay.*

76 Quot conditiones requirat cambium per literas, quod à Mercatoribus vocatur cambium ad nundinas? *rr.* quatuor requirere.

1. est, ut non possit ratione illius temporis concessi ad solvendum, lucrum accipi. 2. ne initio contractus cambii paciscatur determinatum interest, si pecunia non restituatur tempore determinato: quia cum tunc sciri non possit, jam illud certum constituere, est usurarium. 3. ut non liteat ad secundas nundinas dare cum majori lucro, quam ad proximas, bene verò cum æquali. 4. ut non præfigantur longiores termini ad solutionem, quam loca destinata ad solutionem desiderent; ut si cambias Neapolit, ut fiat solutio Romæ, ad quem locum pervenire posunt literæ termino quinque dierum, non poterit apponi terminus duorum mensium; ut sic habeas lucrum duorum mensium. *Axo. Lef. Ren. q. 7. ex Bulla Pii V.*

77 An aliquando ratione temporis brevioris, vel longioris ad solvendum possit majus, vel minus lucrum in cambio accipi? *rr.* neg. quia sic lucrum non ratione temporis concili, & requisiti ad transportandas literas, sed concessi ad solvendum recipetur; unde non ratione cambii, sed mutui; in mutuo autem nil lucri accipi potest: quod confirmatur ex prima, & secunda conditione. *Lef. Fili.* Hinc est, quod ratione longioris, vel brevioris temporis, quod ad cambium requiritur, potest majus, vel minus lucruni accipi ratione majoris, vel minoris lucri cessantis, vel periculi sortis; quia ex emptoris longitudine, vel brevitate crescit, vel decrescit numerus potentium ad cambium, unde crescere, vel decrescere debet lucrum. *Lef. Fili. Ren. q. 8. &c.*

78 Vtrum si in cambio sit æqualis necessitas tam campstarii, quam campioris, possit à campsore aliquid accipi pro cambio? *w. aff.* quia per accidens est, quod cambio sit utrique utile: ergo poterit unus pretium cambii recipere. Tum quia industria campstarii est, quod pecuniam absentem noverit utiliter impendere. *Lef.* Cui autem lucrum debeat? Dic cum *Tamb.* esse ejus, qui prævenitur; quod si uterque sciens necessitatem alterius, nolle prævenire, possent tunc inter se convenire, ut lucrum cambii dividatur. *Tamb. Ren. q. 9.*

79 An cambia, & recambia per literas sint licita; ut si quis Neapolit

poli cambiat pecuniam Romæ solvendam , pro qua mittuntur literæ cambii correspondenti campforis, sed correspondens indiget alia pecunia Neapoli, unde ipse mittit huc literas recambii ? R. aff. si interveniant conditiones Bullæ Pii V. nam tunc literas verè mittuntur , & adest pecunia in loco , ubi fit cambium: ergo si intercedat justum pretium, cambium non est siccum, sed reale: ergo, &c. Bon. Ren. q. 11.

30 Campsarius accipit centum à campfore hic Neapoli, reddenda Romæ ; quia tamen ~~Romæ~~ pecuniam , vel fidem aliquam non habet, roget campforum, ut suus agens ipsi fidem Romæ faciat, & solvat ipsi campori pro se pecuniam ; deinde ipse agens committit eidem campori ut recipiat Neapoli pecuniam à campfario, quam ei debet, & sic campfor cambiat, & recambiat; Quær. an hoc licitum sit ? R. aff. si Procurator camporis habeat propriam pecuniam , vel credita propria ; secus, si habeat pecuniam ipsius camporis, seu credita exigibilia ejusdem ; aut nonnisi creditum ipsum cambii præsentis . Rat. 2. est: quia sic campfor haberet creditum ad seipsum , quod est absurdum ; quod non sequeretur in primo ob oppositam rationem. Ren. q. 11. contra de Lugo permittentem etiam in casu proprii crediti camporis, & contra Mol. Sor. &c. absolutè negantes; & contra Syl. Nav. &c. absolutè concedentes; quorum opinionem speculativè veriorem putat . Leff. sed in praxi non facile suadendam.

31 An valeat contractus cambii , quo quis campfori pecuniam dat, ut illam teneat in cambiis, hoc est, det illi lucrum cambii, & ipse det campfori solitas provisiones pro laboribus, & industria cambii ? R. hunc contractum esse usurarium , quia in casu posito, qui dat pecuniam, non stat periculo, sicuti campfor: ergo, &c. Tuin quia absolvitè non est contractus cambii , in quo datur pecunia præsens pro absenti , nec reduci potest ad alios contractus, ut patet: ergo, &c. Azo. Ren. q. 12. contra Fili. & Tamb.

32 An sit justus contractus cambii , qui celebratur tempore , quo non sunt nundinæ, cum eo tamen lucro, quod dari solet ad proximas nundinas ? R. neg. si locus , in quo est pecunia solvenda, non tam longè absit à loco, in quo finguntur nundinæ , & exigatur idem lucrum, ac cum cambium sit in illis ; vel si æqua sit distantia, campfor verò certò scit, vel probabilitè credit , pecuniam in loco, ubi solvitur, futuram esse majoris valoris. Rat. primi: quia ex Bulla Pii V. habenda est ratio distantie locorum, fin minus ratione cambij , saltem ratione lucri cessantis : ergo, &c.

&c. Rat. 2. quia sic reciperetur aliquid ultra lucrum cambii;
ergo, &c. Azo. Ren. q. 15.

§3. Vtrum sit licitum cambium, quo campsor dat hic Neapoli 100.
solvendos Hispanis, cum pacto, ut si sibi non solvantur, cam-
psarius det etiam lucrum, quod campsor percepisset, si sibi cen-
tum habuisse ratione alterius recambi, quod ex Hispanis
Neapolim fecisset? &c. aff. si pactum non sit de certo lucro, sed
liquidando per sententiam Judicis pro lucro cessante. Rat. quia
aliás esset contra Bullam Pii V. Azo. Ren. q. 14.

§4 Quidnam si: justum premium cambii, seu quænam sint justæ
provisiones cambiorum? &c. esse tertiam partem scutati pro
singulis centenariis scutatis, & hoc etiam in recambiis; unde
crescit provisio ad incrementum cambii; nam licet idem labor
sit in cambio magno, quam parvo, tamen quia apud aliquos,
provisiones dantur campsoribus ratione periculi, niajus hoc est
in magno cambio, quam in parvo. Tum quia Notarii pro di-
versis scripturis æqualis laboris, diversum pretium recipiunt
ob diversas quantitates pecuniarum, quas continent: ergo, &c.
Dia. Quod eadem tercia pars sit justa in recambiis, patet: quia
ita communiter practicatur. Ren. q. 15.

§5 Vtrum in cambiis possint campsores suas provisiones recipere
toties, quoties recambiunt? &c. aff. quia in recambio non de-
bentur provisiones ratione lucri cessantis tantum, sed etiam ra-
tione novi cambii: ergo, &c. Dia. Ren. q. 16. contra Fili.

§6 Quæ pacta sint licita in contractu cambii? &c. licitum esse pa-
ctum de pæna ex mora campsarii, quæ pæna potest esse recam-
biū, quantum spectat tamen ad lucrum cessans pro mora;
sed pro eadem mora potest iniri pactum de continuando re-
cambio, usque ad solutionem. Item licitum est pactum, ut
campstarius solvat provisiones pro laboribus, quos correspon-
dens pro ipso, campstario (non pro campsore) suscipit. Item
pactum de pignore dando in cambio, si nihil ratione periculi
accipiatur; licet illud alio titulo accipi possit. Denique pactum,
ut lucrum cambii detur ad pretium, quo curret tempore solu-
tionis pecuniae; non verò tempore, quo fit; dummodo incer-
tuni sit, pretium cambii crescendum, vel decrescendum, Tamb.
Ren. q. 17.

Contritio quid sit. v. Sacramenti Paenit. materia prox. q. 1. An suffi-
ciat ad celebrandum. v. missam audire, &c. q. 2. Quando sufficiat
ad Sacramentum Eucha. suscipiendum. v. Communio annua q. 2. 14.
Contumelia quid sit. v. Destrattiv. q. 1. &c. 14.

Con-

Convicium quid sit. v. ibi. q. 14.

*Cooperatio ad malum quo modis contingere possit. v. Restitutio: m
quis, &c. q. 31.*

*Copula cum alterius sponsa, an sit fornicatio. v. Luxuria simplicis, &c.
q. 3. an sit adulterium. v. Sacramentum Matri. ubi, &c. q. 7. Ab ea
cessare ante seminatorem; ea uti ob solam delectationem; rursus
diebus festis, &c. v. ibi. q. 6. &c. Copula cum cognato cognitione
spirituali, vel legali; vel cum filii spirituali an sit incestus. v. L.u-
xuria incestus q. 6. Copula in Ecclesia; in ejus janua, in Sacrificia;
in Oratoriis privatis, &c. an, & quando sit sacrilega. v. Luxuria
sacrilegii q. 16. Copula maritalis si incipiatur in vase preposito
an, &c. v. Luxuria peccati, &c. q. 23. Copula cum conjugata con-
sentiente marito, an sit adulterium v. op. 50. Innoc. Copula inter
conjuges quando illicita. v. Sacramentum matri. ut, &c. q. 31. &c.
Correccio enormiter excedens an, &c. v. jus rei in exceptiones, &c.
q. 20. Correccio fraterna in materia S. Officii an, &c. v. Denun-
ciatio in materia, &c. q. 3.*

*Correctionis causa quomodo possint Regulares, Episcopi, Magistri,
&c. Clericum percutere. v. Censura excom. Si quis, &c. q. 44.*

*Corrigere complicem paenitentis, an, quando, & quomodo possit Com-
fessarius. v. Sacramentum Paenit. materia prox. q. 29.*

Crimen laesa Majestatis quale sit. v. Censura excom. com. &c. q. 31.

Crudelitas quid sit. v. Invidia q. 5. &c. 8.

*Culpa juridica, theologica, laia, levis, &c. v. Contractus in gene-
re q. 20.*

Cultus Latria, Dulia, &c. v. Actus Religionis q. unico.

v. 4

- 3

D

*D*amnati ad tristemes an gaudeant privilegio Canonis. v. Censu-
ra excom. Si quis, &c. q. 19. An teneantur ad officii recitatio-
nem. v. Horae Canonicae q. 52. Damnati ad mortem an possint, vel
teneantur communicare. v. Communio annua q. 34. &c. 45.

*Declarationes Cardinalium an obligent in conscientia. v. legis obli-
gatio q. 2.*

Defensio rei. v. jus rei in exceptiones, &c.

*Defuncti an sibi capaces Indulgenciarum. v. satisfactio per Indulg.
q. 8. &c.*

*Degradatus an gaudeat privilegio Canonis. v. Censura excom. Si
quis q. 13.*

*Delectatio morosa in Virginem, an sit superrum. v. luxuria superi q. 30.
item*

*item in conjugatis, an sit adulterium. v. luxuria adulterii q. 5.
item in adstricis voto castitatis, an sit sacrilegium. v. luxuria sac-
crileg. q. 7.*

DELECTATIO MOROSA. Queres.

1. **Q**uid sit Delectatio morosa, & quale peccatum? Ad pri-
mum delectatio morosa, est simplex, & deliberata co-
placentia rei illicitæ, sine intentione eam perficiendi. Dicitur,
deliberata; quia delectatio non dicitur morosa ob moram tem-
poris, sed ob determinationem voluntatis. Dicitur, *rei illicitæ,*
hoc est, divagans per omne peccatum; licet in praesenti, de-
ea tantum agimus, quæ tendit ad res venereas. Vnde ad 2. de-
lectatio morosa de re venerea peccaminosa, de se est peccatum
mortale, si adsit plena advertentia. *D. Tho. contra Cordu. Med.
Tabit. Et c. Duxi, de re;* quia de cogitatione tantum, seu specula-
tione cadente supra modum, maximè novum rei venereæ ex-
cutæ, sine affectu ad illam, existimant. *Ren. fol. 502. q. 1.* & *Buss.*
non esse mortale; quia obiectum delectationis est tantum mo-
dus ille. Duxi, *peccaminosa;* quia de indifferenti delectari ob
bonum finem, ut de pollutione in somnis quatenus naturali, &
ad salutem utili non est peccatum.
2. An omnes delectationes morosæ de re venerea sint eiusdem
speciei? *R. aff.* si fistante in re venerea tantum, & præscindant
ab objecto, nec in cogitante sit circumstantia voti castitatis:
Secus, si sint ad objecta ordinatae, ut si quis delectaretur de-
fornina, quatenus conjugata, &c. quia tunc ab illis objectis
derivantur: ergo & specificantur ab illis diversis objectis; quæ
diversitas non est in re venerea tantum. *Azo. Fili. San. Ren. q. 2.*
3. Vtrum licita sit sponsis de futuro delectatio sensitiva de copu-
la habenda; vel viduis de copula habita absque periculo pollu-
tionis. Duxi, *sensitiva,* quia rationalis utique peccaminosa
non est. *R. neg.* quia delectatio illa de praesenti in appetitu
sensitivo, est praesens inchoatio copulæ, cum ex illa generetur
commotio spirituum inservientium generationi: ergo de pra-
esenti illicita. *San. Nav. Vasq. Ren. q. 3. contra Victoriæ Med.
Et c. loquendo de sponsis, & contra Sa. Cajes. Et c. loquendo de
viduis.*
4. Vtrum, præciso periculo pollutionis, liceat conjugibus dele-
ctatio sensitiva morosa de actu conjugali habito, vel habendo,
quando adest impedimentum illi vacandi? *R. neg.* Si impedi-
men-

mentum sit intrinsecum, ut impedimentum voti castitatis, vel dubii matrimonii; secus si extrinsecum, ut absentia conjugis. Rat. quia in primo sensu, copula ob impedimentum redditur illicita; non in 2. ergo & licita, vel illicita erit delectatio. *San. Vasq. Caje. Ren. q.4.*

5 An desiderium, seu voluntas efficax, qua quis aliquid vult, si non esset peccatum, sit peccatum? *R. neg.* si illud sit tantum jure positivo prohibitum; secus si jure naturali vetitum: nisi hoc licitum esset in aliquo statu, vel casu, & conditio apponatur, si ille casus adesseret. Rat. primi; quia sic prohibitum, non est intrinsecè malum: ergo præscindi potest ab eo malitia; unde constat 2. Rat. 3. quia licet vetitum, eo tamen casu est permisum: ergo, &c. *San. Fag. Ren. q.5.* contra *Vasq. Say. Et c.* absolutè concedentes.

6 Vtrum peccet quis si non solum desideret actum sub ea conditione, sed etiam delectetur de illo sub conditione? *R. neg.* si delectatio sit in appetitu rationali: Secus in sensitivo; quia in primo casu præscindi potest malitia ab intellectu à quo fertur voluntas; cum nihil volitum, quin præcognitum; secus in 2. quia appetitus sensitivus fertur ab imaginativa, quæ utpotè cum brutis communis, potestatem non habet præscindendi.

7 *San. Ren. q.6.*

An peccet quis, præciso periculo pollutionis, negativè se habens circa delectationem veneream? *R. aff.* nisi ad eam reprehendam, delectatio fieret vehementior, aut necessarium esset cessare ab occupatione aliqua honesta, necessaria, vel utili. Rat. quia difficile est intelligere, quomodo permitti possit delectatio ilia absque consensu in eam, voluntate tantum negativè se habente: ergo, &c. Antecedens probatur; quia usque ad eò homo voluntati non prædominatur, ut absque omni periculo circa objectum rectè cognitum, & vehementer alliciens, omnem actum suspendere valeat. *San. Cara. Ren. q.7.* contrariam probabilem dixit *Dia.* probabiliorum speculativè. *Fag.* & *San.*

8 Vtrum licita sit complacentia, & delectatio de actibus mortali bus, sed à culpa excusatis, ratione somni, ebrietatis, ignorantiae, &c.? *R. aff.* si delectatio sit de actibus de se non mortali bus, absque commissione spirituum, idest, non venerea (ut per se, & ex dictis patet) nec habeatur causa voluptatis, sed ob alios fines bonos: Inīō non tantum potest quis sic complacere de illis, sed etiam illos actus ob bonos fines desiderare: Secus, si complacentia sit de actibus de se mortalibus, ut de pollutione,

tione, ut tali. Rat. 2. quia et si factum externum culpa vacet ubi somnum, ignorantiam, &c. secus tamen delectatio interna; quia in ea nulla est ignorantia excusans: ex quo patet primum; quia cum actus de se non est mortalis, de se excusat, etiamsi nulla sit ignorantia excusans. San. Less. Ren. q. 8.

Delectationes morosa quando sint ejusdem speciei. v. luxuria proprii q. 3.

Delegatio facta ab excommunicato an sit valida. v. Censura excom. majoris q. 36.

Delegatus an possit subdelegare. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. ad reservata q. 8.

Delicta contra bonum commune, Eccl. qua fint. v. jus, Eccl. iustitia in causis, Eccl. q. 11. Delicta, que visiari possint, Eccl. v. jus Prelati ad, Eccl. q. 4.

Delictum, quale ad incurrendam censuram. v. Censura q. 19. Delictum publicum, Eccl. delinquens occultum, quando deni jus, Eccl. v. jus Prelati ad, Eccl. q. 11. Delictum commissum contra Judicem, Eccl. coram ipso, an prebeat, Eccl. v. jus Prelati ad, Eccl. q. 18. Delictum, quando dicatur occultum, Eccl. quando deductum ad forum contentiousum. v. Sacramenti Pœnit. Minister Ordii. ad reservata q. 12. Eccl. q. 16. Eccl.

Dæmon incubus, vel succubus quando multiplices actus specie. v. luxuria peccati, Eccl. q. 15.

Dæmoniacus an possit ad Ordines promoveri. v. Sacramentum Ord. q. 53.

Denuncians an possit esse testis. v. iustitia, Eccl. modus, Eccl. q. 13. In quo differat ab accusatore. v. juris, Eccl. iustitia, Eccl.

Denunciare delicta quando quis possit. v. jus Prelati ad, Eccl. 16. n. 3.

Denunciatio quid sit. v. juris, Eccl. iustitia obligatio, Eccl. q. 1. Eccl. Denunciatio Censura. v. Censura q. 13. Eccl. 14. Denunciatio an refutari possit à superiore. v. iustitia in accusando, Eccl. q. 6.

DENUNCIATIO IN MATERIA SANCTI OFFICII facienda. Quares.

1. **Q** Vid sit Denunciatio, & quotuplex? Vide juris, & iustitiae obligatio in denunciando.

2. Quæ pena sit imposta contra non denunciantes in materia Sancti Officij? Et contra non denunciantes haereticos intra 12. dies, vel de haeresi suspectos, est imposta pena excommunicationis ipso facto incurrenda Papæ reservata ex decreto San.

ctæ

Cœs Romanæ Inquisitionis . Item fiunt de hæresi suspecti, leviter tamen. Care. Farina. Ren. fol. 217. q. 2.

- 3 An ad denunciationem sit præmittenda correctio fraterna ? R. neg. quia , in materia S. Officii non est facienda denunciatio Evangelica, sed judicialis, quia ad punitionem ordinatur , non ad correctionem ; sed Evangelica tantum requirit correctionem: ergo, &c. *Care. Palæ. Ren. q. 3. contra D. Tho. Thomis. San. Med. Fag.* quorum opinio reprobata est ab Alex. VII. in decreto Cong. S. Romanæ Inquisitionis sub die 8. Julii 1660.
- 4 An reo correcto , ejusque contumacia cessante , cessent censuræ ; & sic non adsit obligatio denunciandi ? R. neg. quia posset quis simulare emendationem, ne ejus crimen reveletur. Tum quia denunciatio, ex dictis , fit in punitionem: ergo,&c. *Ren. q. 4. Contraria Serra, Sois, & Baunii* damnata est ab Alex. VII. prop. 44.
- 5 An in causis fidei teneatur quis denunciare seipsum, vel saltem complices? R. ad primum neg. quia nemo tenetur prodere seipsum. *Sua. Riccius, &c.* & quia revelando complices, revelaret seipsum. Ideò ad 2. &c. etiam neg. nisi in casu, quo juridicè interrogaretur; vel nisi complex sit foemina sollicitata, quæ teneatur denunciare confessarium sollicitantem. *Rat. primi*: quia tunc tenetur integrè suum crimen confiteri. *Fag.* Rat. 2. quia ipsa non tenetur manifestare suum consensum, nec hunc debet scribere Actuarius: ergo, &c. *Sua. Ren. q. 5.*
- 6 An Filius Patrem , Maritus Vxorem , Frater Fratrem , vel è contrà , teneantur denunciare in hæresis criminè ? R. aff. in hæresi formalí, & si alius non adsit ; secus si crimen tantum admixtam habeat hæresim ut blasphemia hæreticalis. *Rat. primi*, quia tenetur filius denunciare Patrem , patriam prodere volentem: ergo,&c. *Ren. q. 3.* *Rat. 2.* quia filius, & Pater in subsidium tenentur: ergo,&c. *Genevensis.* *Rat. 3.* quia nemo tenetur prodere seipsum: ergo nec Patrem,&c. *Dia. contrarium verius putat Carenæ.*
- 7 An teneatur quis denunciare in causa fidei , si non possit delictum probare ? R. aff. quia denunciator non habet onus probandi delictum; hoc enim spectat ad S. Officium: ergo,&c. *Dia. Trull. Ren. q. 7. contra Angel. Reginal. Nav. &c.* ab solutè negantes; quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 5. & contra *Fag.* id admittentem tantum in hæresi formalí; cuius opinio, licet non sit damnata , cautissimè tamen legendam esse: dixit *Carenæ.*

8 An

- 8 An teneatur quis denunciare, si non ex visu, sed de auditu, vel fama scivit spectantia ad S. Officium? R. aff. quia licet testis de auditu non probet, facit tamen presumptionem; unde potest Iudex interrogare illum, à quo audivit, & sic certificari. Tum quia in editis dicitur: Si quis sciverit, vel audiverit: ergo, &c.
B. Geneven. Ren. q. 8. Et c.
- 9 An sit denunciandus à Confessario hæreticus, qui accessit ad confessionem animo illum pervertendi? R. aff. quia confessio tunc non esset Sacramentalis: ergo, &c. Fag. Geneven. Ren. q. 9.
- 10 An sit obligatio denunciandi eum, quem scio ex sigillo naturali, vel sub juramento esse hæreticum, vel suspectum de hæresi? R. aff. quia tam sigillum, quam juramentum est quid humanum, ortum ex privato pacto inter loquentem, & audiendum, quod non potest præjudicium inferre legi, & editio superiorem. Sua. Sanctarellus. Ren. q. 10. Et c.
- 11 An sint denunciandas mulieres, quæ multa faciunt, apparenter tantum superstitiosa? R. aff. si hoc sciatur extra confessionem: Secus si intra. Rat. primi, quia ad publicum Reipublicæ bonum spectat, ut hæc puniantur, ne Regnum inficiatur; ergo, &c. Gene. Rat. 2. quia tunc certè scitur, superstitiones non esse veras; & ideo non est opus, ut in primo casu, judicio Inquisitorum. Ren. q. 11.
- 12 An sit denuncianda mulier, quæ semel tantum maleficium fecit; vel Necromans, qui semel fecit necromantiam; aut ille, qui paratus est uti incantationibus? R. neg. quia editum præcipit denunciari maleficas, vel necromantes, sub quibus non comprehenduntur supradicti: hinc absolvi possunt à quocumque Confessario. Ren. q. 12. Genev. Et c.
- 13 An teneatur quis denunciare, si sibi, vel suis timeat grave damnum? R. aff. in casu hæresis formalis; nisi tale esset danunum, ut vita periretetur sui, vel suorum; vel cogeretur aliquis horum mutare statum. In aliis vero casibus suspicionis hæresis, ut solicitationis in confessione, grave damnum imminens sibi, vel suis usque ad 4. gradum, etiam excusat. Primum constat ex dictis: probatur 2. quia DD. obligantes filium denunciare Patrem hæreticum, eximunt illum à pænis filii hæreticorum infictis: ergo signum est, illos non obligari cum periculo amissionis magnæ partis honorum; & à fortiori cum periculo vitae. Freita. Ren. q. 13. Excipe, nisi Pater dogmatizaret in magnam publicæ perniciem; vel scemina per maleficium in ejusdem documentum, pueros enecaret; quia unusquisque tunc vitam pro-

- propriam exponere debet. *Gene.* Probatur 3. quia fœmina, si non potest denunciare Confessarium solicitantem, nisi manifestando suum consensum, non tenetur: ergo grave damnum factum, &c. excusat in casu suspicionis hæresis. *Sanci. contra Bos.*
- 14 An sint absolvendi pœnitentes, nisi prius denuncient? ~~per se~~. si possint denunciare; (nani si non possint, sufficit ut id per se) quia nemo à peccatis absolvi potest, nisi prius à corpora sit immunis; ab hac autem nemo absolvi potest, nisi facta parte: ergo, &c. *Rodri. Sanci. Ren. q. 14.* Hinc si urgeat communionis necessitas, & fœmina solicitata sit timorata conscientia, potest absolvi cum sola promissione. *Carena.*
- 15 An personæ aliquæ sint exemptæ à Tribunali S. Officii? *v. excipi Cardinales, Episcopos, Archiepiscopos.* Item *Officiales Pontificis*, ut *Nuntii*, &c. qui omnes de crimine hæretis à solo Papa judicari possunt. *Fag. Ren. q. 15. Gc.*

DENUNCIATIO CONTRA SOLlicitANTES. Querer.

- 1 **I**N quibus casibus adsit obligatio ex vi Bullarum Pii IV. Greg. XV. & Pauli V. denunciandi sollicitantes? *v. præter casus in Bulla Greg. XV.* (in qua aliæ duæ comprehenduntur) clarè expressos, quos vide in ipsa, adest obligatio denunciandi Confessarium petentem domum, ut in eam concubinam adducat; vel sollicitantem pro alio, & lenocinium committentem; quia ex dictis Bullis, denunciandi sunt Confessarii, qui ad in honestos actus provocant, actus autem in honestus est illa media tio. *Dia. Ren. tom. I. fol. 221. q. 1.*
- 2 An adsit aliqua pena contra non denunciantes, & quando incurritur? *v. esse impositam excommunicationem ex editis Inquisitorum:* Item ex decreto Sacrae Inquisitiones contra non denunciantes de hæresi suspectos. Vnde ad 2. incurritur à die scientiarum, post elapsum terminum ab Inquisitoribus assignatum, scilicet spatium sex dierum; quo transacto, non cessat obligatio; quia non ponitur ad finiendum, sed ad sollicitandam obligationem. *Sanci. Ren. q. 2.*
- 3 Quis possit ab hac excommunicatione absolvere? *v. facta denunciatione*, aut (in casu necessitatis) praæstita fide, solum posse absolvere autoritatem habentem, vel per Bullam Cruciarum, vel per privilegia Mendicantium. *Sanci. Ren. q. 3.*
- 4 An præcisa Bulla Cruciarum, & præcisa excommunicatio possit quis absolviri à casu sollicitationis, à quocumque ~~Confessario~~?

- fario, non facta prius denunciatione? R. posse absolvit prima, secunda, & tertia vice; non autem postea, etiam si promittat. Probatur à paritate obligationis restitutionis; sic enim in ipsa etiam proceditur: ergo, &c. *Sanci. Ren. q.4. contra Fag. Avis.* absolutè negantes.
- 5 An possit fœmina deobligari à denunciatione, confitendo cum ipso Confessario? Supponimus Confessarium habere facultatem. R. nunc neg. quia alias nunquam sollicitatus teneretur. Contraria opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 7. *Ren. q.6.*
- 6 An obligatio denunciandi afficiat tantum poenitentes sollicitatos? R. præter poenitentes, sive masculos, sive fœminas, ex vi Bullæ, & ex vi Edicitorum Dominorum Inquisitorum, obligari omnes, qui hoc sciunt. Item ex vi Bullæ tenentur Confessarii admonere poenitentes ad denunciandum, cujus intimatio inculcata fuit Ordinariis ab Urbano VIII. *Ren. q.6.*
- 7 An teneatur quis denunciare, si hoc non scivit à personis fide dignis; vel si ab ipsis, scivit tamen sub sigillo naturali? R. ad primum aff. & hoc in quavis materia S. Officii; quia ad eum non spectat, sed ad Inquisidores judicare, an qui dixerint, sint fide digni. *Dia. I. bo. à Jesu. Rodri. Fag. Ren. q.7. Et c. 2. patet ex q.3. tituli præcedentis.*
- 8 An teneatur quis denunciare, si malitiosè audiendo confessionem, audit sollicitationem? R. neg. quia audiens confessionem alterius, tenetur ad sigillum Sacramentale, sicut Confessarius: ergo, &c. *Fag. Ren. q.8.*
- 9 An sit denunciandus Confessarius, qui tantum per chartam sollicitat? R. aff. etiam si tradatur legenda post confessionem, & de facto legatur à poenitente post multum temporis; quia traditio chartæ est ipsa sollicitatio, non causa ipsius, ut volunt *Henr. Trull.* quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 6. *Sanci. Fag. Ren. q.9.*
- 10 Si poenitens sollicitet Confessarium, & hic tantum consentiat, an, &c. R. aff. quia non potest Confessarius consentire, nisi per in honestos tractatus, & sermones interdictos à Greg. XV. *Dia. Eccl. P. M. Q. Ren. q. 10. contra Pala. Bon. Sua. Sanci. Boro. Et c.*
- 11 Confessarius, qui sciens in confessione fœminam proclivem ad lasciviam, post confessionem insequitur, & sollicitat; an sit denunciandus? R. aff. quia licet sollicitatio non sit immediata, phyllicè, est tamen immediata moraliter. *Peyri. Leko. Ren. q. 11. Et c. contra Sanci. Fag. Et c.* Contrarium tamen dicendum esset, si

- tempore longè distanti à confessione, Confessarius accederet ad domum pœnitentis, & ibi sollicitaret. *P. M. Q.*
- 12 An si Confessarius sollicitet pœnitentem stantem, vel sedentem ante Confessionarium, non simulando confessionem, neque illius prætextu, sit denunciandus? *R. aff.* quia taliter sollicitantes etiam in terminis Bullæ Greg. sunt suspecti de hæresi; licet enim ipse, tales non dixerit suspectos, adhæsit tamen Bullæ Pii IV. in sua constitutione eam inserendo: ergo, &c. Tum quia sic declaratum fuit à Paulo V. sub die 10. Julii anno 1614. *Bord. Trull. Ren. q. 12. &c. contra Pala. Leon. Lora. &c.*
- 13 An sit denunciandus Confessarius, qui non prætextu confessio- nis, neque in Confessionario, neque simulando confessionem, sollicitat fœminam, si deinde per accidens sequatur confessio? *R. neg.* quia per accidens est, quod postea sequatur confessio, & tunc melius est, fœminam confiteri, ut citius à peccato libe- retur. *Fag. Sanci. Ren. q. 13.*
- 14 Si fœmina accedat ad Confessionarium non animo confitendi tune, sed alia die, an sit denunciandus Confessarius, si eo actu illam sollicitet, & si non fuerit secuta confessio? *R. neg.* si sollici- tet extra Confessionarium; quia licet sollicitatio fit immediatè ante confessionis faciendæ conventionem; non est tamen im- mediatè ante confessionem, cum confessio ex conventione sit pro alia die dilata. *Fag.* Hinc est, quod sit denunciandus, si in Confessionario sollicitat; vel si extra, fœmina tamen accessit animo confitendi. *Dia. Ren. q. 14. contra Sousam*, qui rationem adducit, quia tunc Confessarius differendo absolutionem, non vult abuti Sacramento.
- 15 An sit denunciandus Sacerdos, qui non admissus ad confessio- nes, confitendo sollicitat? *R. aff.* quia ex Bulla Greg. sunt de- nunciandi etiam simulantes confessionem: ergo, &c. Tum quia verè talis Sacerdos est Confessarius, licet ligatam habeat ju- risdictionem. Tum etiam, quia de simplici quoque Sacerdote loquitur Greg. dicit enim, *declaramus, quod omnes, & singuli Sa- cerdotes: ergo, &c. Sanci. Dia. P. M. Q. Ren. q. 15. &c. contra Fag. Sousam. de Janua. &c.*
- 16 An sit denunciandus laicus, qui se fingens Confessarium, fin- gendo confessionem sollicitat? *R. neg.* quia Bullæ loquuntur de Sacerdote sollicitante: Hinc nec esset denunciandus interpres sollicitans; inquit contra Freitam etiam si hic esset Sacerdos; quia tunc fungeretur officio pœnitentis, non Sacerdotis. *Fag. Dia. de Janua. Ren. q. 16. &c.*

17 An

17 An Confessarius , qui laudat pœnitentem ex pulchritudine , vel alias ejus dotes commendat , sit denunciandus ? & aff. nisi absolute constet , Confessarium alio fine illa verba protulisse ; quia id esset tacitè sollicitare . Tum quia sic Confessarius sollicitationem tentat , quod interdicitur à Greg. Tum etiam quia Confessarius ex Dia. est denunciandus , si dicat pœnitenti ; si esset secularis , ducerem te in uxorem : ergo , &c. Bon. Dia. Ren.q.17.¶c.

18 An Confessarius præbens donum mulieri in confessione , dicitur illam sollicitare ? & neg. nisi , magno valori muneric , superaddatur adminiculum , vel circumstantia aliqua , quia tunc tantum est magna præsumptio tacitæ sollicitationis : est contra Excobar.

19 Vtrum teneatur pœnitens denunciare Confessarium , jam punatum per S. Officium ? & aff. pro nova sollicitatione commissa : Secus pro antiqua , jam punita. Rat. 2. quia cessat tunc finis denunciationis. P. M. Q. Rat. primi , quia ad secundam punitiōnem , sunt solūm attendenda delicta post primam sollicitationem commissa : ergo cum Confessarius perseverat in sollicitatione dicitur iterum sollicitare: ergo , &c. Freita. Dia. Ren.q.19. contra Sanci.

20 An teneatur sollicitatus denunciare Confessarium , si ex denunciatione timeat sibi , vel suis grave damnum? Vide denunciatio in materia S. Officii. Ren.q.13.

21 An teneatur quis , si timeat grave damnum in persona maxi- mi amici , vel si timeat fore se ingratitudinis notam erga suum Confessarium incursurum? & aff. Rat. primi : quia major amicus est Deus: ergo , &c. Dia. Freita contra Sanci. Rat. 2. quia licet obligatio gratitudinis sit ex lege naturali , & obligatio denunciandi sit ex lege positiva ; hæc tamen oritur ex leg. Divina obligante ad abolitionem peccati præteriti , & futuri : ergo hæc prævalet: est contra Sanci. cujus opinio correcta apparet à Sacra Congreg. Indicis. Ren.q.20.

An sit denunciandus Confessarius , qui per vim , & metum consernit in sollicitatione ? & aff. etiamsi metus sit gravis , nam re vera levis est : enim vero tunc gravis metus cadit in virum constantem , quando probabiliter timetur : sed in casu nostro non debet Confessarius aliquid probabiliter timere , quando Deum habet defensorem : ergo , &c. Sanci. Carena. Ren. q. 21. contra Bon. P. g. de Janua.¶c.

An detur levius materia in sollicitatione , e.g. verbum turpe

- sine pravo animo vel osculum, apud Januarium, ex levitate Confessarii? R. neg. quia negatur in materia Religionis parvitas materiae; à paritate jejunii naturalis: ergo, &c. *Sanci. Dia. Fag. Ren. q. 22. contra Portel. Pala. P. M. Q. &c.*
- 24 An possit denunciari Confessarius, qui est absens, & in loco alienæ jurisdictionis? R. aff. quia sic satisfit præcepto denunciationis faciendæ. *Pelliz. Imò & sic fieri debet; cum possit S. Officium contra absentem etiam in alieno Territorio procedere: ergo tenetur poenitens denunciare. Ren. q. 23.*
- 25 An si positens nolit denunciare apud Episcopum, vel Inquisitorem, possit denunciatio recipi à Confessario de ordine Episcopi, vel Inquisitoris? aff. dummodo Confessarius denunciationem juratam recipiat. Constat ex decreto Sac. Cong. S. Officii de Vrbe sub Vrb. VIII. 27. Decemb. 1624. *Pelliz. Ren. q. 24.*
- 26 Quæ causæ excusent à denunciatione? R. ex dictis, excusare primò grave damnum imminens probabilitè fibi, vel suis. 2. si Confessarius jani sit punitus. 3. excusare infirmitatem, non autem clausuram, ut contra *de Janua* docet *Ren. q. 25.*

DENUNCIATIO EX VI MONITORII facienda. Quæres.

1. **A**N subditi, qui degunt extra Territorium Episcopi teneantur ex vi monitorii revelare? Suppono, quod monitorium sub excommunicationis pæna, ferri solet ad instantiam partis contra eos, qui sciunt, aliquos possidere bona ablata, scripturas, &c. quod non comprehendit nisi illos, quos pars intendit, vel intendere potest: unde non comprehendit matrem, uxorem, &c. Nec alias, nisi subditos Episcopi. R. nunc neg. nisi postquam redierint ad Territorium Episcopi, & tunc absque eo, quod denud publicetur monitorium; primum const. *Nav. 2. probatur: quia excommunicatio habet tractum successivum, & à die notitiae obligat omnes existentes in Territorio: ergo, &c. Sol. Ren. tom. I. fol. 231. q. 1. contra Gene.*
2. An principalis, qui retinet bona ablata, vel scripturas, &c. tenetur ad aliquid ex vi monitorii? R. aff. si monitorium sit ad restituendum; si vero sit ad revelandum, non tenetur; quia nemo se prodere tenet: *Quod si sit ad revelandum scripturas, tenetur tantum, si absque suo incommodo possit, & scripturae relevant partem: Quod si hoc sine suo damno fieri non possit, non tenetur; quia nemo contra seipsum arma præbere debet:*

debet: Imò neque si scripturæ sint communes reo, & actoris; quia tunc reus est in possessione: Imò etiam si sint ipsius actoris tantum, & reus bona fide illas possidet, habeatque certainam justitiam in causa, quam amitteret, si scripturas proderet; quia non tenetur cum tanto suo incommodo (intellige, majori, illo actoris; nam si esset æquale, teneretur) *Fili. Say. Avis. Ren. q. 2. § c.*

3 An ex vi monitorii teneatur quis revelare contra patrem, filium, uxorem, &c.? *R. ex dictis, neg. etiamsi nullum grave*—
damnum ei immineat; nam nec etiam in materia S. Officii tenetur: ergo, &c. Tum quia nemo tenetur prodere seipsum: ergo nec etiam suos usque ad 4. gradum. *Fili. Bon. Ren. q. 3.*
contra *Gene.* dicentem teneri in aliorum defectu.

4 An teneatur quis revelare cum magno incommodo sui, vel
fusorum? *R. neg.* quia præcepta humana non obligant *cum*—
tanto incommodo. Tum quia cum hoc non tenetur quis testifi-
care: ergo, &c. Excipitur casus heresis formalis, & crimen
laesæ Majestatis in fieri. *Fili. Nav. Sol. Ren. q. 4. § c.*

5 An sit obligatio denunciandi ea, quæ sub secreto naturali scimus, vel sub juramento promisimus non revelare? *R. aff.* &
damnum alicui inferatur non revelando: Secus è contrà. Rat.
primi; quia secretum, vel juramentum non possunt esse vincu-
lum iniquitatis: ergo, &c. Rat. 2. quia secretum, vel juramen-
tum servandum est, cum nullum alteri damnum irrogatur: er-
go, &c. Hinc tenetur quis etiam cum damno tertii revelare,
quando secretum alia via scitur; quia id non est revelare se-
cretum. *Fili. San. Bon. Ren. q. 5. § c.*

An inhabiles ad testificandum teneantur revelare? *R. aff.* quia
licet non probent, faciunt tamen præsumptionem. Verum ta-
men est, quod si à non fide dignis inhabilis audivit, non tene-
tur; quia hoc non est scire. *Gene. Ren. q. 6.* Quis autem sit testis
inhabilis; v. *Justitia,* & modus in testificando servandus.

An sit præmittenda fraterna correctio ad denunciationem, quæ
per monitorium præcipitur? *R. aff.* si monitorium sit in ordine
ad emendationem delinquentis; ut scilicet, restituatur ablatum,
& speretur emendatio: Secus, si ad punitionem delicti; ut scili-
cet, delinquens puniatur. Rat. primi, quia cessante causa finali
monitorii, cessat obligatio denunciandi: ergo, &c. ex quo pa-
et. 2. quia per correctionem non cessat finis monitorii. *Bon.*
Ren. q. 7.

An justos rei detentores teneantur revelare? *R. neg.* quia ex-

communicatio cadit supra injustos detentores . Tum quia non debemus innocentem prodere : Hinc est, quod nec etiam tene-
mur denunciare *simpliciter* impotentem . *Nav. San. Ren.* q. 8. Quod si dubium contingat de justitia detentionis, vel de impo-
tentia *per severante dubio*, etiam teneremur denunciare ; quia
tunc possidet certum præceptum Superioris . *Bon.*

9 An teneamur revelare , si monitorium, & excommunicatio sit expedita ad instantiam alicujus, nullum jus in re habentis ? *R.* neg. etiam si probabili ratione credamus non habere jus . Primum probatur ; quia neque Judici interroganti tenemur dicere veritatem, si non habet jus ad interrogandum: ergo, &c. Probatur 2. quia ex *Nav.* paria sunt, scire aliquem non habere jus, & probabiliter credere, jus non habere, argumento *l. illud, ff. de petitione hereditatis:* ergo, &c. *Ren. q. 9.*

10 Ant teneamur revelare id , quod scimus , sed probare non possumus ? *R.* aff. si revelatio præcipiatur subditis tanquam testibus: Secus si tanquam denunciatoribus . Rat. utriusque; quia testis non tenetur probare: Secus denunciator . Excipitur in se-
cundo casu crimen hæresis , & impedimentum matrimonii.
Nav. Ren. q. 10.

11 Quo tempore incipient obligare monitoria , & an eorum obli-
gatio finiat , completo termino præscripto ad denunciandum?
R. ad primum incipere à die publicationis cum scientia , vel à die scientiæ: primum patet. 2. probatur; quia ignorantia excusat ab incurriendis censuris : ergo , &c. Vnde ad 2. *R.* neg. quia terminus non ponitur ad finiendam, sed ad sollicitandam obli-
gationem. Tum quia debitor tenetur etiam transfacto termino præfixo ad solvendum, solvere: ergo, &c. *Nav. Bon. Ren. q. 11.*
Hinc contra *Vgoli. Tabie.* &c. non expirat obligatio , elapsò termino monitorii cum ignorantia hujus.

*Denunciationes requisita ad matrimonium. v. Sacramentum matri-
ut, &c. q. 12. &c.*

Depopulatores agrorum qui sint. v. Censura excom.contra, &c. q. 35.
*Depositarius dubitans an sua culpa, &c. v. Conscientia q. 41. Ex qua
culpa teneatur. v. Restitutionem quis, &c. q. 19.*

*Depositum quid sit, &c. v. Contractus gratuitus q. 2. &c. Item q. 54.
Furto ablatum cui sit restituendum. v. Restitutio cui, &c. q. 9.*

*Desiderium conditionale actus peccaminosi quando, &c. v. Delecta-
tio morosa q. 5. &c. 6.*

*Detractio. v. Restitutio ob detractionem fama q. 1. &c. v. op. 43. &c.
44. Inno.*

*DETRACTIO, SVSVRATIO,
ET MVRMVRATIO.*

Quares.

- 1 **Q** Vid sint, & quomodo inter se differant : **R.** Detractio est alienæ famæ occulta , & injusta denigratio . Dicitur *Denigratio* ; nam si crimen impositum sit falsum , dicitur infamatio: Sufuratio, est occulta oblocutio contra proximum ad discordias inter amicos gignendas , in quo differt à detractione, quæ est contra famam , & contumelia , quæ est contra honoren: Murmuratio, est cum quis factum publicum proximi in malam partem accipit ; & si de eo loquatur in ejus præsentia, est contumelia ; si in absentia est detractio ; ex quo patet ad 2. *Ren. tom. 1. fol. 493. q. 1.*
- 2 An sit peccatum mortale detractionis revelare crimen grave alterius , occultum quidem in una Civitate , sed in alia publicum ? **R.** esse mortale contra charitatem , si animo nocendi id fiat, vel si jam quis suam famam recuperavit; & hoc etiam si in loco, ubi commissum fuit delictum, hoc reveletur : Secus si hæc omnia defint. Primum est certum. 2. probatur : quia culpa sua delinquens amisit famam in uno loco: ergo sibi imputet, si eam in alio loco amittat. *Ren. q. 3. Fag. &c. contra Less. dicentem, id esse contra charitatem.*
- 3 Vtrum sit mortale detractionis revelare crimen occultum alterius uni, quem scio non dicturuni? **R.** aff. Rat. quia major sequitur infamia apud illum unum bonum , & cordatum virum (qui talis est in casu posito) quam apud duos , vel tres inferiores notæ: ergo,&c. Tum quia peccat mortaliter, qui detrahen-tem audit , nec corrigit , & tamen inter duos versatur detrac-
tio: ergo ita, qui apud unum , vel duos infamat. *S. Tho. Mol. Fag. Sua. Lay. Ren. q. 4. &c. contra Caje. Nav. &c.*
An revelare complicem in confessione sit peccatum mortale
si aliter non possit explicari species peccati? **R.** neg. Rat. quia per dicta in confessione nemo infamatur ; cum ea sub sigillo Sacramentali cadant . Tum quia complex peccando cedit juri suo, sciens peccatum esse aperiendum. Tum denique; quia pœnitens jus habet ad integratatem confessionis : ergo illa uti poterit etiam cum notabili damno alterius : Sicut fœmina ab aliis conspicienda , non ideo jus amittit ad audiendam Missam die festo. *D. Tho. D. Bona. Toler. Heri. &c. contra Nav. Fag. Ren. q. 5. &c.*

L 4

¶ Vtrum

- 5 Vtrum possit quis alterius crimen occultum revelare ad tormenta , vel mortem vitandam , vel ad impediendum aliquod grave damnum proximo inaminens ? R. ad primum aff. etiamsi crimen vi , & fraude quis sciverit , vel sub secreto , aut juramento. Rat. primi: quia solum per accidens , & permissivè sequitur damnum proximo, cum crimen sit verum : ergo non tenetur quis cum tanto incommodo servare alterius famam, vel vitam. Rat. 2. quia licet peccaverit extorquendo secretum; cum tamen scit, jus habet revelandi in tanta necessitate. Rat. 3. quia juramentum contra jus naturale non obligat . Nav. Syl. Less. ex quo patet 2. quia proximum debemus sicut & nos diligere : ergo sicuti ad vitandum nostrum damnum possumus, &c. ita,&c. Ren.q.6.
- 6 An infamare mortuum sit licitum ? R. esse mortale ex suo genere; quia licet in corpore non vivat , vivit tamen in bona fama . Tum quia infertur damnum parentibus : ergo , &c. Less. Ren. q. 7. Hinc facienda est ipsi defuncto famæ restitutio per retractationem , si infamia non redundaverit in haeredes ; istis verò si ipsis. Fog.
- 7 Vtrum sit mortale infamare de uno crimine eum , qui jam de aliis criminibus gravioribus , & diversæ speciei est infamatus ? R. aff. si crimina non sunt affinia : Secus si talia sint , ut e. g. sunt adulterium , & literæ amatoriae . Rat. primi; quia semel malus præsumitur semper malus,in eodem genere tamen mali, ex regulis juris in 6. ergo , &c. Tum quia qui partem bonorum amisit, non amisit jus ad alia bona: ergo, &c. Rat. 2. quia accessorium sequitur principale , quod jam publicum est . Less. Nav.Fag.Ren. q.8. &c. contra Palud.Syl. abolutè affirmantes.
- 8 An detrahere Monasterio in communi , Oppido , vel Civitati, nullum tamen nominando , sit mortale ? R. ad primum aff. si crimina non sint nota: Indò si fieret per libella contra Religionem S. Dominicī , & S. Francisci incideretur in excommunicationem latam ab Alex.IV. Nav.Syl. Lay. Quod si Religio detraheretur per detractionem contra unum Religiosum innominatum,etiam ejus fama laderetur , si delicta in infamiam Religionis redundarent,in qua e. g. talia delicta committi non solent. Affitus. Vnde ad 2.R. etiam aff. si detrahendo quis dicat , amnes unius Civitatis esse sodomitā ; secus, si aliquos tantum. Ako. Ren.q.9.
- 9 An detrahere sibi ipsis, sit mortale contra justitiam,vel charitatem ? R. neg. nisi ex circumstantiis danni , vel scandali , quod sibi,

sibi, & familiæ, vel alis infert, vel affert. Rat. primi; quia homo est Dominus suæ famæ, aliàs restitutionem illius condonare non posset: ergo, &c. Tum quia detractio est alienæ famæ denigratio. Tum etiam; quia volenti, & consentienti non sit injuria: ergo, &c. Rat. 2. quia non est quis Dominus alienæ famæ, nec alios scandalizare potest: ergo, &c. *Leff. Fag. Fili. Ren. q. 10. contra Caje.* absolvè affirmantem, & contra *Angel.* & *Syl.* id negantes in casu metus mortis.

- 10 An ad vitanda gravia tormenta in tortura, e. g. possit quis falsum crimen sibi imponere, ex cuius confessione morte afficiendus sit? *Rat.* hoc non esse mortale, sed tantum veniale; (dummodo confessio non firmetur juramento, nec ullum sit periculum infamiae familie, vel aliorum, ut patet) Idem primò dicendum de eo, qui ad evitanda levia tormenta, falsum sibi crimen imponit, ex quo mors, vel aliud grave damnum non sit fecuturum. 2. de eo, qui ad vitanda levia tormenta, verum sibi crimen imponit, sed occultum; etiamsi ex illius manifestatione mors sequatur: *Quod valet etiam pro liberando amico, vel parente à morte, seu magnis tormentis, dummodo iusuf procedatur:* Quinimò valet etiam (dum in justè proceditur) si crimen effet falsum. Rat. primi; quia licet quis non sit Dominus suæ vitæ, est tamen custos, ad quam custodiam non tenetur cum tanto tormentorum dolore: ergo, &c. Tum quia est Dominus suæ famæ: ergo non peccat mortaliter seipsum infamando: ex qua ratione probatur etiam 2. Rat. 3. quia ad vindictam sui, & aliorum exemplum potest quis se sistere in judicio, & accusare: ergo à fortiori ad vitanda levia tormenta. Rat. 4. quia amicus, vel parens censetur alter ego: ergo, &c. Rat. 5. quia aliàs gravem injuriam irrogaret Judicibus, Accusatoribus, &c. ergo, &c. Rat. 6. quia nulli injuriam ficeret. *Fag. Say. Leff. Ren. q. 11. &c. contra Caje, Syl. &c.*

- 11 Quis falsis virtutibus, & simulatis artibus famam sibi acquisivit, an possim illius simulationem aperire, & eum infamare? aff. si fama sic acquisita in aliorum perniciem vergat: Secus è contrà. Primum probatur; quia magis consulendum est bono communi, quam privato; maximè in justè possesto: ergo, &c. ex quo patet 2. Hinc simulatam peritiam Medici, vel honestatem Theologi aperire possum; non autem falsam nobilitatem, vel paupertatem. *Leff. Fili. Toles. Ren. q. 12. &c. contra aliquos, apud Affictum,* absolvè negantes.

- 12 Quibus de causis liceat aliquando alterius crimen occultum re-

revelare? R. præter supradicta; licitum est, primò causa consilii. 2. causa alterius danni cavendi (ex supradictis q.5. .3.) apud illos, qui delinquentem non norunt. 4. alteri detrahere quantum sufficit ad suam famam recuperandam, si aliter non posse, ex dicendis in opere. 44. Innoc. 5. aliorum morales tantum defectus revelare licitum est, vel quæ famam in his non laedunt; ut de juveneri dicere, quod teneat concubinam, &c. Denique ob justam querelam; ut si quis ab alio injuriatus non valens se à dolore cohibere in querimonias prorumpat publicas, quod non approbat *Tamb. Ren. q. 13.*

13 An peccet mortaliter, qui detractiones audit tantum, easque aliis refert? R. ad primum aff. si possit effugere detractionem, vel detractori resistere; quia tenemur grave damnum proximi ex charitate impedire, cum possumus. *Lug. Buff. &c.* unde ad 2. R. etiam aff. si cum affirmatione referat; vel si sine ipsa, audientes tamen sunt credituri. Primum patet. 2. probatur; quia dicens se nihil credere, èd magis se justificat. *Sot. Ren. q. 14.*

14 Quid sit contumelia, & quale peccatum? R. ad primum contumelia est injusta honoris alieni ablato, facta in præsentia patientis illam; quod fit referendo crimen in malo culpæ: Quod si fiat referendo crimen in malo pœnæ, ut vocando aliquem coecum, &c. est Convicium: Si denique in malo naturæ, ut vocando illegitimum, &c. est impropperium. Dicitur *facta in præsentia*, non quod hæc semper requiratur; nam sufficit intentione, ut ad aures contumelia perveniat. Vnde ad 2. contumelia est peccatum mortale. Probatur ex illo Matth. 5. *Si quis dixerit fratri suo Raca; reus eris gehenna ignis.* *Ren. fol. 100. q. 1.* An autem contumelia differat à detractione? Dic cum *Say.* differre sicut furtum, & rapina.

15 Quid, & quotuplex sit irrisio, & quale peccatum? Ad primum, irrisio est illa, qua proximus rubore, & verecundia suffunditur. *D. Tho.* Ad 2. dico dari irrisione, subsannationem, & illusionem. Prima fit verbis, vel cachinnis. 2. fit rugato nasu. 3. fit factis; ut cum milites Christo Domino coronam spineam imposuerunt. Ad 3. irrisio non est mortale peccatum, dum abest proximi contemptus: Secus è contrà. Rat. primi; quia sic in risum ponitur defectus. Rat. 2. quia tunc proximus magis contemnitur, quam si serio quid diceretur. *Caje. Fili. Fag. Ren. q. 2.*

16 Quid sit judicium temerarium, & quale peccatum? R. ad primum judicium temerarium est firmus assensus de aliqua re mala ex levibus indiciis. Dicitur *firmus*, &c. ad differentiam temeraria

rariæ suspicionis. Dicitur, *ex levibus, etc.* nam sufficientia, quæ sunt ea, quæ virum bonum, & probum moverent ad iudicandum, non inducunt mortale. Vnde ad 2. judicium temerarium est mortale peccatum. Probatur *ex illo Lucæ 6. Nolite* *edicare, et non judicabimini: ergo, &c.* Tum quia grave damnum ex sua natura infert proximo: ergo contra iustitiam. Et cum consistat in actu interiori non inducit obligationem retribuendi: Ita communiter. *Ren. q.3.*

Iconus ministrans, vel canens Evangelium in peccato, an, etc. v.
Sacramentum in genere q. 21. v. *Sacramenta majorum, etc. q. 30.*
An possit ministrare Eucaristiam, etc. v. *Sacramentum Eucha. q. 29. etc. v.* *Sacramenta majorum, etc. q. 22. etc.* Quando possit solemniter baptizare. v. ibi. q. 23.

Tum complices, an præbeas jus ad inquirendum. v. *jus Praelatis id, etc. q. 16. num. 11.* Differre revelationem delicti an, etc. v. ibi. 1. 11.

Spensare in irregularitate, an possint Regulares. v. *Censura excommunicatio, etc. q. 13.*

Dispensatio, & qua ad ipsam spectant. v. *Conscientia q. 80. etc.* Dispensatio pesendi debitum cui compesat. v. *Sacramenta Paenit. Ministrer Deleg. ad reservata q. 4.* Dispensatio voti quid sit. v. *Voti irritatio, etc. q. 20.*

Stinctio specifica, item numerica peccatorum, unde, etc. v. *Sacramenta Paenit. materia prox. q. 34. etc. q. 42. etc.*

vinatio quid sit, etc. v. *Supersticio q. 3. et 4.*

votum quid sit, etc. v. *Sacramentum matris, etc. q. 40. etc.*

lavor virtualis, an sit sufficiens materia, etc. v. *Sacramenta Paenit. materia prox. q. 5.*

lus in contractu an, etc. v. *Contractus in genere q. 3. etc.*

mestici Regularium qui sunt quo ad receptionem Sacramentorum.

.*Communio annua q. 17.*

nicilium requisitum ad Ordines, quale, etc. v. *Sacramentum Ordinis. q. 23. etc.*

D O M I N I V M.

Quares.

Q Vid sit, & quot ejus species, seu partes? 1. ad primum dominium, vel est proprietatis, vel jurisdictionis: primum est jus perfectè possidendi de re corporali, nisi lex obstat, vel conventio prohibeat. 2. Est jus, seu potestas gubernandi, judicandi, protegendi subditos, necnon peripendi ab illis emolumentum. Vnde ad 2. species domi-

minii sunt usus , idest , jus utendi re , salva substantia : Ususfructus , qui super usum addit fruitionem : Servitus , & est obligatio , quæ in re aliena est serviendi alicui . Possessio , seu complementum dominii , quæ est vel juris , idest insistendi rei tanquam suæ , vel facti , & est detentio rei corporalis . Ren. 10. 1. fol. 307. q. 2.

2 Quibus modis acquiratur dominium ? Regulariter acquiritur dominium titulo , & traditione , l. 1. 1. 6. et 7. ff. de acquirendo dominio . Titulus , vel est verus , ut emptio , donatio , &c. vel præsumptus ; ut cum quis rem donatam accipit , quam putat esse donantis . Dixi regulariter ; nam aliquando solo titulo acquiritur : sic loca pia , & Civitates dominium acquirunt . Tamb. Less. Cova . Ren. q. 3. ff. c.

3 An homo sit Dominus suæ vitæ , suorum membrorum , famæ , vel honoris ? R. Nec homo est Dominus suæ vitæ , & membrorum , nec Princeps vitæ subditorum , sed tantum sunt custodes ; idest , homo suæ vitæ , & Princeps publici boni . Hinc est , quod homo non potest seipsum occidere ; & Princeps non ut Dominus , sed ut custos , malefactorem tradit plectendum , vel militem bello exponit . Vnde ad 2. homo est Dominus suæ famæ , cuius restitutionem remittere potest . Less. Ren. q. 4.

4 Vtrum aliquarum rerum servi dominium habeant ? R. Servi dominium suæ famæ habent , non verò vitæ , & membrorum ; sicut liberi ; nec etiam Domini dominium vitæ servorum habent , ex l. 1. ff. de his , qui sui juris . Item servi perfectum dominium habent aliquarum rerum , & i. si Dominus consentiat servum habere peculium . 2. si quid servo donetur cum conditio ne , ut Domino non acquiratur . 3. cum servo aliquid datur ob ejus industriam , vel officium à servo alicui exhibitum . 4. si quid servo detur in compensationem injuriæ ei illatae . 5. si servus quid suo peculio lucretur . 6. de his , quæ sibi subtrahunt , & debentur . Tamb. Less. Ren. q. 5. ff. c.

5 Quarum rerum filiusfamilias dominium habeat ? Suppono dari bona castrentia , quasi castrensis , adventitia , & profectitia : Ca strensia sunt , quæ à filiisfamilias in militia , vel occasione ipsius acquisita sunt : Quasi castrensis , quæ acquisita sunt beneficio Ecclesiastico , officio publico , non mechanico , ut Medici , Prætoris , &c. Adventitia sunt , quæ fortuitò ex industria , vel ex parte matris , vel parentibus maternis adveniunt ; & universim , quæ non sunt castrensis , vel quasi castrensis . Denique profectitia , quæ ex parte Patris adveniunt . His suppositis . R. Filii habent

habent perfectum dominium, hoc est , proprietatem, & usumfructum castrorum, vel quasi castrorum bonorum, ex l. 1. §. ultim. ff. ad Senatusconsultum Macedonian. Adventitiorum iurem proprietatem tantum , exceptis aliquibus casibus ; ut si pater usumfructum concedat. 2. ut si filio aliquid adveniat hac conditione , scilicet ut ususfructus non transeat ad Patrem . 3. i filio donetur aliquid contra licente Patre. 4. si ususfructus reuinatur filio . 5. si simul cum Patre succedat in hereditatem fratris, vel sororis, &c. ex l. non solius, ex l. cum oporses, Cod. de sonis, que liberis . Denique Profectitorum nullum dominium habent, ex l. pater, ff. de acquirenda hereditate. Ren. q.6. vid. San. An ususfructus , quem Pater habet in bonis adventitiis filii , acquiratur Monasterio, si Pater Religionem ingrediatur & aff. i Monasterium sit capax, ex Auth. ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis. Azo, Ren. q.7.

An Religiosi solemniter professi aliquarum rerum temporarium dominium habeant in particulari ? & neg. constat ex Frid. Jeff. 25. cap. 2. Rat. est votum paupertatis ab ipsis solemniter emissum . Hinc rerum tantum usum facti habens , dependentem à Superiore. Hinc vult primò Less. contra San. & Pelliz. cholaisticos biennales Societatis, capaces esse dominii quoad usum tantum . Vult secundò cum Pelliz. Religiosos habere dominium rerum spiritualium , scilicet beneficiorum , sive secularium , sive manualium , sive Regularium , eorumque frumentum; non autem pensionum , quas ipsi retinere non possunt. Len. q.8.

Qualis licentia Superioris requiratur ad excusandum Religiosum à vitio proprietatis ? & sufficere tacitam , nisi in aliqua eligione præciperetur expressa ; quia taciti, & expressi eadem sit virtus. S. Tbo. S. Antoni. S. Bon. Nav. San. Ren. q.9. Et c. Hinc consuetudo aliquid dandi , vel recipiendi sine licentia sufficit, cut & taciturnitas Superioris ; dummodò sit approbatio , & non simplex permisso. An autem factum ex præsumpta licencia, notificari debeat Superiori? Dic cum San. non debere notificari , si res sit consumpta ; si verò non, notificari debet , si factum fuit tale ex præsumpta licentia , quia Superior adiri non otuit : Secus si tantum ratione consuetudinis , vel taciturnitas ; nam si potuit Religiosus ea re uti ex tacita licentia : ergo oterit ea uti postea non certiorato Superiori.

Si peccet contra votum paupertatis Religiosus commodans, vel mutuans absque licentia tacita , vel expressa Superioris rem

- rem aliquam, de qua ex licentia Superioris usum habet ? R. aff. maximè si pecuniae mutuantur; raro verò erit contra votum, si mutuatio , vel commodatio fiat Religioso ejusdem Conventus . Rat. primi ; quia Religiosus habet solum usum facti , qui apud ipsum tantum est ad libitum Superioris: ergo,&c. Rat. 2. quia in mutuo pecuniarum, non videtur Superior tacite consentire. Rat. 3. quia eo casu videtur Superior consentire . *Leff.*&
Tbo.de Affictio. *Ren.q.10.* contra *Fag.* *Cara.* *Ledes.* &c. absolutè negantes . Hinc sequitur , nec etiam posse Religiosum res usui suo concessas cum aliis commutare ; quia ea commutatio est actus dominii. *Fauf.* *Pelliz.* &c. contra *Rodri.* *Lop.* *Peyr.* *Cara.* &c.
- 10 Vtrum peccet Religiosus contra votum paupertatis, qui res sibi ad usum concessas, occultat suo Superiori tempore visitationis ? R. aff. si celet , ne eis privetur (quod non procedit in casu quo, etiam modo dicto, occultet Superiori inferiori , habens interim licentiam retinendi à Prælato Superiori) secus si celet ne confusionem patiatur. *San.Jo.* *Lugo.* *Pelliz.* *Ren.q.11.* & constant.
- 11 An Religiosus habens licentiam ad unum usum, possit absque alia licentia mutare in alium usum necessarium ? R. neg. quia sic exerceret verum actum dominii ; nisi excusaret præsumpta voluntas Superioris. *D.* *Tbo.* *Leff.* *San.* *Ren. q.12.* Hinc peccat Religiosus , qui ex quantitate cibi , vel pecuniarum , quas impendere potest , aliquid sibi subtrahit , & in alios usus sine licentia impedit ; est contra quosdam , qui non distinguentes usum à dominio in rebus usu consumptilibus , dicunt posse Religiosum disponere de sua pitantia.
- 12 An possit Religiosus sine licentia sua opera alteri locare? R. aff. si damnum non inferat Monasterio, cui (si laicus est) inservire debet ; sic potest amico librum transcribere ; quia sicuti potest Religiosus obsequia ab altero recipere absque Superioris licentia ; ita sine hac se obsequentem alteri reddere , sua opera illi exhibendo. *Lugo.* *Pelliz.* *Ren.q.13.*
- 13 An peccet Religiosus contra votum paupertatis faciendo amico insignem picturam , vel recamaturam ? R. aff. si Religiosus sit Laicus , etiamsi necessaria ab amico recipiat : Secus si Clericus , & necessario ab eo recipiat . Rat. primi ; quia Laicus pro Monasterio tenetur servilia exercere: Secus Clericus . Tum quia hic potest , ex dictis , opera sua alteri locare: ergo , &c. *Cara.* *Ren. ib.* contra *Pelliz.* dicentem peccare non contra votum, sed contra obedientiam.

An p̄decet contra votum paupertatis Religiosus , qui aliquid ab extraneo ad proprium usum recipit absque licentia? R. aff. si necessaria habet ad sustentationem: Secus si non, & superflua non recipiat . Rat. primi; quia fit proprietarius per retentio- nem, & usum. Rat. 2. quia tunc Superior est irrationabiliter in- vitus: ergo intelligi debet tacite consentire. *Pelliz. Rodri. Ren. 7. 14. San. &c. contra Cara.* dicentem peccare tantum contra obedientiam; quia admittit in casu usum tantum , non domi- nium.

An Religiosi , & Religiosae possint habere peculium , seu an- iuos redditus in propriis usus honestos expendibiles, de licen- ia tamen suorum Superiorum ? R. aff. non solū ex vi juris omnianis, sed etiam Trid. *sess. 25. cap. 2. de Reg.* Ibi enim Concilium nobis non adversatur per suam prohibitionem ; nam lo- quitur de concessione irrevocabili , vel ad usus illicitos ; vel si id licitos, absque tamen causa. Tum quia, ut ait Rodericus, Tri- dentinum præcipit , ut ea bona statim Superiori tradantur , & Conventui incorporentur ergo per Trident. tantum prohibe- ur , bona aliqua tanquam propria possideri , sine licentia Su- periorum. Et confirmatur ex usu, quo quamplurimæ Moniales innuos redditus habent. *San. Pelliz. Rodri. Ren. q. 15. &c. contra Azo. Val. Mol. &c.* id negantes ex vi Trid.

An poslit Religiosus declarare testamentum factum ante pro- fessionem; vel testari de iis, quæ ad hunc effectum resevavit in iuo testamento ante professionem? R. ad primum neg. nisi vo- untas ejus esset obscura ; vel nisi decursu temporis cessaret fi- ni legati ad opera pia : in quo casu non posset legatum , nisi in imilia opera pia tantum applicare. Rat. primi; quia Religiosus post professionem non potest, nec etiam cum licentia testari: ergo, &c. Rat. 2. quia dubia voluntas indiget declaratione. Rat. 3. quia alias non declararet, sed disponeret, Vnde ad 2. R. neg. tiam cum licentia: Constat ex supradictis. *Pelliz. Ren. q. 16.*

Quid prohibetur Religiosis per const. *Clem. VIII. & Vrb. VIII.* e Largitione munerum? Hanc Const. non esse usu receptam , ixit *Dia.* licet contrarium sentiat *Vericelli*; quidquid sit de- eritate: Dico per hanc Const. prohiberi omnibus Religiosis triusque sexus , etiam Superioribus , Capitulis , Congregat. Conventibus, &c. exceptis Militaribus, Novitiis, & biennalibus societatis, largitionem , & acceptiōnem munerum inter se , & quibuscumque , etiam Regibus , quæ gravia incommoda , & nala Monasterio inferunt , spectato valore non juxta votum pau-

paupertatis, sed justa hanc Conſt. quem Vericelli putavit eſſe excedentem quantitatē duorum aureorum, habita tamen ratione donantis, donatarii, & consuetudinis; niſi donatio fieret conſensu ~~consensu~~ *sorsus* Capituli; vel niſi eſſet remuneratoria; vel deſculentis, vel poculentis; aut per modum eleemosynæ, aut hoſpitalitatis, non quidem de industria, ſed occaſione tranſitus.

Fili. Dia. Vericel. Ren. q. 17. &c.

Donatio quid ſit, &c. v. Contractus gratuiti q. 7. &c. Facta à Clerico ſuę concubine an, &c. v. ibi. q. 9. Meru facta, an ſit ipſo jure irri- ea. v. Voluntarium q. 48. Facta ab Epifcopo infra 20. dies ante ejus obitum, an, &c. v. Legis obligatio q. 2.

Dubium poſitivum, vel negativum quid ſit. v. Sacramenti Pœnit. materia remota q. 2. Dubium rei poſſeffa quid impoſtes in dubitan- te. v. Reſtitutionem quis, &c. q. 15. & 16. v. Reſtitutionis ab, &c. q. 19.

Dubius de peccato, vel ejus commiſſione, &c. an, &c. v. Conſcientia q. 54. Dubius de voto, juramento, deliberatione, uſu rationis, va- lore matrimonii, poentia coeundi, iuſtiſia belli, legitimitate Su- perioris, cauſa diſpenſationis, contractione irregularitatis, excom- muſicationis, &c. v. Conſcientia q. 58. &c. v. Homicidium q. 34. Dubius de reſervatione, vel jurisdictione an, &c. v. Sacramenti Pœnit. Miſiſter Deleg. ad reſervata q. 16. Dubius de iuſtiſia ſen- tentiæ an poſſet appellare. v. juſ in appellatione q. 6.

Duellantes an teneantur ad reſtitutionem. v. Reſtitutio ob homici- dium q. 11.

Duellum quid ſit, &c. v. Cenſura excom. ob duellum q. 1. &c.

E

ECclieſiaſtica ſepulſtura quomodo priueniſur excom. v. Cenſura ex- com. majoris q. 12. &c.

Eccleſiaſtici an ligentur legibus civilibus, &c. v. legis materia q. 15. Edictum Principis non ſervare an, &c. v. Reſtitutio q. 3.

Ejecti à Religione an gaudeant privilegio Canonis. v. Cenſura ex- com. ſi quis, &c. q. 19. An teneantur ad officium, v. Hora Canonis. q. 9.

Electio facta ab excommunicato an ſit valida. v. Cenſura excom. majoris q. 28. Electio dignioris quomodo ſit à Trid. præcepta. v. ep. 47. Inno. Electio minus digni relatio digniori, an ſit interdi- cta; an impoſtes obligationem reſtitutionis. v. Reſtitutio q. 4. Cui bac reſtitutio facienda ſit. v. Reſtitutio cui, &c. q. 10.

Elec-

emofyna debita ex penitentia quomodo facienda, etc. v. legis motus, etc. q. 11. Eleemosyna indeterminata debita ex voto, quomodo intelligenda. v. Voti obligatio q. 21. Denegata extreme indigenti, non sit restituenda. v. Restitutio q. 2.

zendus ad officium quando des j̄us ad sui inquisitionem. v. ius relati ad, esc. q. 10.

gere Confessarium, v. satisfactio per Jubilaeum q. 5. Eligere Confessarium non approbarum quis possit. v. Confessio annua q. 31. escens rem furto ablataam, cui eam restituere debet. v. Restitutio ui, esc. q. 67. esc;

ptio quid sit, etc. v. Contractus onerosi q. 2. etc.

ergumentus an possit ad Ordines promoveri. v. Sacramentum Ordini. q. 55.

scopi quando ligentur censuris. v. Censura q. 17.

scopatus an extinguat obligationem votorum. v. Voti irritatio, Tc. q. 6.

scopus an possit sibi eligere quemlibet in Confessarium. v. Confessio annua q. 31. An possit eligere Cappuccinum. v. Sacramentum Poenit. Minister Ordini. q. 8. An possit a sua Ecclesia abesse. v. Sacramentum Eucbs. ut, Tc. q. 47. Quid possit profuso interno. v. Sacramenti Poenit. Minister Ordini. ad reservata q. 4. Tc. An possit dispensare in irregularitate ex illegitimitate, vel ex defectu leuitatis orationis. v. ibi. q. 22. An possit dispensare in votis. v. Voti irritatio, Tc. q. 26. Tt.

mitiae an gaudens privilegio Canonis. v. Censura excom. si quis, Tc. q. 22.

or in contractus an, Tc. v. Contractus in genere q. 4. Error communis, Tt titulus coloratus quando jurisdictionem, Tc. v. Sacramenti Poenit. Minister Deleg. q. 2. q. 5. Tc. Error quando dirimat matrimonium. v. Sacramenti matri. Tc. q. 2.

charistia quando conferat gratiam. v. Sacramentum in genere q. 27.

charistia sumere in fermentata, in specie vini, quotidie, Tc. v. communionia annua q. 25. Tc. Eam confidere in peccato, quot peccata includant; v. Sacramentum in genere q. 23.

luchus an possint contrabere matrimonium. v. Sacramenti matri.

490

luchus peccans cum soluta, v. g. an fornicationem commisit. v. luxuria peccari, Tc. q. 6.

imen peccatorum an, Tc. v. Sacramenti Poenit. materia prox. q. 1.

- Exceptiones Rei quot fint. v. ius Rei in exceptiones, &c.
Excommunicati, *Catecumeni*, &c. an teneantur precepto confessionis. v. Confessio annua q. 2. &c. Excommunicati an possint buncrari Indulgencias. v. satisfactio per Indulgencias q. 62.
Excommunicatio quid sit. v. Censura excom.
Excommunicatus vitandus, toleratus quis sit. v. Censura excom. majoris q. 2. &c. Excommunicatus an peccet non audiendo Missam, &c. v. Missam audire, &c. q. 4. &c. Non procurans absolutionem an, &c. v. legis modus, &c. q. 27.
Exemptio loci quoad censuras an, etc. v. Censura q. 21.
Exorcizare quis possit. v. Sacramenta minorum, etc. q. 11. et 12.
Expositus an sit irregularis. v. Conscientia q. 93. An promoveri possit ad Ordin. v. Sacramentum Ord. q. 52.
Extraordinarius Monialium, et sua facultas. v. satisfactio per Indulgencias q. 53.
Exrema usl gravis necessitas an, et quando à restituzione excusat. v. Restitutionis ab, etc. q. 10. etc.

F

- F**acultas delegata pro reservatis an sit latè interpretando, &c. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. ad reservata q. 3. &c. &c. Facultas communandi vota concessa per Jubileum, vel Bullam. Cruciae quomodo intelligenda. v. Voti irritatio, etc. q. 26.
Falsificantes scripturas, quando teneantur ad restitucionem. v. Restitutionem quis, etc. q. 22.
Fama quomodo sit restituenda. v. Restitutio ob detractionem, etc. q. 1. etc.
Familiares qui fint quoad ministrandum eis Sacramenta. v. Sacramentum Unctionis q. 33.
Familiaris Episcopi quis sit quoad susceptionem Ordinum, etc. v. Sacramentum Oidi. q. 26. etc.
Fainulus quomodo pecces cooperando peccato Domini. v. op. § 1. Innoc.
Fertilitas an augeat pensionem. v. Contractus anerofsi q. 23.
Festa instituere qui possint; qui ad ipsa teneantur; Quomodo publicari debeant, etc. v. Festorum observantia q. 1. etc.



FE-

FESTORVM OBSERVANTIA. Quares.

- A**N dies festi possint ab Ecclesia institui, & præcipi? **R.** aff. quia licet festorum observantia ut sic, sit de jure Divino, circa quod non potest Pontifex; determinatio vero Festorum his, vel illis diebus est de jure Ecclesiastico: Vnde Ecclesia mutavit festum Sabbati in diem Dominicum; ac proinde talsum est, hunc esse de jure divino. *Ren. som. 1. fol. 185. q. 1.* contra quosdam apud *Fag.*
- 2.** An Episcopi possint dies festos instituere in sua Dioecesi? **R.** aff. sive sint Canonizatorum, sive Beatorum tantum, ex cap. *Conquistus de feriis.* Tum quia Episcopus, nisi a jure prohibetur, potest in sua Dioecesi quidquid potest Papa in toto Orbe; sed ex cap. cit. non solum non prohibetur, sed permittitur Episcopis Festorum institutio: ergo, &c. *Sua. Fag. Pala. Ren. q. 2. contra San. Dia.* qui putant, posse tantum Beatorum festa instituere.
- 3.** Quomodo Regulares teneantur ad festa ab Episcopo indicta? **R.** teneri ad ea tantum, quæ ab ipso pro tota Dioecesi sunt instituta; non vero ad ea, quæ pro una Parœcia, vel ex consuetudine sunt introducta; aut quæ populus voluit, Episcopo approbante; & multò magis ad ea, quæ pro solis Regularibus sunt ab Episcopo indicta; cum hic hoc non possit, sicut (ex desuetudine) nec possunt ipsi Superiores Regulares, quamvis jurisdictionem quasi Episcopalem habeant. *Pelliz. ex Trid. Ren. q. 3.*
- 4.** An Episcopi possint sine consensu Cleri, & Populi dies festos instituere? **R.** posse non de jure, sed ex consuetudine, sine consensu Populi; non autem sine consensu Cleri. *Rat. primi,* quia consuetudine introduci potest dies festus, accidente consensu Episcopi: ergo consuetudine etiam absque Populi consensu possunt Episcopi. *2. constat ex cap. Conquistus de festis. Ren. q. 4. Fag.* qui notat ad consensum Cleri, non requiri suffragium. Est contrà *San.* absolutè negantem.
- 5.** An apud Principes laicos sit potestas festa instituendi sub mortali? **R.** neg. absque Episcopi, & Cleri consensu saltem tacito; quia seculares potestatem non habent in spiritualibus: cap. *Cum laicis de rebus Ecclesie non alienandis, Say. Syl. Ren. q. 5.* contra aliquos apud *Fag.*
- 6.** An dies festi publicari possint absque Magistratus consensu? **R.** aff.

aff. quia licet requiratur Populi consensus ad festa instituenda, non autem ita dicendum de Magistratu; nam hæc hic sit illius caput, non tamen illius consensum supplere potest; cum caput tangat singulos, ut singulos: ergo, &c. Ren. q. 6.

7 An ex consuetudine possint dies festi introduci, vel institui, vel etiam abrogari? *q. neg.* loquendo de consuetudine locorum, separata ab Episcopo, vel Clero: *Quod si sit introducta consuetudo apud laicos, & Clerum, possunt institui, &c.* de consensu tantum Episcopi tacito, vel expresso. Constat primum. 2. probatur; quia consuetudo vim legis habet ex tacito, vel expresso Episcopi consensu: ergo, &c. Ren. q. 7. Hinc ex consuetudine possunt barbitonfores facere barbas diebus festis. *Fili.* Consuetudo denique pro institutione debet esse 10. annorum, 40. autem pro abrogatione. *Fag. Ren. q. 7.*

8 Quæ sint servilia Festis prohibita? ea, quæ ex natura sua aliorum ministerio sunt, & simul, per mechanicam, id est, per opus manuale, & corporale diriguntur: Ex contraria, opera liberalia sunt ea, quæ ab hominibus liberis ex natura sua sunt, non aliorum ministerio. Hinc Principem arare, est opus servile; opera mercatus sunt liberalia; sicut scribere, legere, concionari. *Fag. Ren. fol. 188. q. 1.*

9 An transcribere sit actio servilis, & illicita, si fiat ob stipendium, & ab Officialibus Curiæ? *q. neg.* quia transcribere non differt ab ipsa actione scribendi: ergo, &c. Tum quia fieri solet ab hominibus liberis: ergo per accidens est, quod fiat propter lucrum, & per alios, spectetque ad strepitum judiciale. *Lay. Sua. Pella. Ren. ibi. q. 1. contra Nov. Sos.* quoad lucrum, & contra *Sos.* quoad Officiales Curiæ.

10 An actio Typographica sit servilis, & illicita? *q. aff.* & quoad impressionem, & quoad compositionem characterum; quia utraque de se aliorum ministerio sit: ergo, &c. Tum quia compositionis ordinatur ad impressionem: ergo, &c. *Fag. Ren. q. 2. contra Lay.* quoad compositionem.

11 An pictura sit actio servilis? *q. aff.* si fiat non tantum addiscendum, sed etiam sine magno apparatu, scandalo, & solùm recreationis causa; quia ex natura sua per alios fieri exigit: ergo per accidens est, quod aliquando per liberales homines fiat: Ex consuetudine vero licitum est delineare, & retrahere etiam propria arte; quia non semper effigies haberi potest; & delineatio, nisi statim fiat, effugiet. *Azo. Pala. Ren. q. 3. contra Lugo. Med. &c.* dicentes esse liberalem, præscindendo à scandalo, apparatu, &c.

12 An

- 12 An venatio, vel piscatio sit opus servile? *R. venationem esse liberalem: Secus punctionem; quia haec de se exigit per alios fieri, illa vero non.* Tum quia ex cap. *Lices de feris* permittitur aliqua punctione in festis, ut alecium: ergo, &c. Verum ex consuetudine, videntibus, & scientibus Praelatis permittitur punctione, tum in mari, tum in fluminibus. *Ren. q. 4.* contra varios variè opinantes.
- 13 An præparare cibos, panes coquere, vel ammazzare, & similia, sint prohibita in festis? *R. ad primum neg.* quia illud bene præveniri non potest. Cætera vero, quia fervilia etiam sunt; non possunt in festis fieri, si præveniri possint. Ex quo patet: Hinc pastillos confidere licitum est, dulciaria præparare illicitum; panes à fornariis confici licitum, sicut & ab aliis, quando præveniri non potest: Ita communiter. *Ren. q. 5.*
- 14 An actio bellica sit prohibita? *R. neg.* quia haec actio per liberales homines; immo per ipsos Principes fieri solet: ergo, &c. Tum quia, alias rixa in festis adderet homicidio in ipsa commissio circumstantiaco festi, quod non videtur verum. *D. Tbo. Mendok.* *Ren. q. 6.* contra *Sua. Fag.* qui nobiscum sunt tantum quoad actionem regendi, non pugnandi.
- 15 An sint aliqua opera liberalia prohibita in festis? *R. aff.* & primo ex cap. *18º ultimo de feris.* Prohibentur opera mercatus, & fori, & sic emptiones, & venditiones præsentibus mercibus etiam in officinis: Item prohibentur omnia, quæ ad judicium spectant; quia haec omnia strepitum, & tumultum afferunt, cultum festorum impedientes. *San. Ren. q. 7.*
- 16 An eodem modo prohibeantur opera mercatus, & fori? *R. neg.* quia contractus in festis sunt validi; actiones vero forentes sunt invalides, nisi aliter necessitas urgeat, & pietas suadeat. Hinc cause pupillorum miserabilium expediri possunt in festis. Item in his debitor, vel latro de fuga suspectus capi potest, & testes examinari, si hi diebus feriatis haberri non possunt: Immo & insignis latro pro pace publica damnari, & suspensi potest in festis. *Fag. Jul. Clarus. Ren. q. 8. &c.*
- 7 An nomine mercatus veniant, non solum emptiones, & venditiones, sed etiam locationes, & permutationes, &c.? *R. neg.* quia in his non intervenit strepitus: Et confirmatur ex consuetudine. *Dia. San. contra Syl. Tabie. 18º.* Hiuc exigere debita, computa reddere, &c. licita sunt etiam festis; nam non sunt opera servilia. *Ren. q. 9.* contra *Marcham.*
- 3 Quæ opera mercatus consuetudinē facta, sint licita festis? *R. li-*
cita

- cita esse, quæ sunt in mundinis, quæ vulgo dicuntur, *le Piero.*
Tol. *Nev.* contra *Syl.* *Angel.* &c. Item quæ sunt in mundinis singularum hebdomadarum, quæ vocantur, *Mercati.* *Fag.* Denique emptiones, & venditiones, quæ ad victimum tantum spectant. *San.* *Fag.* *Ren.* q. 10. qui Neapoli id extendit ad futores, & factores vendentes rusticis vestes, & calecos, januis vero semi-clausis dumtaxat, contra *Azo.* absolutè id permittentem.
- 29 Quæ veniant nomine fori, quod prohibetur in festis? *q.* venire strepitus judiciales; non vero actus jurisdictionis voluntariae: Hinc potest Judex licet, & validè emancipare, adoptare, servis libertatem concedere, testamenta confidere, &c. Iterum fieri possunt præsentationes, institutiones, collationes, &c. Rat. quia ex *I. L. B. s.*, *Cod. de feriis* prohibetur tantum judicialis strepitus. *Syl.* *Ren.* q. 11. *G. e.* contra *Azo.*
- 30 An licent causæ spirituales in festis? *q.* neg. si fiant cum ordine judiciario; quia ex cap. 1. *de feriis* 75. q. 3. placita prohibentur, quorum nomine venit quocumque ad judicium spectans, sive spirituale, sive non: Sic causæ matrimoniales, excommunicationis, &c. non sunt licite; bene vero visitare Ecclesiás, absolvere à censuris, concedere licentias, & privilegia. *Ren.* q. 12.
- 21 An licitum sit in festis procedere in causa spirituali haeresis? *q.* aff. quia hoc spectat ad pietatem: ergo, &c. *Fag.* *Ren.* q. 13. *G. e.* contra *Mart. del Rio.*
- 22 An citatio possit fieri in festis? *q.* neg. sive sit executio ipsius, sive commissio ejusdem: Imò etiam si haec fiat pro die festo, ex cap. ultima *Cod. de feriis*: Quod si fiat pro die feriali, & casualiter in ipso festum incidat, valet citatio; quia nulla interfuit malitia Judicis: Vnde pars citata tenetur pro die sequenti comparere; quia talis præsumitur intentio Judicis. *Azo.* *Ren.* q. 14. contra quosdam quoad ultimum.
- 23 An in festis possint examinari testes, præmisso juramento in die non festo? *q.* neg. quia vel juridice examinantur, itaut tenentur respondere, & est actus judicialis, qui sine strepitu fieri non potest: vel non juridice, & eorum depositio est invalida: ergo, &c. Tura quia tunc juramentum repeti solet, ut omnia, quæ testificantur sub juramento testificari intelligantur: ergo, &c. *Sua.* *Fag.* *Ren.* q. 15.
- 24 An omne juramentum prohibetur in festis? *q.* prohiberi judicialia juramenta, non extrajudicialia, quæ sunt in contractibus: nam liciti sunt contractus ipsi in festis: ergo, &c. accessoriū

rium enim sequitur principale. Vnde quia empeiones, & vendiciones non sunt licitae in festis, & in istis licitae sunt causas spectantes ad S. Officium, juramenta in ipsis erunt licita, vel illicita. *San. Lay. Ren. q. 16. contra Fili.*

25 An appellare à sententia sit licitum, & validum in festis? *q. neg.* affl. quia appellatio spectat ad naturalem defensionem, quae licita est in festis. Tum quia non est actus judicialis, sed potius à judicio-declinans; & cito talis effect, non est actus juditii strepitosi: ergo, &c. *Ren. q. 17. Fog. 9c.*

26 An in causa judiciali procedi possit, si partes de consensu renuncient feriis? Videndum est, in quorum favorem, sint feriae introductæ; si enim sunt introductæ in favorem partium, ut sunt feriae vindemiarum, & messis; possunt: Secus si in honorem Dei, vel Natalis Principis, &c. quia non possunt renunciare juri non suo, scilicet favori communni, & juri Dei. *I. Lay. Ren. q. 18.*

27 An executio sententias fieri possit in festis? *q. neg.* quia executio sententiae est magis strepitosa, quam sententia ipsa prohibita in festis: ergo, &c. *Fag. Sua. Ren. q. 19. contra Tabie. & Ponor.*

28 An liceat actus judicialis, si non sit festum, ubi habitat Judex, sed ubi habitant partes, &c. è contraria? Videndum est, ubi consummantur actus judiciales; si sibi enim fuerit festum, ipsi erunt invalidi; quia vitandus est streitus forensis in festis. *Ren. q. 20.*

29 An Arbitri, & Arbitratores possint licite, & valide actus judiciales exercere in festis. Nota quod Arbitrator non rehetur procedere juris ordine servato, sed est amicabilis mediator pacis. Arbitrus vero, è contraria; qui rursus alius est, qui eligitur à partibus; alius, qui à jure statuitur. Istius actus tantum, dico, esse illicitos, & invalidos; quia in his tantum intervenit streitus. *Ren. q. 21.*

30 An actio de se servilis, ut pingere, recamare, &c. fiat liberalis, & licita in festis, si fiat animo addiscendi? *q. neg.* quia animus addiscendi, utpote extrinsecus operi, non potest illius naturam mutare. *Ren. fol. 195. q. 1. contra S. T. amb. 9c.*

31 An actio de se servilis liceat in festis, si fiat absque lucro; ob recreationem? *q. neg.* quia lucrum est extrinsecum operi: ergo, &c. *Ren. q. 2. contra Syl. Fili.*

32 An è contraria, actio de se liberalis, fiat servilis, si fiat ex lucro? *q. neg.* constat ex dictis supra; alias concessionari, cathere, &c. ob lucrum non licent in festis. *N. ev. Lay. 9c. contra Tabie. 9c.*

- 33 An actio servilis sit licita in festis, si requiratur ad opus libe-
rale? R. neg. si potuit præveniri; Secus si non. Hinc ex eo, quod
licitum est itinerari, licitum est etiam mulos onerare, deone-
rate, equos ferrare, &c. non autem licitum est frenos facere,
&c. quia hoc præveniri potest; illa vero non. Res. q. 4. contra
S4. cuius opinio correcta fuit à Sacra Congr.
- 34 An excusat ab operibus servilibus parvitas temporis, & quæ-
nam sit hæc parvitas? Ad primum R. aff. quia excusat parvi-
tas operis: ergo, &c. Vnde ad 2. dico, esse spatium duarum ho-
rarum; quia hoc respectu totius diei videtur parvum pruden-
tis judicio. *Fili. Dia. Pelliz.* Res. q. 5. contra varios varie opi-
nantes.
- 35 An sicut parvitas temporis excusat ab operibus servilibus, ita
excusat ab actibus judicialibus? R. neg. quia non semper par-
vitas operis desumitur à parvitate temporis, sed etiam ab ejus
qualitate; qualitas autem actuum judicialium inducit quan-
doque mortale, etiam si brevissimo tempore actus fierent, v.g.
si proferretur in festis. *Sententia mortis. Pala. Pelliz. Ren. q.*
6. *Uc.*
- 36 Si quis ficeret, ut plures per parvum illud tempus exercerent
servilia magni momenti, an peccaret mortaliter? R. neg. quia
unusquisque non peccat, cum utatur jure suo: ergo, &c. Tum
quia opus illud servile non unitur unitate transgressionis, licet
uniatur unitate diei. *Pelliz. Bon. Ren. q. 7.*
- 37 An necessitas excusat ab exercitio operum servilium in festis?
R. aff. si sit evidens, & notabilis: Vnde excusantur pauperes,
qui vindemiant, metunt, purgant triticum ob timorem plu-
viae, &c. Item qui tegulas, calcem, vitrum, &c. coquunt. Deni-
que excusantur sartores, qui pro operibus funebribus, vel nu-
ptialibus absolvendis laborant. *Sus. Buff. Ren. q. 8. etc.*
- 38 An sicut excusat necessitas corporalis, ita excusat spiritualis
otii v. g. vitandi? R. neg. quia otio occurri potest per alia ope-
ra non servilia. *Tamb. San. Lay. Ren. q. 9. contra Cara. Pelliz.*
Syl. etc.
- 39 An sicut excusat propria, sic etiam aliena necessitas? R. neg. si
necessitas sit communis, idest, illa, qua pauperes communiter
laborant: Secus si sit gravis, extrema, vel publica. Rat. quia
pauperes ipsi laborando, suis necessitatibus occurtere possunt:
ergo, &c. Hinc exerceri possunt servilia extinguendo ignem,
incidente venas, parando medicinas, reficiendo pontes, mu-
los, & vias publicas ad Republicam defensionem, vel preparan-
do

do festiva in fortu Principis, &c. *Ren. q. 10. Tamb. etc.*

40 An possit quis servilia exercitare ad pauperis inopiae sublevandam? *Si. neg.* pro communi pauperum inopia: Secus pro inopia pauperis particularis, vel Ecclesiae necessitate, si ea sic gravis. Primum patet ex supradictis. 2. probatur; quia licetum est ipsis pauperibus laborare; ergo & aliis pro ipsis. Tum quia licetum est pro gravi proximi necessitate laborare: ergo & pro paupere. *Fag. Tamb. Ren. q. 11.*

41 An servus, compellente Domino, possit exercere servilia infestis? *Si. aff.* si servus tenetur Domino tamulari usque ad certum tempus, & hoc etiam si ex inobedientia nullum ei damnum sequatur; nam ad id tenetur ex obligatione iustitiae; non enim potest illum deserere, & alium adire: ergo, &c. Hinc filii, uxores, & caeteri subditi tenentur in festis obediens suis. Superioribus respectivè, & non peccant laborando (intellige, dumtaxat si easnam ex inobedientia sequatur). Quae omnia procedunt, dummodo non siant in fidei contemptum. *San. Fag. Nav. Fili. Ren. q. 12. etc.*

42 An sicut excusat damnum, ita excusat magnum lucrum? *Si. aff.* si lucrum sit extraordinarium: Secus si ordinarium, & diurnum; etiam si sit magni momenti, constat ex cap. *Licet de f. r. i. t.*, ubi conceditur licentia pescandi aletias in festis, quia raro apprehendi solent. Vnde *San.* ex eadem ratione putat licitam pescationem Tymnorum. Tum quia amissio magni lucri est grave damnum: ergo, &c. *San. Dia. Nav. Ren. q. 13. etc. contra Pala. Sua. etc.*

43 An excusat licentia Episcopi; itaut hic validè dispensare possit? *Si. aff.* sive Festa auctoritate Pontificis, sive ex consuetudine, vel ab Episcopo sint introducta; & sive adsit, sive (loquendo dumtaxat de Festis, ab Episcopo, vel ex consuetudine introductis) desit causa dispensandi. Primum constat ex consuetudine jam introducta: 2. probatur quia Superior suas leges relaxare potest. *Ren. q. 14.* Et hinc est quod Regulares non nisi cum causa dispensare possunt cum suis subditis; sicut & cum suis Parochianis Parochi. *Azo.* dummodo tamen Episcopus adiri non possit ut con. *Tamb.* docet idem *Azo.* Duxi validè nam tam potentem, quam dispensantem Superiorum venialiter peccare, non vero mortaliter (secluso tamen scandalo) docens *Dia. Lay. etc. contra Sua. Vale. etc.*

44 An divinus cultus excusat à servilibus, in quibus tamen ille firmaliter non confitit? *Si. q.* servilia divino cultui remotissima, ut *Templo*

Templa ædificare, vestes suere, &c. non esse licita; etiam si præveniri non potuerint: Minus autem remota, ut tabulatum efficere: vel minus proxima cultui ut parietes ornare, Templa scopis mundare: Ex denique proximiora, ut hostias coquere, altaria præparare, &c. esse tantum venialia. Si præveniri potuerint. Probatur; quia prohibitio in festis, est ordinata ad cultum divinum: ergo cum aliqua ad illum conducunt, non prohibentur in festis, si præveniri non potuerint: contrà verò, tum remotissime conducunt. *Fag. Sus. Ren. q. 15. contra Conrad.*
quoad parietes ornare.

45 An excusetur servilia operans per mancipium, Maurum, Infi-delem, vel perpetuò amentem? *R. aff. quis potest quis ministrare, & porrigerre supradictis carnes diebus vetitis; cum illi non teneantur legibus Ecclesiasticis: ergo, &c. Lay. Diaide Jan. Ren. q. 16. contra Fag. Tamb. &c.*

46 An excusetur peregrinus, vel iter agens? *R. neg. si sit vagabundus: Idem dicendum, si domicilium alicubi habeat, & veniens ubi festum est, animum habeat ibi manendi per aliquos dies; secus, si per transenam ibi reperiatur, & scandalum habita. Rat. primi: quia alias liberi essent ab omnibus legibus: ergo, &c. Ren. q. 17. Rat. 2. quia tunc acquirunt quasi domicilium: ergo, &c. Sus. improbabilem existimans contrariam novem DD. apud Pelliz. Rat. 3. quia tunc nullatenus sunt subditi, quamvis aliis legibus teneantur, quæ sunt alteri præjudiciales. San. Fag. contra Sus.*

47 An hi teneantur ad illa festa, saltem si in loco sui domicilii sit etiam festum? *R. neg. quia præceptum servandi festa respicit Territorium, & bonum subditorum intraTerritorium existentium: ergo, &c. Vnde potest quis in die festo discedere ad locum, ubi festum non servatur, ut ibi laboret. Fili. San. Say. Ren. q. 18. &c.*

Feudum quid sit. v. *Contractus onerosus* q. 34. &c. 35.

Fidei commissum. v. *Contractus gratuitus* q. 23.

Finis præcepti an cadas sub præcepto. v. *Legis modus*, &c. q. 1.

Fili, nepotes, illegitimi, etc. an possint communicare cum suis parentibus excommunicatis. v. *Censura excom. majoris* q. 26. Filii, pupilli, Filii familiæ, etc. an contrabere possint. v. *Contractus in genere* q. 26. etc. Filii quomodo erga parentes. v. *Honor parentibus*, etc. q. 1. etc. Filius naturalis, spurius quis sit. v. ibi. q. 10. Filius familiaris, an dominum aliquod habeat. v. *Dominium* q. 5.

Fatius quando animetur. v. *Conscientia* q. 91.

For-

Fornicatio quid sit, etc. v. Luxuria simplicis, etc. q. 1. etc. An sit malitia, quia prohibita. v. op. 48; Inno. An dissolvas sponsalia. v. sacramentum matris. ubi, etc. q. 2. 2.

Fuga delinquentis an praebat ius, etc. v. ius Prelati ad, etc. q. 16. num. 10.

Fugere è carcere an, et quando reo sit licitum. v. ius ad carcerem q. 4.

Furtum Filiorum, Religiosorum, Vxorium, etc. quale. v. Furtum q. 13. etc. In gravi necessitate an sit licitum. v. op. 36; Inno.

F V R T V M.

Quæres.

- 1 **Q**uid sit furtum, & quotuples i. v. ad primum: furtum est contrectatio rei alienæ invito Domino rationabiliter; Dicitur, contrectatio, sub qua venient usurpatio, & recentio. Dicitur, rationabiliter, ad excludendam extremam necessitatem furantis, & inducendam sebceptionem bonorum Turcarum à christianis captivis apud Turcas regentibus, ex tacita voluntate suorum Principum. Caje. Vidorell. etc. Et decifum est in Sac. Congr. de Propaganda Fide; & in Congr. S. Officii. Vnde ad 2. Furtum aliud est Peculatus, ut cum furantur bona Reipublicæ; aliud Abigeatus, ut furtum ovis disperdat; aliud Plagiatus, ut furtum Personæ liberæ; aliud nocturnum; aliud diurnum. Fili. Ren. som. 1. fol. 316. q. 1.
- 2 Quid sit rapina, & in quo differat à furtu. ad primum rapina est manifesta, & violenta contrectatio, &c. in quo specie materiali differt à furto. Vnde patet ad 2. Less. Ren. q. 2. etc.
- 3 **Q**uandonam sit peccatum furti, accipere in compensationem rem alterius? Ad compensationem requiritur. 1. ut debitum sit certum, & liquidum. 2. ut debeatur ex justitia, non ex gratitudine. 3. ut illud in judicio, vel extra commode non possit haberi; 4. ut nulli ex ea damnum inferatur. 5. ut non plus accipias, quam tibi debetur. v. igitur, quando compensatio sit sine his conditionibus, erit peccatum furti; non erit tamecum obligatio restituendi, nisi in casu 2. & 5. conditionis. Nsv. Fag. Ren. q. 3. etc.

- 4 An sicut licita est compensatio occulta sine vitio furti: ita publica absque peccato rapinae i. v. aff. si publicè tibi fuerit res ablata; in quo casu, incontinenti insequi poteris latrone m. usque ad mortem, si bona sint magni valoris, modo explicando in op. 33; Innoc. Quod si res secretæ sit tibi ablata, non poteris publicè compensare; nill in casu, quo aliter rem tuæ re-

cu-

cupere non possis , & absit scandalum ; quia alias esset Rem publicam perturbare. *Nav. Caje. Fili. Ren. q. 4. etc.*

5 An possit quis anticipatè suum creditum compensare cum debitore , quod scit postea non soluturum ? *R. aff. si nullum damnum debitori sequatur, & sit moralis certitudo defectus solutionis. Rat, quia licitum est accipere pignus à debitore, quem scip non soluturum: ergo, &c. T amb. Dia. Ren. q. 5. etc.*

6 An compensatio possit fieri de re , quæ non extat apud tuum debitorem, sed apud debitorem tui debitoris ? *R. neg. quia illa res semper est Francisci, e. g. debitoris tui debitoris, non autem Antonii tui debitoris. Tum quia Franciscus compelli posset per Judicem ad iterum illam solvendam : ergo, &c. Et ob hanc rationem non poteris facere compensationem in re donata tuo debitori, & non dum ab ipso acceptata, vel in re misera à tuo debitore in solutionem debiti; nisi cui mitteretur, redederetur indemnitas. Lugo, Vass. T amb. Ren. q. 6. etc.*

7 An aliquando possit fieri compensatio cum damno tertii? *R. aff. si damnum vitare non possis sine gravi tuo incommmodo, damnum tertii excedente, quia ad evitandum damnum tertii teneris ex charitate, quæ non obligat in casu gravioris damni proprii. T amb. Lugo. Ren. q. 7. etc. contra Fag. Less. esc. absolute negantes.*

8 An possis facere compensationem in bonis tui debitoris defuncti , quando sunt alii creditores anteriores , quibus non potest satisfieri ? *R. neg. si bona sint aliis creditoribus hypothecata, vel apud te non sunt : Secus si apud te sint etiam loco depositi, vel conmodati , & non tantum pignoris ; quod solum procedit in foro conscientiæ, sicut primum in utroque foro, quod ut potest certum, non indiget probatione . Vnde probatur a. quia quando debitor in vita tibi bona dedit , vel loco pignoris , depositi, aut conmodati , videtur tacite rem suam tibi restituisse: ergo, &c. T amb. Dia. Ren. q. 8. etc. contra de Lug.*

9 Vtrum possit Vassallus fraudare justas Gabellas ad compensandum sibi in iis, in quibus à Rege, vel Principe fuit Iesus ? *Supponimus enim contra Duar. Nav. Clau. Regi. etc. eas sine causa fraudari non posse . R. aff. etiam si Princeps Gabellas aliis locaverit; quia, semper hi minoris conducunt propter frapdes. Tum quia conductor erga Gabellas non habet majus jus iure Principis: ergo, &c. Less. Nav. Bon. Ren. q. 9. contra Affidatum, ex Reginal. & Graffius.*

10 An possit quis compensare in rebus alterius generis, e. g. equum pro

pro pecunia ? q. aff. quia licet in foro externo non possit debitor aliud pro alio suo creditori invito solvere; in conscientia tamen potest: ergo potest etiam creditor sic in conscientia compensare. *Dia. F. amb. Ren. q. 10.* contra *Syl. & Panor.*

11 Vtrum licitum sit in necessitate furgari? q. aff. in extrema: Secus in gravi necessitate, qua quis necessaria ad suum statum non habet. Rat. primi; quia extrema necessitas oinnia facit communia. Rat. 2. quia sic aperiretur via innumeris furtis. *Fag. Bon. Say. Ren. q. 11. etc.* contra *Leff. Fili. etc.* quorum opinio damnata est ab Innoc. XI. prop. 36.

12 Quænam quantitas censenda sit gravis in furto, & rapina? q. loquendo de per se, quantitas notabilis erit illa, quæ in unoquoque spectat ad moderatum victum unius diei; quia per eam ablata m̄ graviter lœditur charitas christiana. Hinc in divite quantitas notabilis erit nummus aureus: in personis civilibus. 4. vel 5. regales: in artificiis duo: & in pauperibus unus. Duxi de per se; nam per accidens ratione lucri cessantis, vel danni emergentis, scandali, &c. furtum poterit esse gravissimum. *Dia. S. Bon. Ren. q. 12. etc.* contra plures strictrius opinantes.

13 Quænam quantitas censeatur gravis in furto filiorum, & uxorum? q. in furto filiorum erga parentes valde divites, quantitas trium aureorum non erit gravis: Sicut erga mediocriter divites, quantitas septem argenteorum supra dimidium: Et denique, erga parentes pauperes, quantitas duorum regalium supra dimidium. *Fag. Leff. Nava. etc.* In furto verò uxorum, quantitas duplo major quam in filiis, non erit mortale; quia plus dandum est uxoribus, quam filiis, ex præsumpta voluntate mariti. *Fag. Ren. q. 15.*

14 Quæ quantitas sit mortalis in Religiosis furantibus, sive Religioni, sive extraneis? q. in Religiosis Religioni furantibus, quantitatē esse illam filiorum erga parentes non valde divites, ob votum paupertatis, sed mediocriter tales: Vnde quantitas quinque, vel septem argenteorum non erit gravis; quia non ut servi, sed ut filii, Religiosi haberi debent: Et quia in filiis; imò, & in servis, major quantitas requiritur in furtis esculentorum, & poculentorum, major etiam erit in Religiosis; videlicet, quæ Religioso, & Amico sufficit ad unum jentaculum, etiamsi excedat quantitatē furti; quia in his non censetur Superior rationabiliter invitus. Et denique, quia Religiosi respectu extraneorum non habentur loco filiorum, ideo quantitas erit illa communis assignata. *Ren. q. 14. Fag. contra varios variè opinantes.*

15 Quæ

15 Quæ quantitas faciat furtum grave in iis, quæ surantur Regibus, & Principibus? *M. Fag.* quod, per se loquendo, quantitas trium aureorum erit notabilis in Vassallis respectu supradictorum, ducentorum verò aureorum in filii, & plus mille in uxoribus; quia per primam quantitatem habet Rex per mensum obligatam vitam militis, & per alias censetur rationabiliter invitus. *Ren. q. 15.*

16 An furans mille aureos possit in confessione tantum dicere, se furatum esse quantitatem notabilem? *M. aff.* maximè si quantitas illa non habeat annexam aliquam circumstantiam reservationis, vel excommunicationis, &c. *Rat. primi;* quia circumstantiae aggravantes in nostra sententia non sunt explicandas: ergo, &c. *Rat. 2.* quia illam scire debet Confessarius: ergo, &c. *Syl. Ponci. Nav. etc. Ren. q. 16.* contra *Bon. Coni. Fag. etc.*

17 Si unus furetur ab aliquo minima absque intentione illa continuandi, an peccet, cum pervenit ad quantitatem notabilem? *M. aff.* si dum ultimam quantitatem furatur, advertit, vel poterat, & debebat advertere ad furtæ præcedentia; quia tunc adegit intentio faciendi notabile damnum; si verò non advertit, non peccat, ratione ignorantia. Tum quia materias non conjuguntur moraliter: Tenetur tamen ad restitutionem, quando accedit advertentia; quia tunc cessat ignorantia. *San. Less. Fili.*
Ren. q. 17. 69c.

18 An in casu posito, dum furtum pervenit ad notabilem quantitatem, sufficiat restituere ultimum furtum? *M. neg.* quia quantitas retenta in multis casibus posset esse notabilis; quam non restituere damnatum est ab Innoc. XI. prop. 38. Tum quia tota quantitas notabile damnum infert: ergo, &c. *Fili. Med. Cord.*
Ren. q. 18. contra Nav. Sag. Fag. 69c.

19 Si furtæ minima sint notabiliter interpolata, an constituant mortale, quando perveniant ad notabilem quantitatem? *M. neg.* si sit magna interpolatio, & furtæ sint modica: Quæ autem sit magna interpolatio, & quænam modica? dic cum *San. interpolationem unius anni esse magnam*; quia de ea interrogare non solent Confessarii: modicam autem remittendam esse prudentis judicio, attenta modicitate rerum ablatarum; nam dum videtur post tres annos ad restitutionem damnare famulum furantem unum assēm singulis mensibus. *Affid. San. Ren. q. 19. 69c.* contra *Rebell.* dicentem per intercapelinem 4. annorum continuari furtæ.

20 An eadem quantitas, quæ facit furtum grave, cum absque inter-

- terpolatione furantur modica, sufficiat ad mortale, cum furantur cum longa interpolatione? q. neg. sed requiri duplo maiorem. *Leff. San. Rebell. Ren.* q. 20. quia apud homines censetur magis notabilis eadem quantitas, si simul sumatur, quam si paulatim; quia damnum non ita sentitur.
- 2.1 Si quis post notabilem quantitatem per minima furtar sublatam, addat alia parva furtar, an novum mortale committat? q. neg. usquequo parva furtar non pervenient ad notabilem quantitatem, & furans non habeat intentionem retinendi illa simul cum aliis antea ablatis. Rat. primi: quia consumatur prior peccatum, posita notabili quantitate: ergo parva quantitas superveniens non continuatur cum praecedenti: ergo, &c. Rat. 2. quia alias peccaret non ratione furti, sed retentionis: Vnde si adsit propositionem restituendi cum primum poterit priora ablatar, non committitur novum peccatum, nisi tantum dum posteriora devenerint ad notabilem quantitatem. *Leff. Fili. Ren.* q. 21. contra *Bon. San. &c.* absolutè affirmantes.
- 2.2 Si quis furetur successivè à diversis modicam quantitatem sine animo pervenienti ad notabilem, an peccet mortaliter, dum illa modica ad notabilem quantitatem pervenient? q. aff. si advertat ad furtar praecedentia; quia ad peccatum mortale non est necesse, ut quis velit expressè peccatum committere, sed sufficit, si sciens, & volens faciat actum peccaminosum: ergo & si quis non habeat animum furandi quantitatem, si tamen advertit ad furtar praecedentia, jam sciens, & volens furar quantitatem notabilem: ergo, &c. *San. Ren.* q. 22. contra *Næc. &c.* damnantes in casu retentionem, non acceptancem. Hinc deducitur, peccare mortaliter furantem unico actu de eadem massa communis notabilem quantitatem, que tamen divisa, est modica in singulis Dominis illius massæ.
- 2.3 Si furans furando modica à diversis, habeat animum pervenienti ad notabilem quantitatem, an peccet mortaliter in singulis modicis? q. non nisi novum veniale, non verò novum mortale committere in singulis, sed continuari primum à principio commissum: quia omnia illa modica furtar sunt in executione illius pravæ voluntatis prioris. *Leff. San. Ren.* q. 23. &c. contra *Fag.*
- 2.4 Plures furantur ab aliquo notabilem quantitatem, & singuli modicam, non ex consilio, sed ex feignita tantum; an onines peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem? q. nullum peccare mortaliter ratione sui furti modici, ut patet, nec ratione

tione furti aliorum ; quia etiam si illa sciat , ad illa tamen non concurrit , neque ut causa , neque ut occasio illorum , cum prius habeat displicantiam de illis : ergo . &c . *Sed . Fag . Dia . Ren . q . 24 .* &c . contra *Neva* dicentem peccare mortaliter tantum , non restituendo , & contra *Sua . Vafq .* &c . absoluere affirmantes . Hinc est , quod à fortiori neque pectant , si nullus eorum sciat .

G

G Abella an fraudari possit . v . *Furtum* q . 9 . An sit solvenda in dubio de ejus iustitia . v . *Conscientia* q . 77 . &c . 43 . An solvi debet ab Ecclesiasticis , &c . v . *Legis materia* q . 16 . &c . Qui sint ab ea immunes , &c . v . *Sacramenta Ordini* . in , &c . q . 28 . &c .

Gradatio quomodo sit necessaria in Ordinibus suscipiendis . v . *Sacramentum Ordinis* , &c . q . 63 .

Gradus consanguinitatis , vel affinitatis , an differentia specie . v . *Luxuria incestus* q . 3 .

Grassatorum vitium qui sunt . v . *Censura excom . contra* , &c . q . 35 .

Gratia collata per Sacra menta nova , & antiqua legis qualis , & quomodo conferatur . v . *Sacramentum in generе* q . 24 . &c .

H

Heres quid sit . v . *op . 4 . Inno .* An admittat ignorantiam . v . *Voluntarium* q . 25 .

Heretici , Sardi , Muis , Infideles , Pueri ante usum rationis an tenentur praecepio annua confessionis . v . *Communio annua* q . 20 . &c . Purè mentales qui sunt . v . *Legis materia* q . 6 .

Hermaphroditii an sint irregulares . v . *Sacramentum Ordini* . in communis q . 6 . An possint matrimonium contrabere . v . *Sacramentum matris* , &c . q . 52 .

Homicidium v . *Conscientia* q . 39 . &c . v . *Homicidium* . v . *Restitutio mem quis* , &c . q . 17 . Quando sit proditorum . v . *Censura excom . contra* , &c . q . 22 . Quando casuale . v . *Homicidium* q . 38 . Quando dicatur voluntarium . v . *Sacramenti Paenit . Minister Ordini* . ad reservata . q . 21 .



H O M I C I D I U M.

Quares.

AN quinto præcepto, non occides, prohibeatur tantum occidio hominis : & prohiberi non tantum homicidium externum, & corporale (intellige injustum) sed etiam internum, idest odiu[m] ; & spirituale, idest scandalum, de quo in litera S Item Mutilationem, Verberationem, & omnia, quæ ad hæc conducunt, quæ sequentibus versibus continentur.

Jusso, Consilium consensus, palpo recursus.

Participans, mutus, non obstante, non manifestans.

Ren. tom. I. fol. 236. q. 1.

2 An iubens, vel consulens homicidium, de hoc tenetur, si ante illud revocaverit mandatum, vel consilium : & ad primum neg. si revocatio innotescat mandatario : Secus si non, & tunc tenetur ad restitutionem, & irregularitatem incurrit : est certum. Vnde ad 2. dico, ultra notitiam revocationis, requiri ut consulens oppositum persuadeat : quia mandatum est gratia ejus, qui mandavit; consilium vero datur gratia ejus, cui consulitur, qui non tam citè credit contrarium, præcisè per revocationem consilii: ergo, &c. *Aro. Ren. q. 2. Leff. Mal. 15. c. contra Lay. Syl. &c.* An autem si scias, te nihil effecisse revocando, tenearis ex justitia admonere occidendum? Dic cum *Hes. &c.* quod teneris ex justitia, si consilium dediti; ex charitate tantum, si mandasti.

3 An si mandans revocet mandatum, sed mandatarius putat mandantem non serio locutum, unde mandatum exequitur, teneatur mandans ad damnâ secuta: & aff. quia tunc mandatum est causa principalis, cum exequatur in vim mandati: ergo, &c. *Lago. Ren. q. 3.*

4 An mandans teneatur ad omnia damna per homicidium secuta: & neg. si mandatarius excessit fines mandati, nec faciliter illumi est excedere, & excessus non poterat prævideri. Rat. quia mandans non teneatur de excessu mandati. Hinc tenetur de excessu is, qui mandat fusti Cajum percuti, vel graviter vulnerari. *Ren. q. 4. Tamb. Fili.*

5 An cooperantes, vel auxiliantes teneantur omnes eodem modo de homicidio: & omnes ex consilio cooperantes teneris quia tunc omnes concurrunt: Secus si ex rixa concurserunt ob contraria rationem. Vnde si ex rixa unus vulneravit, alius exanimavit, hic secundus tantum de homicidio tenetur, & primus de vulnere solùm. *Ren. q. 5.*

N

6 An

- 6 An possit quis aliquem occidere ob propriæ vitæ defensionem? R. aff. sive in Ecclesia; sive extrâ; sive occidens sit Clericus, Pater, Magister, &c. sive non talis, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ; videlicet, primò, ut hoc fiat in ipso actu aggressionis tantum, non ante, vel post. 2. ut si pateat fuga, vel sufficiat clamor, vel sola percussio, non occidat. 3. ut paribus armis se defendat. Rat. quia defensio est de jure divino, & naturali. *Fag. Loff. Say. Ren. q.6. &c.*
- 7 Si maritus sub cervicali abscondat gladium ad occidendum uxorem, an possit uxor prævenire maritum necando? R. neg. quia tunc excedendo limites inculpatæ tutelæ; intenderet digneoccisionem, non defensionem; ut enim discurrit Gladius Gedeonis in expositione 30. op. Innoc. XI. si uxori suppetit tempus ut maritus occidatur, car non suppeteret ut pugio auferatur, vel alius modus iustæ defensionis exerceatur; *Ren. q.7.* est contra *Fili. Lay. Say. &c.*
- 8 An teneatur quis sub mortali ob propriæ vitæ defensionem invasorem occidere? R. neg. si adfit iusta causa se non defendendi: Secus si non. Rat. 1. quia nemo est Dominus suæ vitæ. Rat. primi erit pietas, vel charitas. Hinc si invasor sit persona utilis Reipublicæ, Filius, Pater, Princeps, vel probabilitè in peccato, & invasus in gratia potest non se defendere, sed non tenetur. *Tamb. Fag. Ren. q.3.*
- 9 An possim occidere meum accusatorem, qui injustè apud Judicem mortem mihi parat? R. neg. quia non defunt alii modi iustæ defensionis. *Ren. q.9. Dia. &c. contra Lay. Nav. &c.* quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 18.
- 10 An licitum sit aliquando invasorem insequi, & occidere? R. neg. quia hoc non effet honorem defendere, sed honorem vindicare. *Alo. Bon. Rodri. Ren. q. 10. &c. contra Nav. &c.* quorum opinio damnata est ab Innoc. XI. op. 30.
- 11 An aliquando possit quis invasorem occidere, etiam si possit illum fugiendo evadere? R. aff. si ex fuga iunmineret mortis periculum; ut quia invasor audacior evaderet; vel quia invasus fugiendo in foream incideret, &c. Ab his autem præscindendo, non possunt Plebei, & Religiosi; benè verò Nobiles, & Milites. Primum constat. 1. probatur; quia nobilibus, & militebus fuga est ignominiosa; plebeis autem nequaquam & Religiosis ob statutus humilitatem gloriosa. *Sens. Sua. Ren. q. 11. &c.*
- 12 An si quis justè me invadens, ut quia me in adulterio cum sua uxore deprehendit, possit me defendere, occidendo? R. aff.

- aff. in hoc casu: quia in eo maritus peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem occidendo privata autoritate. *Ren. q. 12.*
- 23 An banditus possit se defendere, & occidere privatum invasorem, stante statuto, quod unusquisque possit banditum occidere? *q. aff.* si data sit facultas impunè occidendi. Secus si simili citer occidendi; quia in primo casu non datur nisi impunitas; non autem facultas occidendi, sicut in secundo, cui facultate non obicit naturalis defensio; nam hæc ex *Azo.* tolli potest ob publicum Reipublicæ bonum, cui cedere debet. *Azo. Ren. q. 13.*
- 24 An licitum sit occidere innocentem, ut me ab invasore defendam? *q. aff.* quia tunc indirecte sequitur occisio, dummodo nil aliud prætendat invasus, quam defensionem contra invasorem, non autem innocentis occisionem. *Tamb. Ren. q. 14.*
- 25 An ob propriæ vitæ conservationem, licitum sit mulieri prægnati pharmacum sumere, & mortem proliis innocentis procurare? *q. neg.* si ea intentione pharmacum sumat: Secus si ut suæ tantum saluti consulat, nec fetus sit animatus, aut dubitetur de animatione, non autem si animatus sit. Rat. primi; quia illud est intrinsecè malum: ergo, &c. Rat. 2. quia præferenda est vita matris fætui non animatos: ergo, &c. Rat. 3. quia mater possidet vitam: ergo, &c. Rat. 4. quia tenetur vitam spiritualem proximi præferre nostræ temporali. *Lay. Sa. San. Et c.* Ex quo non infertur, posse matrem desperatam occidi pro conferrendo baptismo fætui; quia non licet seipsum occidere ob salvarem spiritualem alterius: ergo nec, &c. est communis inter DD. *S. I. bo. Fag. Ren. q. 15. Et c.*
- 26 An licitum sit occidere aliquem ob honorum defensionem, servato moderamine? *q. aff.* si bona sint magni momenti; ut quia sine ipius vita commode servari non possit, quia tunc occisio dicitur facta ob defensionem vite, quæ licita est. *Sus. Rtn. q. 16. Et c.* communiter.
- 27 An possim latronem furripientem bona mea magni valoris fugientem insequiri, & occidere? *q. aff.* etiam si plures dies sine transacti, & fur in tuto se posuerit (dummodo probabiliter timeretur aliter bona difficulter recuperari posse) quia fur retinendo bona, & impediendo ne ea afferaris, moraliter vim infert: ergo, &c. *Ren. q. 17. Vafq. Et c. apud Dis.*
- 28 An pro defensione honoris liceat invasorem occidere, servato moderamine? *q. neg.* si honor verbis contumeliosis tollitur: Secus si factis. Rat. primi; quia verba verbis tolluntur: ergo, &c. *Azo. Fili. contra Escob. Nav. Et c.* quorum opinio damnata

ta est ab Iacob. XI. cap. 30. Rat. 2. quia honor appropagatur q. i. tis: ergo, &c. Azo. Ren. q. 18. Hinc licet occidere conantem, alapam impingere, & invaserem impudicitia. Azo. Syl. . . .

39 An licitum sit Religiosa, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando aliis defendendi modus non supposuit? Bz. neg. quia honor potest meritis verbis, vel saltem iuris fictis remediis recuperari. Cara. Ren. q. 19. contra Amic. Nav. Dia. &c. quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 17.

40 An liceat in foro conscientiae marito, vel patri occidere uxorem, vel filiam adulteram, ad tuendum honorem? Suppono. Leges civiles, nec praecepere, nec concedere tale homicidium, sed tantum permittere; & hoc marito, in casu, quo vilem personam, & infamem domi suae cum sua uxore deprehendat: Patri vero, dummodo eodem impetu occidat etiam adulterini; id faciat in domo sua, vel generis; ut deprehendat eos in opere turpi; & denique ut filia juncta sit matrimonio, ex l. Julianam de adulteriis, & l. Patriis sequentibus de adulteriis. Hoc supposito. Bz. neg. quia honor sic nos recuperatur, sed deperditur. D. Tb. D. Bon. Ren. q. 20. &c. contra Cara. Huri. &c. quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 19.

41 An ad tuendum honorem licet foeminae ex illico, concubitu prægnanti pharmacum sumere, & proli conceptionem impeditre? Bz. neg. quia hoc est intrinsecè malum; cum sit contra ordinem naturæ: ergo, &c. Nec valet paritas de abortu fætus inanimati, ad matris vitam servandam; quia fætus tunc se habet ut aggressor incontinenti, cum periculum sit præsentaneum; unde incontinenti aggredi potest, modo supradicto q. 15. In casu vero virginis defloratae, fætus non aggreditur incontinenti matrem, cum periculum non sit præsentaneum. Azo. Ren. q. 21. contra Bord. Leza. etc. quorum opinio, dubitat Dia. an sit damnata à Sac. Congr. S. Officii.

22 An pro defensione vitæ, honoris, vel honorum magni momenti, proximi, possit quis, vel teneatur aliquem occidere? Bz. ad primum aff. cum moderamine; quia proximum debemus sicut nosmetipso diligere: ergo, &c. Ren. ex Fag. Vnde ad 2. Bz. neg. si absque notabili damno id præstare non possimus: quod si benè fieri possit, tenetur ex justitia superior, vel uxor, &c. erga suos respectivæ, non autem extraneus pro extraneo. Primum patet. Ren. q. 22. 3. probatur; quia neque teneor defendere vitam meam cum occisione invalidis: ergo, &c. ex quo patet

- patet 2. Tamb. contra Fili. Leff. Mol. absolutè negantes.
- 23 An liceat in casu prædicto, aliquem occidere, si proximus vitæ, honori, &c. cedendo, nolle invasorem occidere ? R. aff. ad vitam tuendam (nisi vitæ, proximus cederet, ne invasor in mortali occidatur) non autem ad honorem, vel bona. Rat. utriusque ; quia suæ vitæ proximus non est Dominus, sicut est bonorum, & honoris. Tamb. Tanne. Ren. q. 23. 19c.
- 24 An sit aliquis casus, in quo quis licet possit seipsum occidere ? R. neg. neque ob fidem tuendam, pudicitiam defendendam, &c. quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Tum quia nemo est Dominus vitæ suæ est communis. Quod si hoc evenisse cernitur in aliquibus Sanctis, id fuisse operarum particuliari Spiritus Sancti operationes ait Ren. fol. 245. q. 1.
- 25 An ex eo, quia licitum est mulieri honestæ occidere invasorem sui honoris, licitum etiam sit seipsam occidere, ne honorem amittat ? R. neg. quia qui invadit aliquem, ipse se voluntariè exponit periculo suæ vitæ, & ex propria culpa vitam dilapidat; & ideo nemo tenetur ipsius vitam conservare cum detrimento proprii honoris: ipsa vero mulier innocens est: ergo &c. Nec obstat periculum consensus; quia hic pendet à voluntate, quæ cogi non potest. Ren. q. 2. ex de Jano.
- 26 An liceat alicui seipsum indirectè occidere, ut incendendo navim ob periculum hostium ? R. neg. quia Dei tantum est occidere, vel vivere facere. D. Tbo. Dia. Ren. q. 3. sc. contra Leff. id concedentem ad bonum Reipublicæ, adducentem exemplum Sampsonis.
- 27 An liceat seipsum negativè occidere, ut non sumendo cibum, pharmacum, non fugiendo hostes, cum possit, &c. R. ad primum neg. absolutè loquendo ; quia esset se indirectè recare : aliqua tamen comestibilia convenientiora non sumere ob somnum finem Deo satisfaciendi jejunando, e. g. ut faciunt Cartusiani, laudabile est ; quia sic meritorie jejunatur. Vnde ad 2. R. aff. si incerta sit vis pharmachi ; quia nemo tenetur suam vitam producere. Fag. Ad 3. denique R. neg. si non fugiendo, certus quis sit, se peremptum iri: Excipitur casus, in quo quis damnatus fuisset ad mortem ; tunc enim posset non fugere zelo justitiae, ut contra D. Tbo. docet Fili. Ren. q. 4.
- 28 An licitum sit permissivè se occidere : ut in damnato ad mortem, venenum propriis manibus sumere, scalam ascende-re, & se ex scala præcipitem dare ? R. ad primum, & 3. neg. quia tenetur damnatus vitam suam servare quantum potest, &c.

exequi debet dumeaxat ea , quae sunt dispositiones ad mortem, non quae sunt ipsa mors : ergo , &c. *Fili.* ex quo patet ad 2. *Ren.* q. 5.

29 An licitum sit vitam pro amico ponere porrigeno, e. g. ei in naufragio tabulam , vel in necessitate panem ? *R. aff.* ceteris paribus ; ut videlicet , non sit porrigena Persona Reipublicæ utilis, quia amicitia est in virtute charitatis fundata; majorem enim charitatem nemo habet, ut animam suam, &c. ex *Evang.* Hinc potest etiam quis invaforem non occidere , etiam si occidendo vitam suam servaret. *Azo.* *Ren.* q. 6.

30 An possit quis licetē mutilare seipsum, vel permittere sui mutilationem? *R. aff.* si judicio Medici id sit necessarium ad vitam tuendam , in quo casu etiam tenetur ; si tamen sine magno dolore fieri possit . *Rat.* primi ; quia potest quis minus malum permittere ad maius vitandum. *D.Tbo.* *Nev.* *Rat.* 2. & 3. quia tenemur vitam conservare mediis tamen omnibus communibus, & non valde difficilibus. *Ren.* q. 7.

31 An possit quis licetē obēdere Tyranno præcipienti sibi manum, vel pedem mutilare, alias occisurum? *R. neg.* quia tunc cooperatur peccato Tyranni, quod non licet. *D.Tbo.* *Sug.* *Ren.* q. 8. &c. contra *Lef. Bon.* &c.

32 An in bello iusti omnes indifferenter possint occidi , quæque in eo liceant ? Suppono, in bello justo licita esse homicidia : Secus in injusto, nisi ratione defensionis, si aliter fieri non posset. Hoc supposito. *R. aff.* in ipso confliictu belli, etiam si sint innocentes, Religiosi , &c. si se bello immisceant , & aliter victoria haberi nequeat: Secus ante confliictum , vel post partam victiam; quia tunc servari debent innocentes , ut Religiosi , Peregrini , Mercatores , Mulieres , &c. (estò ex *Fili.* contra *Bon.* *Mol.* &c. nocentes in pñnam eorum peccati occidi possint , si cut etiam & obsides innocentes , quando inimicus fidem frangit , ob quan. dati sunt obsides) 2. constat ; primum probatur; quia ea damna per accidens , & præter intentionem inferuntur. *Lay.* *Ren.* fol. 249. q. 1.

33 An possit dari bellum justum ex utraque parte ? *R. neg.* de se, & ex natura rei: benè verò per accidens, in quo casu bellum erit ex una parte formaliter justum , & ex altera materialiter. Casus erit, quando unusquisque per invincibilem ignorantiam judicat, justè à se bellum fuisse aggressum. *Dia.* *Fili.* *Ren.* q. 2. &c. contra aliquos absolutè concedentes.

34 An si dubium sit de iustitia belli, possint licetē predicta omnia fieri?

feri ? q. aff. si dubium sit positivum : Secus si negativum in bello offensivo; & loquendo non de militibus subditis Principi, sed de voluntariis, vel mercede conductis . Rat. primi: quia licet sequi potest opinio probabilis, relata probabili: ergo, &c. Rat. 2. est periculum, cui milites se exponunt : ergo , &c. Rat. 3. quia in dubio præsumendum est pro iustitia sui Principis: unde subditi tantum, tenentur obedire Principi præcipienti. *Ren. q. 3.*

35 An licitum sit in bello justo occidere confugientes ad Ecclesiam ? R. aff. si Ecclesia sit profanata, ex eo quia hostes ea utantur pro arce ad vim inforendam (non autem ad defendendas Personas Ecclesiasticas, vel innocentes) Secus si non sit profanata ; quia in primo tantum casu non gaudet immunitate, ex cap. Sandorum Patrum 16.q. 1. *Sy. Dia. Ren. q. 4. Et.*

36 An in bello justo licitum sit hostes in servitutem redigere ? q. aff. loquendo de hominibus nocentibus, si sint infideles; quia possunt occidi : ergo. &c. si verò sint Christiani ex consuetudine introducta, possunt fieri captivi, ut pretio redimantur; non verò servi . Dux ex consuetudine , &c. nam de jure possunt etiam occidi. *Azo. De innocentibus verò loquendo.* q. neg. si sint Christiani : Secus si infideles, quamvis occidi non possint, ut probat *Azo.* primum patet, quia nec nocentes ex consuetudine fieri possunt servi. *Ren. q. 5. contra Huss.* absolu- tè negantem; & contra *Pala. Coni.* &c. absolu- tè concedentes.

37 An possit Civitas in bello justo capta tradi militibus diripienda ? q. aff. cum pacto ut innocentes serventur , & cum causa ; quia sic milites animantur ad pugnam , & alias Civitates ter- rentur à resistendo. *Ley. Coni. Pala. Ren. q. 6. Et.*

38 Quid sit homicidium casuale, & quando sit peccatum ? R. ad primum esse illud quod præter intentionem in seipso (non ve- rò in causa) fit . Vnde ad 2. homicidium præter intentionem in se, & in causa, non est tale, nisi materialiter tantum; homicidium verò præter intentionem in se , sed in causa (ut pluri- sum in ipsum influente) voluntarium, est peccatum osum , & verè homicidium casuale. *Ren. q. 7. ex D. Tbo.*

39 Quomodo homicidium dicatur volitum in causa ? R. quando quis omittit id, ad quod tenetur ; sive ex iustitia , ut Princeps non expellendo latrones, & homicidas; sive ex charitate , ut si non succurrendo extremè indigenti , sequatur homicidium: vel quando quis aliquod sive licitum , sive illicitum agit , ex quo (præcisa diligentia) sequitur homicidium. *Fili. Ren. q. 8.*

49. An sunt diverse species homicidii exprimendæ in confessione?
Rq. aff. sic est homicidium Clerici, Coniuncti, & inter hos usque ad 4. gradum, homicidia sunt specie distincta. Item Episcopi, vel Cardinalis, ob specialem malitiam inobedientiae. Denique homicidium proditorum, vel per assassinos aggravat saltem intra eandem speciem, & secundum habet conjunctam excommunicationem, etiam si mors non fuerit secuta. Fili. Re. q. 9. Honor quando sit restituendus. v. Restitutio ob desractionem, &c. q. 20.

HONOR PARENTIBVS DEBITVS. Quates.

- Q** Valis honor parentibus debeat? *Rq. Quatuor esse actus constituentes honorem parentibus debitum. Primus est reverentia, sive interior, sive exterior. Hinc si filius pauperem Patrem nollet recognoscere talem, vel leviter manus atcoleget ad eum percutiendum, peccaret mortaliter. Bon. 2. est obedientia videlicet, in rebus, quæ ad gubernationem familiae tantum spectant. 3. est amor; Vnde si filius suos parentes sperneret, &c. mortaliter peccaret. Bon. 4. est sustentatio sive spiritualis, sive temporalis, & hoc jure naturæ. Rem. tom. 1. fol. 203. q. 1.*
2. An filius in tali matrimonio contrahendo obedientiam parentibus debeat? *Rq. aff. si nuptiae necessariae sint ad inimicitias componendas: Extra verò hunc casum, non tenetur stare parentum obedientiæ: Secus si indignæ, nisi aliquo vinculo ad eas indignas adstringatur. Rat. primi; quia tunc non ratione Patris præcepti, sed ratione necessitatis tenetur. San. Rat. 2. quia matrimonii libertas non est restringenda. Trid. sess. 28. c. 9. de refor. Rat. 3. quia tales nuptiae parere solent lites, &c. Sos. Nav. Ren. q. 2. &c. contra Tamb.*
3. Patre, & matre, vel filio indigentibus, cui subveniendum est, si non possit omnibus? *Rq. In pari necessitate, sive extrema, sive gravi, sive communi, sub levitatemculpa, potius filii, quam parentibus subveniendum est; quia amor descendit, non ascendit. Tum quia maiorem obligationem habet quis alendi filios, quam parentes; illos enim, statim ac nati sunt, alere debet; hos verò non nisi in extrema, vel gravi necessitate. Tum etiam; quia species, magis per filios, qui vivunt, quam per parentes, qui abeunt, conservatur. Coronius. Ren. q. 3. contra Tamb. præferentem solum Patrem in extrema, vel gravi necessitate.*
4. An sicut filii, ita conjux præferenda sit? *Rq. in gravi necessitate præ-*

preferendam esse uxorem parentibus, & filiis; non sic in extrema. Primum probatur; quia arctior est conjugalis unio in iis, quae ad aeconomicam rationem, extra extremam necessitatem attinent; juxta illud: *Relinquet homo patrem, & matrem & abdabitur uxori sua*: ergo, &c. Probatur 2. quia ratio boni, quod est dilectionis objectum, eminentius reperitur in Patre. Tum quia quoad esse, absolute major est conjunctio filii cum Patre, quam cum uxore. *Bon. San. Ren. q. 4. contra Pala. Henr. &c.* aboliè affirmantes.

5 An Filius Religiosus professus teneatur è Religione egredi ad subveniendum parentibus? R. aff. si necessitas sit extrema, cui in Religione provideri non possit; & hoc etiam Superioribus renitentibus; vel si sit gravis, præcessit tamen professionem: contrà si subsecuta fuerit, in quo casu poterit, si Prælatus velit. Primum probatur; quia in voto professionis adest tacita conditio, nisi voto obstat præceptum naturale, vel divinum, alioquin non rectè voveremus: ergo, &c. *Ren. q. 5.* Probatur 2. quia stante illa gravi necessitate Patris, iustè filius professus est: ergo, &c. *Leff. Fili. &c. contra Fag.* Probatur 3. quia per professionem filius amplius non est sub paria potestate, sed sub potestate Prælati: ergo non tenetur pro gravi, si Prælatus non velit; benè verò poterit, si velit. *Leff.* Et quomodocumque id eveniat, tenetur interim egrediens ad vota, & ad habitum deferrendum. *Say.*

6 An aliquando liceat filio sustentationem, seu alimenta Patri denegare extra extreamam necessitatem? R. aff. in 7. casibus. Primus est si parentes venient filiis propinarunt, vel vitam auferre tentaverint. 2. si Pater cum uxore, vel concubina filii domini retenta concubuerit. 3. si Pater dolosè, ne filius testaretur, impedierit. 4. si parentum causa filii in amentiam delapsi fuerint. 5. vel si sine dolo parentum, hi tamen de ea non curarunt. 6. si filius sit Catholicus, & Pater hæreticus. *Fag. ex Authent. ut cù de appellationibus cognoscendis, S. s. verò contigerit. Ren. q. 6.*

7 An filius teneatur sub mortali orationes, & suffragia Patri defuncto præbere? R. aff. quia tenetur filius Patri in extrema necessitate corporali constituto subvenire: ergo, &c. Tum quia tenetur Patrem ab hostibus liberare: ergo, &c. *Pellicionius, Dia. Ren. q. 2. contra Sanci.*

8 An sicut hoc quarto præcepto tenetur filius Patri, ita è contrariis R. aff. unde Pater tehetur exhibere filio amorem, & sustentationem, ut vestitum, victum, dormitum, lectum, medicamenta, &c.

- &c. secundum sui status possibilitatem; quem amittere tamen non tenetur, pro iis praestandis. Primum probatur; quia cum Pater vitam naturalem per generationem filio praestiterit, tenetur eandem ei, natura dictante, per alimenta manuteneret.
- Faq.** Probatur 1. ex D. Ibo. quia nec filius tenetur contra suum statum artem assumere, ut Patrem alat: ergo, &c. *Ren. q. 8.*
2. An Pater non solum teneatur alimenta praebere filio, sed etiam filiis filii, & uxori filii? *R. aff. ex l. si quis à liberis, ff. de liberis agnoscendis.* Tum quia tenetur Pater onera filiorum sustinere; ergo, &c. Tum etiam; quia obligatio parentum transit ad haereses filiorum: ergo, &c. *Ren. Ren. q. 9.*
3. An Pater teneatur alimenta praestare filio, vel naturali (id est, qui tempore conceptionis, vel nativitatis ejus, parentes matrimonio conjungi poterant; qui talis etiam reputatur, si genitus fuerit ex concubina domi retenta, quamvis Pater eum ut tales recognoscere nolit; vel si ex concubina extra domum, Pater tamen vult illum ut tales recognoscere) Vel spurio, id est, qui tempore, &c. ejus parentes sine dispensatione conjugatione poterant? *R. aff. de naturalibus loquendo. Est communis inter DD.* De spuriis verò dico, teneri Patrem filios spurios, yita eorum durante dumtaxat, alere, etiam secundum eorum status decentiam, & non tantum necessitatem; immo quamvis habeant unde aliunde vivant: ita jus Canonicum, cap. *cum baberos de eo, qui duxit in uxorem;* quod in hoc correxit jus civile, dixit *Buff. Ren. q. 10.*
4. An teneatur Pater dotare filiam minorem 25. annis, cum haec invitis parentibus nupsit? vel si post 25. annis, invitis etiam parentibus nupsit? *R. aff. si dignè nupsit: Secus si indignè, & filia sit dives; quod si non, dotare debet quantum ad eam sufficiendam spectat.* Rat. primi: quia tunc utile negotium gesit, quod Pater gerere debebat; quo patet 2. Rat. 3. quia aequitas naturalis id postulat. *San. Ren. q. 11.*
5. An teneatur Pater filiam spuriam dotare, sicut tenetur alere? *R. aff. si filia sit pauper; quia valet argumentum ab alimentis ad dotem; dos enim succedit in locum alimentorum: ergo, &c. Nav. Syl. San. Ren. q. 12. &c. contra Mol.*
6. Quae sit Potestas Patris in filium? *R. jure civili, Pater potestatem habet in filios legitimos, & naturales; item adoptivos, & in filios filii, &c. non autem filiae.* Hæc patria potestas amittitur primò morte alterutrius, sive naturali, sive civili, professo ne, e. g. religiosa. 2. Patria dignitate filii; ut Episcopali, Cardi-

- dinalitia (non autem Sacerdotali, ex Syt.) 3. per captivitatem.
 4. per emancipationem tacitam, vel expressam. 5. si Pater filium Personæ conjunctæ tradat in adoptionem. 6. jure Canonicō per hæresis crimen; & denique jure communissimo per matrimonium legitimè contractum, & consumatum. *Aeo.Ren.*
q.13. ex variis iuribus, tum civilibus, tum canoniciis.
- 34 Quousque se extendat patria potestas in filium? 1. per patriam potestatem potest Pater filium inobedientem verberare, etiam usque excoriationem, non autem mutilare, vulnerare, &c. Item potest semel vendere; sicut potest mater, ratione necessitatis tantum. Ac quirit etiam pater omnia bona filiorum praeter peculium castrense: Non potest autem cogere filium ad Religionem, vel matrimonium, nec filius potest in judicio contra alium agere sine consensu Patris, nisi tantum de bonis castrenis, &c. *Ren.q.14.*
- 35 An possit Pater filium castrare ~~cum ejus consensu~~, & ~~sine periculo vita~~? 1. Nec favorem, & autoritatem apud Principes, Reges, &c. nec vocis conservationem in ordine ad cantum; nec magnitudinem emolumendum ad viæ sustentationem esse causas sufficientes ad castrandum. Rat. quia nemo est Dominus suorum membrorum: ergo in casu tantum necessitatis ad vitam conservandam, vel totum corpus, potest quis membrum rescindere: ergo, &c. *D.Tbu.Lag.Lera.Ren. q. 15. contra Salomonem Pasqualigum, &c.*
- 36 An servi, qui justo bello capti sunt, peccant, si fugiant ad suos? 1. neg. si nullam vim, fraudem, vel dolum Domino inferant, quia licitum est incarcerato, etiam justè detento, è carceribus fugere, si nullam vim inferat custodi: ergo, &c. Imò possunt Romanum petere, & si Capitolio se presentant, libertatem acquirunt per Urbem tantum, ex Bulla Pii V. & Pauli II. *Covarr. San.Fili. Ren.q.16. contra Neuv.Sg'.&c.*
- 37 An servi magis suis uxoribus teneantur, quam propriis Dominis; ut si eodem tempore conjux debitum petat, & Dominus obsequium (à quo non eximitur per matrimonium) 1. aff. si petitio debiti non sit crebra; & hoc sive matrimonium contractum sit consentiente Domino, sive non: Secus si sit crebra. Rat. primis quia falsum est, quod adversarij dicunt, jus Domini, videlicet esse veterius, & sic preferendum juri conjugis: nam licet hoc verum sit quoad possessionem, non autem quoad primevam suam originem, cum jus conjugis sit de jure naturali, quod antiquius est jure gentium, sicut est jus quoad pos-
- Tef.

sessionem : ergo , &c. *Fag. San. Ren. q. 17.* contra *Fili. Dia. &c.*
variè distinguentes.

18 An servus teneatur vitam propriam proponere *vitæ Domini?*
q. aff. si servo in munus datum sit , Dominum ab invasoribus
defendere : Secus si non . Primum probatur ; quia ad id tenen-
tur milites in bello justo ad defensionem non solum Principis,
sed etiam Regni , & rerum Domini , quia salario fuerunt con-
ducti: ergo , &c. Probatur 2. quia in casu *equalis necessitatis cum*
Domino , sibi servi , & non Domino possunt alimenta ministra-
re; nam licet amiserint ea , quæ jure civili alicui conveniunt ,
non autem ea , quæ jure naturali : ergo , &c. *Coron. Ren. q. 18.*
contra *Fili. Trull.* absolute affirmantes, si temerè Domini in-
pericula non se ingerant.

19 An possit Dominus servum proximè conjugandum , vel jam
conjugatum vendere ? Rat. dubitandi est ; quia non potest
Dominus matrimonium servi , vel usum ejus impedire , cum sit
de jure divino , & naturali , servitus verò de jure civili q. aff.
dum servus conjugatus , vel conjugandus est cum libera : Est
certum; quia conjux libera sequi potest conjugem servum: er-
go, &c. Quod si uterque sit servus , & conjugandi sunt , potest
Dominus vendere servum , si hic nullam fidem de matrimo-
nio dedit: Secus si sic. Rat. primi; quia tunc nulli est acquisitum
jus: ergo , &c. Rat. 2. quia non potest Dominus matrimonium
servi impedire . Si verò jam sint conjugati , non potest Domi-
nus servum vendere , si usus matrimonii impediatur , sive de
ejus consensu , sive non , initam sit matrimonium; nisi magna
urget Domini necessitas , juri servi præponderans , qualis non
esset , si in eodem loco vendendo , justum pretium non inveni-
ret . Rat. quia sicut non potest Dominus matrimonium servi
impedire ; ita nec ejus usum . *San. Ren. q. 19.* Hinc si servi sint
diversi Domini , itaut copulari non possint , cogendi sunt Do-
mini , vel ut alter alteri vendat , vel ut uterque tertio : quod si
nullus reperiatur emptor , tunc tenetur Ecclesia eos emere , ex
cap. *Fraternitatem diff. 5. 4.*

20 An possit servus sibi aliquid acquirere ? q. aff. primò si Domi-
nus expressè , vel tacite consentiat . 2. si servo legetur aliquid
cum conditione , ut sibi tantum servus acquirat , vel si ab ipso
tali conditione , facta tamen fuit donatio intuitu servi , & non
Domini . 3. si aliquid servo detur ad compensationem injuriæ
ei illatæ . 4. si de his acquisitis , aliquid ludo lucretur . 5. si servus
aliquid sibi parcè vivendo subtrahat , vel si præter opera à
Do-

21. Domino præscripta aliquid faciat, dummodò viribus notabiliter non debilitetur. *Tamb. Dia. Ren. q. 20.*
22. Qua obligatione teneatur servus bona Domini custodire? *q.*
teneri sub mortali; unde tenetur denunciare, aut impedire
furtum de rebus Domini, sive harum custodia ex officio ei sit
imposita, sive non: & hoc etiam respectu domesticorum. Rat.
quia hæc censetur voluntas Domini in simulatu. *Pon. Dia. Luge.*
Ren. q. 21.
23. Qualis debet esse honor inter conjuges? *R.* Conjuges debere
sibi amorem, honorem, & obedientiam. De uxore patet. Pro-
batur de viro, qui licet sit caput, non tamen sub pedibus ejus:
habere debet uxorem, sed ut sociam a mare. Obedientiam ad
invicem debent in debiti redditione: Vnde tenetur ad co-
habitationem in eadem domo, in eodem lecto, imo in eadem
mensa; quia matrimonium est viri, & mulieris conjunctio in-
dividua vita consuetudinem retinens: Mutuo tamen consensu
separari possunt quoad thorum, si absit periculum incontinen-
tiae, non tamen quoad domum. Verum tamen est posse virum,
quia intercedente causa, etiam invita uxore, diu abesse; non
autem sic posse uxorem sine viri consensu. *Coto. San. Ren. q. 22.*
24. An teneatur uxor virum sequi quoad habitationem, & è con-
traria? *R.* ad primum aff. Primo. quando vir transfert domici-
lium, etiam nulla intercedente causa; quia vir tenetur iusta
causa intercedente: ergo & uxor viro sine causa, cum huic tan-
quam capiti plus tribuendum sit. 2. quando vir non habet cer-
tam sedem, & talis erat ante matrimonium, nec uxor ignora-
bat. 3. si vir intendat peregrinari cum intentione alicubi com-
morandi per longum tempus; vel si citè redeundi, peregrinatio
tamen sit brevis. 4. quando vir sua culpa exulat; quia tene-
tur uxor infortunia viri sequi, ex l. si cum dote, §. sin autem, ff.
soluto matrimonio. Vnde ad 2. tenetur vir uxorem sequi, si iusta
sit causa mutandi domicilium: Secus si non sit iusta causa, quia
est caput. *San. Ren. q. 23.*
25. An vir, & uxor sibi alimenta debeant ad invicem? *R.* ad pri-
mum aff. nisi dos fuerit promissa, & non soluta; vel uxor sit
dives, & sine dote copulata: aut propria culpa à marito disces-
serit; vel denique nisi ob adulterium è domo ejecta sit. Rat.
quia in his casibus cessat ratio amoris debiti. Vnde ad 2. tenetur
uxor dives marito ad triremes, v. g. damnato etiam ob suam
culpam, alimenta praestare; non autem marito ob suam culpam
è domo discedente. Rat. primi est mutuus amor, qui in 2. casu
cessat. *Tamb. Fag. Ren. q. 24.*

25 An teneatur vir alimenta præbere uxori , quam de adulterio accusavit? & aff. in foro externo, non autem in foro conscientia; quia ad alimenta præstanda potest cogi , donec divorciū sententia feratur. *San. Ren. q. 25.*

26 An vir debeat alimenta uxori, quam injuste è domo expellit, si hac occasione hæc in adulterium labatur ? &. aff. si ad hunc finem expellit: Secus si non eo fine. Rat. primi, est tacitus mariti consensus in adulterium . Rat. 2. quia non excusatur uxor ab adulterio , eo quod maritus eam è domo expulerit & ergo, &c. *San. Ren. q. 26.*

27 Quæ obsequia debeat uxor viro? &. præter amorem, reverentiam, & obedientiam, debet obsequia spectantia ad domus gubernationem; quæ si uilia sunt, ut cibos coquere , lectum sternere, &c. non obligant uxorem nobilem , nisi in casu, quo famulam alere non possint : benè verò plebejam ; sicut hanc etiam obligant , (si consuetudo adsit) opera lucratoria . Rat. quia conjuges incundo matrimonium , censentur se mutuò ad hæc obligasse. *Flag. Ren. q. 27.*

28 Qualis honor debeatur Magistri , & Superioribus , sive spiritualibus, sive temporalibus? &. deberi amorem, reverentiam, & obedientiam in iis, quæ ad ipsos respectivè spectant ; quia hi omnes loco parentum se habent : ergo sicuti filii parentibus amorem, &c. ita, &c. Hinc si discipuli conviciis , vel verbis contumeliosis magistros traducant , peccant mortaliter. *Buss. Bon. qui ex D. I. b. advertit hæc omnia deberi etiam discolis Superioribus, ex illo D. Petri in 1.*

Hora Canonica. v. etiam op. 54. Inno.

H O R A C A N O N I C A.

Quares.

1 **Q** Vi teneantur ad horas Canonicas? &. Tenetur primè Sa-
cerdos ex cap. *Presbyter de celebraz. Missarum. 2. Diaconus ex cap. Si quis Presbyter, vel Diaconus dis. 92.* Vbi fit men-
tio etiam Clericorum , quod intelligitur de Beneficiatis . 3.
Subdiaconus ex consuetudine . 4. Religiosi profecti ad Chorum
deputati ; vel si tales non sint, in sacris tamen sunt constituti.
Denique ex Conc. Lateran. Beneficiati quibus beneficium da-
tur propter officium. *Ren. 10. 1. fol. 34. q. 2.*

2 **Q**uomodo tenentur ad horas Canonicas Religiosi post profes-
sionem in sacris non constituti : & idem queritur de Moniali-
bus? &. teneri in Choro ex consuetudine; vel ex Clement. 1. de-

ce-

- celebrat. Missar. Vnde peccarent mortaliiter, si ex eorum absentia notabile dampnum in Choro Officium pateretur, licet haec obligatio principaliter sub mortali sit penes Superiores. Extra Chorum verò, præciso speciali Regulæ præcepto, teneri tantum ex consuetudine, quæ ut potè in re gravi, obligat sub mortali. Lay. Sua. Nav. Ren. q. 3. &c. contra Cora. dicentem eos non teneri extra Monasteria degentes: & contra Caje. &c. absolutè negantes; quorum sententiae ab aliquibus improbables, ab aliis temerariæ vocantur.
- 3 An Superiores Regulares possint particularibus subditis super obligationem Chori dispensare? *R. aff. ex rationabili causa*, ut ob processione, lectoratum, &c. & contrarium derogatum est per decretum Clem. VIII. & Vrb. VIII. *Pelliz. Ren. q. 4.*
- 4 An Superiores Regulares possint dispensare in subditis non dum in sacris constitutis ad privatam recitationem? *R. aff. si hoc consuetudine sit introductum: Secus si non; nam solent in hoc Pontifices dispensare, ut dispensavit Clem. VII. Theatinis in certis casibus: ergo, &c. *Pelliz. Ren. q. 5. contra Sua. &c. absolute negantes; & contra Less. &c. absolute concedentes.**
- 5 Vtrum non recitantes horas præceptis temporibus in Choro peccent mortaliiter? *R. neg. præciso scandalo; quia circumstantia temporis non spectat ad substantiam materiæ præceptæ. Hinc si Completorium ante prandium, & in Quadragesima Vesperæ post prandium dicerentur, esset mortale ratione scandali. Lay. Ron. Ren. q. 6. contra Fili. Pelliz. absolute affirmantes; & contra alios apud San. dicentes peccare Superiores id permittentes.*
- 6 An Regulares teneantur recitare Officium B. V. Defunctorum, Psalmos Poenitentiales, Graduale, &c. *R. neg. si Romano Breviario utantur; & hoc sive in Choro, sive extra (nisi adesset consuetudo prædicta recitandi; quia tunc ad Officium B. Virg. tenerentur) qui verò alieno Breviario utuntur, & ex consuetudine prædicta recitant in Choro, tenentur ad ea in Choro, non verò extra. Rat. primi; quia Bulla Pii V. in principio Breviarii, non intendit ad prædicta obligare, nisi tantum ad Officium B.V. si consuetudine introductum sit: Ex quo etiam ad 2. Rat. 3. quia non est æquum, ut qui onus Breviarii Romani non sumpererunt, fruantur beneficio talis exemptionis. Rat. 4. quia Rubricæ prædicta præcipiunt tantum in Choro. Fili. Pelliz. Ren. q. 7. &c.*
- 7 An censetur satisfactum obligationi Chori, si soli Novitii Officium

ficiunt recitent? Rat. dubitandi est, quia Novitii non teneantur, cum in odiosis ipsi non veniant nomine Religiosorum? &c. aff. quia nomine Religiosorum veniunt ipsi in favorabilibus. Tum quia gaudent privilegiis Religiosorum: ergo possunt illorum oneribus satisfacere. *Pelliz. Tamb. Ren. q. 8. Fc.*

8 An teneantur recitare Officium Religiosi in Choro, si non sint in numero sufficienti? &c. non teneri, si saltet non sint 4. posse verò præciso scandalo, si sunt 3. vel 2. quia salvatur es-
tentia Chori, quæ consistit in alterno canitu: Beneficiati verò,
quia ex justitia satisfacere debent, tenentur etiam si sint duo.
Tamb. Pelliz. Ren. q. 9.

9 An ejecti à Religione, vel fugitiivi teneantur ad privatam re-
citationem, si non sint in sacristi &c. ejecitos non teneri; bene ve-
rò fugitivos. Rat. primi; quia quod ex consuetudine tantum
obligat in Religione, à Religiosis tantum observari debet: er-
go, &c. Rat. 2. quia fugitiivi non desinunt esse Regulares. Tum
quia aliter commodum reportarent ex delicto. *Leff. San. Ren.
q. 10. contra Bon. Dia. absolutè negantes.*

10 An Regulares peccent recitando Officium per Breviarium al-
terius Religionis? &c. aff. si ve publicè recitent in Choro, sive
privatum extra: Inid neque satisfacere, dixit *Tamb.* Excipe
nisi vellent uti Breviario Romano. Probatur ex Bulla Pii V.
apposita in principio Breviarii, præcipiente non esse mutan-
dum Officium publicum, & permittente mutationem in Offi-
cium ex Breviario Romanæ Ecclesiæ omnium Matris. Quod
non satisfaciant, patet ex illis verbis ejusdem Bullæ, *Et n. mi-
nem ex his, nisi bac sola formula satisfacere posse. Dia. Ren. q. 11.*

11 An possint Regulares ex privilegio Leo. X. recitare mentaliter Officium? &c. neg. quia hoc privilegium (contra *Tamb.*) fuit
vivæ vocis oraculo, & sic sublatum per Bullam Greg. XV, &
& Vrb. VIII. *Pelliz. Rodri. Ren. q. 12.*

12 An omnes Beneficiati teneantur recitare Officium, & si nou-
recitent, teneantur ad restitutionem? &c. ad primum neg. si te-
nue sit beneficium, non sufficiens ad commodam sustentatio-
nem; quia non possunt hinc vivere de Altari. Tum etiam
quia beneficium tenué pro non beneficio habetur, ex cap. I,
*cui de præbendis in o. Rodri. Sor. Ren. q. 13. &c. contra sua. Nav.
Pato. &c. absolutè negantes, & contra *Leff. Pelliz.* affirmantes
in diebus festi-vis. Vnde ad 2. dicimus, teneri dumtaxat, si be-
neficium sit commodum, & hoc post 6. menses à die obtenti
beneficii, ex Conc. Lateran. sub Leo. X.*

13 Que-

- 13 Quænam censenda sit commoda substantatio, faciens sufficiens beneficium? *Ry.* esse tertiam partem substantiationis moderatæ, includendo viçum, vestitum, habitationem, &c. attentis circumstantiis abundantiaç, vel caritatis rerum, quod arbitrio prudentis remittenduni est. Hinc in nostris regionibus, moderata substantatio est illa, quam Episcopi determinant pro patrimonio, quæ est ducatorum 36. unde tertia pars erit sufficiens ad beneficium. *San. Tamb. Ren. q. 14. &c.* contra multos multa dicentes.
- 14 An restitutio imposita à Pio V. Beneficiatis debeat in conscientia ante Judicis sententiam? *Ry. aff.* quia talis restitutio oriatur ex jure naturali, non autem est pœna, ut volunt adversarii, quorum opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 20. *Pelliz. Ren. q. 15.*
- 15 An habens Cappellaniam collativam, idest, auctoritate Episcopi erectam, aut quodvis aliud officium Ecclesiasticum; si studio literarum vacet, satisfaciat, si per alium recitet? *Ry. neg.* quia obligatio recitandi est personalis, sicut est obligatio jejunandi: ergo, &c. *Nav. Ren. q. 16. &c.* contra *Sgt. Angel. &c.* quorum opinio damnata est ab Alex. VII. op. 21.
- 16 An Clericus habens beneficium, cui est onus missæ annexum, teneatur persolvere horas, attento toto beneficio, non deductâ eleemosyna Missarum? *Ry. neg.* quia eleemosynam Missæ non habet Beneficiatus ex beneficio, sed ex onere Missarum: ergo, &c. *San. Pelliz. Ren. q. 17. contra Lef. Azo. &c.*
- 17 An teneatur Beneficiatus statim post adeptum beneficium, recitare Officium? *Ry. aff.* quia Bulla Pii V. non excusat à culpa Beneficiatum primis 6. mensibus, licet excuset à restitutione: ergo, &c. *Nav. Lef. Ren. q. 18. &c.* contra *Cara.*
- 18 An 6. menses isti computandi sint à die possessionis, vel collationis? *Ry.* computari debere à capta possessionis die, dummodi per Beneficiatum non stet, quin capiatur possesso. *Rat. 2.* quia fraus nemini patrocinari debet. *Lef. Lay. Bon. Ren. q. 19.* contra *Nav.* computantem à die collationis. *Rat. primi,* quia ante possessionem beneficii, jus est incertum, & potest impediri frustus perceptio: ergo, &c.
- 19 An Clericus pensionarius teneatur ad aliquid, sicut Beneficiatus *Ry.* non teneri ad horas Canonicas; quia pensio non est beneficium: bene verò ad Officium B. V. ex Bulla Pii V. illis tamen modis, quibus tenetur Beneficiatus ad Officium Divinum: Imò etiam si pensionarius uxorem duxerit; quia per matrimonio

- nium natura pensionis non mutatur : quod si ut laicus transeat ad aliquam Religionem tenetur tantum ad preces laicorum, Religionis, nisi essent valde minores Officio B.V. Tamb. Garkia. Ren. q. 20. &c.
- 20 An Pensionarius , qui cessit in totum pensioni ob anticipatam solutionem trium annorum pensionis , teneatur ad Officium B. V. illis tribus annis ? R. neg. quia tunc non dicitur amplius pensionarius, cum in totum pensioni cesserit (sicut talis dicereatur, si in partem tantum cessisset) Pelliz. Ren. q. 21. contra Azo.
- 21 An si Beneficiatus pro uno, aut altero die in toto anno omis- sit Officium recitationem, teneatur ad restitutionem ? R. aff. quia ex Bulla Pii tenetur ad restitutionem Beneficiatus, etiam si horam Officii relinquat: ergo, &c. Pelliz. Tamb. Ren. q. 22. con- tra Sot. Med. &c.
- 22 An si Beneficiatus omittat partem tantum horae, teneatur ad restitutionem ? R. neg. etiam si pars sit notabilis (dummodò per eam non censeatur hora recitata) Rat. primi; quia in Bulla Pii V. dicitur ; quod si Beneficiatus singulas horas omiserit, sextam partem distributionum amittat : ergo si partem horae etiam gravem omitteret, et si graviter peccaret, non teneretur eamen ad restitutionem. Ren. q. 23. contra Bon. Rat. 2. quia tunc consetur omisita tota hora: ergo, &c.
- 23 Quenam pars fructuum sit restituenda ab eo , qui totum , vel partem Officij omiserit ? R. qui Matutinum cum Laudibus omi- serit, dimidiam partem fructuum restituere deberet; idem dicen- dum de omnibus cæteras horas: qui vero unam tantum horam, sextam partem : Est certum : Qui denique totum Offi- cium omiserit, non tenetur omnes fructus restituere ; quia hi non solum dantur propter Officium, sed ob alias functiones ei annexas , quæ ex Ren. q. 24. in simplici Beneficiato etiam ca- dunt propter onus deferendi habitum, & tonsuram. Pelliz. Less. &c. contra Sas. Nav. &c.
- 24 Quam ratam fructuum debet restituere, qui omisit totum Offi- cium? R. non posse in hoc dari certam regulam, cum onera sint varia. Ren. q. 25.
- 25 An Beneficiatus omittens unum ex duobus Officiis in die Com- memorationis, teneatur ad restitutionem fructuum ? R. neg. si omitteret Officium Defunctorum: Secus, si Octavæ; quia Bulla tantum obligat ad Officium Ordinarium, quod singulis diebus recitari solet, cum dicat, restitutionem non solum correspon- dere Matutino, sed etiam horis: ergo, &c. Dia. Ren. q. 26.

26 An

- 26** An Canonicus beneficiatus non canendo in Choro, teneatur ad restitutionem? *s. aff.* sive nihil dicat, sive submissa voce recitet (dummodo non adsit consuetudo in contrarium, canendi, scilicet per Hebdonadarios, Mansionarios, Cantores, &c. ut in Cathedrali Neapolitana, in qua solent Canonici Lectio[n]es, Responsoria, & Missas per hebdonadarios canere) quia ex Trid. & aliis juribus fructus non solum dantur Canonici interessentibus, sed etiam canentibus: ergo, &c. Hinc tenetur Canonicus dimidiari partem restituere. *Fili. Bon. Dia. Ren. q. 27. &c. contra Nov. Less. Sar.* in utroque casu negantes.
- 27** An Canonici confabulantes in Choro, teneantur ad restitu[n]ionem? *s. aff.* quia est (secundum opinionem aliquorum) sola Canonici praesentia præciperetur in Choro; ea tamen debet esse cum aliqua attentione saltem externa: ergo, &c. Tum quia Canonicus debet esse moraliter saltem præsens in Choro: ergo per actum humanum facientem moralem præsentiam: ergo, &c. *Ren. q. 28. contra Garzi. Med. &c.* absolutè negantes, &c. contra Tamb. negantem tantum in casu, quo Canonici confabulando recitanda recitent, quamvis mortaliter contra Religionem peccarent.
- 28** An Beneficiatus, qui possidet beneficium, sed fructus non recipit, teneatur ad Officium? *s. aff.* si sua culpa non recipit; vel si fructus alteri cessit voluntarie: Secus, si sine culpa, ut si causa studii in loco beneficij residere non potest; vel si resignaverit alteri beneficium, nudo titulo retento, ut solent Cardinales de licentia Papæ: tunc enim tenentur pensionarii. Primum constat. 2. probatur: quia obligatio Officij est ob emolumentum fructuum. *Pelliz. Ren. q. 29.*
- 29** Quibus facienda est restitutio à Beneficiato? *s. ex Bullâ Pii V.* facienda est, vel pauperibus quibuscumque, vel Fabricæ, sive Ecclesiæ, sive domus beneficij, & etiam campi ruralis. Hinc si Beneficiatus sit pauper, potest sibi ipsi restituere, nisi ex hoc promptior fieret ad relinquendum Officium; quia tunc non consentitur Papa consentire. Item applicari possunt fructus secessandi pro Defunctis, & conferri Sacerdotibus pauperibus pro Missis celebrandis. *Fili. Pelliz. Ren. q. 30.* Non tamen suppleri possunt per eleemosynas quascumque, quas Beneficiatus seuerit antea de fructibus beneficij; quia hoc damnatum est ab Alex. VII. op. 33.
- 30** An omissione unius horæ sit peccatum mortale? *s. aff.* universaliiter luquendo; quia est materia gravis. *Sua. contra M. & c. h. m.*

32. Dixi universaliter ; quia Vesperas Sabbati Sancti non reputantur gravis materia à *Pelliz.* & *Ren.* q. 31.
33. Quenam sit materia levis in singulis horis Officii ? q. in partibus horis esse quidquid est minus dimidia parte illarum. *Sua.* *Vega.* *Ren.* q. 32. In Matutino vero esse quidquid est minus hora parva. *Sua.* *Gav.* *Pala.* &c. contra *San.* dicentem esse tres lectiones cum Responsoriorum.
34. An relinquens duas horas, committat unum, vel duo peccata? q. unum peccatum committere; nam licet sint duas horae distinctae, singulas sufficienes ad mortale, & sic non possit continuari peccatum in unitate actus, continuatur tamen in unitate diei, quia sub una die præcipiuntur. *Sua.* *Lago.* *Tamb.* *Ren.* q. 33. &c. contra *Loeff.* *Tolos.* &c.
35. An omissionis unius Officium in toto anno sit materia levis ? q. neg. quia obligatio recitandi Officium est pro singulis diebus : ergo ejus gravitas, vel levitas est respectivè ad diem, non ad annum: ergo, &c. *Ren.* q. 34. contra *Aragon.* & *Ricardum.*
36. An obligatus ad Officium titulo Ordinis, & Beneficii peccet dupliciter illud omitendo ? q. neg. quia licet duplex sit titulus, una tamen est virtus Religionis, quæ ab ipsis respicitur. *Tamb.* *Bon.* *Ren.* q. 35. &c. contra *Sua.* *Fag.* &c.
37. An omittens in die Commemorationis Officium Defunditorum, peccet mortaliter ? q. aff. quia est addictum festivitati illius diei: ergo est de præcepto, sicut Officium aliarum festivitatum: & idem dicitur de Officio Octavae; unde ex multiplicitate horum præceptorum, multiplicarentur peccata, si ambo Officia omitterentur. Tum quia Ecclesia dispensavit, ut Dominicanii Officium tantum Defunditorum dicerent: ergo, &c. *Ren.* q. 36. contra *Dia.* *Pellik.* validas rationes pro contraria sententia afferentes.
38. An recitans Officium pro Officio peccet mortaliter ? q. neg. si una, vel altera vice id faceret, nec notabiliter brevius recitaret: Secus si frequenter id faceret. Rat. primi, quia raro facere contra ritum Ecclesie est materia levis, ergo, &c. Rat. 2. quia licet qualitas Officij non sit de ejus substantia, est tamen qualitas: ergo, &c. Rat. 3. quia faceret contra ritum Ecclesie in re gravi. *San.* *Tamb.* *Ren.* q. 37 contra *Veg.* *q. Fili.* absolutè affirmantes; & contra *Dia.* *Loy.* &c. absolutè negantes. Hinc damnata est ab Alex. VII. op. 34. permittens Officium Paschatis in Dominica Palmarum.
39. An peccet, qui dicit Matutinum de Sancto, & horas de feria? q. neg.

38. neg. si id inadvertenter faciat; vel si scienter, scelus; aut item facit: Secus si frequenter. Rat. 2. quia ubi deprehenditur error, ibi corrigendus est, aliter approbareetur. Tamb. Rat. pri- mae, quia potest, ex dictis, una vel altera vice dici Officium pro Officio: ergo, &c. Rat. q. 33. contra *Cara.*
39. An invertere ordinem Officii sit peccatum mortale? 38. esse tantum veniale, etiam si saepè, & sine causa fiat; quia ordo non præcipitur sub mortali, nec inversio est defectus substantialis, sed accidentalis, Bon. San. Polliz. Res. q. 39. contra *Vofg. dicitur* esse mortale, si saepè fiat.
39. An peccet mortaliter, qui Officium interrumpit, dicendo unum psalmum, & posterius aliunum? 38. neg. etiam si interrupcio sit notabilis, & sine causa; quia sicut ordo Officij non spectat ad illius substantialiam, sed ad ejus modum accidentalem, ita continuatio in eadem horas ergo, &c. Læg. Leff. Polliz. Res. q. 40. contra *Nat. Vofg. Sua. Sfc.*
40. An peccet saltem venialiter, qui tempore determinato non recitat Officium? 38. aff. si postpositio, vel anticipatio sit inusitata, & sine causa, ut si quis diceret Primam post Solis occasum, vel totum Officium prope dimidiam noctem, vel Vesperas, & Completorium manè anticiparet. Si verò sit consuetudo, nec veniale inducit, etiam si fiat sine causa; ut si quis prope prandium recitaret horas minores, & prope vesperas Completorium; vel è contra. Rat. utriusque; quia in primo adeat contraria consuetudo in timoratis: Secus in 2. Res. q. 41. *Dicitur* San. qui dicit causam esse propriam cotimoditatem. Vnde Tamb. bene concludit, nunquam esse veniale; quia nunquam deest commoditas: Est contra *Cara.* absolutè negantem.
41. Quando incipiat dies habilis ad recitationem? 38. incipere à media nocte diei antecedentis, & finire in media nocte sequentis. Res. q. 42. quod si ab aliquo Matutinum diei sequentis dicitur ante ejus medium noctem, hoc fuisse introductum ex communij timoratorum consuetudine, ait *San.*
42. Qua hora diei antecedentis possit recitari Matutinum diei sequentis? 38. posse post Vespertas diei antecedentis; quia etsi tunc non incipiat dies naturalis, incipit tamen Ecclesiasticus: ergo, &c. San. Res. q. 43. Hora autem vesperarum est illa Cathedralis ex eodem Res. contra plurimum placita.
43. An unico Officio possit quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino? 38. neg. quia onus Officii est addictum diei: ergo, &c. Contraria opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 35. Res. q. 44.

44 An sit mortale dicere Matutinum post Missam? *R. neg.* si Matutinum post Missam recitetur secretò: Secus si post publicam Missam publicè in Choro recitetur. Rat. primi, est consuetudo sacerdotum; nemo enim horum de hoc confitetur. Rat. 2. est rubrica Missalis graviter obligans, ex Bulla Pii V. *Ren. q. 45.* *Cenedus contra Nov. Ieff. &c.* absolutè negantes; & contra *Ax. gal. Lede. &c.* absolutè affirmantes.

45 An peccet mortaliter recitans Officium, si se non audiat? *R. aff.* si præciso quocumque rumore, non possit se audire: Secus è contra. Rat. primi; quia præcipitur oratio vocalis: *Vnde Conc. Basilicæ præcepit*, sic gutture, vel inter dentes dicitur formetur. *Ren. q. 46.* contra *Ax. c.* cuius opinionem admisit *Fili.* pro scrupulis. Rat. 2. quia alioquin Sacerdos non generetur Officium recitare.

46 An ad satisfaciendum præcepto requiratur attentio interna? Suppono attentionem internam esse applicationem mentis, ad Deum, vel ad verba, quæ profertuntur, vel ad sensum verborum; sicut externam consistere in negatione distractionis externæ. *R. nunc ad quæs. aff.* quia cum esse morali recitationis Officii Divini necessariò connectitur attentio interna; sed Ecclesia præcipere potest actus internos necessariò cum externis connexos; ut dicemus *Ver. Legis materia q. 5.* ergo, &c. *Fili. Caje. Nov. Sua. Ren. q. 47.* &c. contra *Dura. Cons. Syl. Lef. Henri. Lay.* & alios multos.

47 An in recitatione privata cum socio, teneatur quis dicere diuidiam partem Officii? *R. aff.* loquendo de Psalmis tantum; quia sic practicatur in Choro. *Sua. Bon. Pala. Ren. q. 48.*

48 An teneatur qui cum socio recitat, audire partem socii? *R. aff.* nisi ex aliquo impedimento socium audire non possit. Rat. primi; quia oratio unius in tantum est alteri communis, in quantum illum audit; auditus enim loco recitationis succedit: ergo, &c. Rat. 2. quia satisfacit qui solus recitat, si se audire possit, & propter rumorem non audit: ergo, &c. *Dia. Cara. Ren. sibi. &c.*

49 An possit Officium recitari simul cum tribus sociis, itaut unusquisque dicat suum versum? *R. neg.* quia sic non recitatur diuidia, sed tertia, vel quarta pars; nec recitatio esset ad modum Chori. *Tamb.* Hinc si duo recitando vocarent tertium ad recitandas lectiones, non satisfacerent. *Peltz. Ren. q. 49.*

50 An cœcus, qui memoriter habet Psalmos, teneatur adhibere socium pro reliquo? *R. aff.* si ultrò se offerat socius, vel si cœcus sit beneficiatus, commode possit socium conducere. Rat. primi; quia

quia recitatio cum socio non est ex privilegio, ut vult *Sanci*. contrariae opinionis, sed ex præcepto Conci. Basiliens. præcipientis recitationem Officii obligatis ad eam sive solis, sive associatis: ergo, &c. *Sua. San. Palo. Ren. ibi. &c. Rat. 2.* quia præcepta humana obligant ad media magnam difficultatem non habentia. *San.*

q. 1 Quæ excusent ab Officii recitatione? *v. excusare.* Primo dispensationem etiam sine causa à Papa factam. 2. impotentiam, ut est infirmitas, coecitas (non autem surditas.) 3. gravem, honestam, & necessariam occupationem; non autem voluntariam, ut concionandi, libros scribendi, &c. 4. carentiam Breviarii. *San. Ren. q. 1.*

q. 2 An damnati ad triremes excusentur ab onere Officii recitandi? *v. aff.* Idem dicendum de captivis inter infidelium manus, & de damnatis ad mortem per tres dies ante ipsam. Rat. primi, & 2. quia alienum esset ab Ecclesiæ benignitate, & de core in tanta afflictione posites, & inter illam hominum coluviem supradictos obligare. *Leff. Dis. Tamb. contra Azo.* quoad primum. Rat. 3. quia in eis timor mortis parit debilitatem, & aliquando infirmitatem. *Tamb. Ren. q. 2.*

Hypotheça quid sit, &c. v. Contradictio entroſi q. 37. & 47.

I

I Actantia de peccato commisso *an. &c. v. Sacramentis Punitis. an-*
ria prox. q. 35.

Idolatria quid sit, &c. v. Superstitione q. 2.

Jejunium naturale quid sit, &c. v. Communio annua q. 36. v. Con-
scientia q. 49. 51. &c. Jejunium Ecclesiasticum. v. Conscientia q.
48. v. Legit materia q. 22. 26. & 27. Voto premissum quowodo in-
celligendum. v. Votum q. 31. 33. &c.

J E J V N I V M E C C L E S I A S T I C V M . Quartus.

1 **A**n præceptum Jejunii obliget sub mortali? *v. aff. &c. con-*
traria opinio Caje. damnata est ab Alex. VII. op. 13. *Ren.*
c. m. 1. fol. 567.

2 Quot requirantur, & concurrant ad jejunium Ecclesiasticum?
1. tria concurrere; Primum est abstinentia à carnibus. 2. uni-
ca comedio. & 3. hora comedendi. Prima duo spectant ad
essentiam jejunii. Vnde hoc definitur: est abstinentia à car-

1. nibus, & duplice comedione: Est communis. *Ren. ibid.*
2. Quarum carnium abstinentia præcipiatur in jejunio? *R. carum,* quæ communi hominum æstimatione, & usu prohiberi censemuntur, atento fine Ecclesiae, ut semper excludantur illæ, quæ multum sunt nutritivæ. Hinc quia carnes testudinis, limacis, & viperæ non multum nutrunt, non prohibentur. *Tamb. Bon.* *Ren. q. 1.*
4. An pinguedo animalis terrestris: ut laridum, axuncia, seu sagimen inter carnes sint computanda? *R. aff. unde, præcisa consuetudine,* inter carnes est computandum quidquid integrat animal, exceptis ovis, & laticiniis. *Rat. primiti;* quia alioquin licerent in die jejunii, nervi, cartilagines, cutes, sanguis, omenta, &c. quia nec etiam sunt caro. *Rat. 2.* quia ova sunt extra animal: ergo ad animal non spectant, sicut nec sunt animal, sed ejus alimenta. Vnde constat ad 3. Dixi, præcisa consuetudine; nam in Regno Siciliæ, sagimen est licitum, sicut Dominicanis pro diebus Veneris, & Sabbati. *Dia. Ren. q. 2. contra Hen. Fag.* &c. absolutè negantes, & contra Pasqualig. de larido loquendo dumtaxat negantem.
5. An sub carnium prohibitione veniant etiam lacticinia? *R. neg.* ex se: Patet ex Ecclesia usu, quæ diebus Veneris, & Sabbati prohibet carnes, cum quibus non censentur prohibita lacticina: ergo, &c. Dixi ex se; nam ex vi præcepti jejunii Quadragesimalis prohibentur, ut mox dicemus. *Ren. q. 3.*
6. An in præcepto jejunii, jus prohibens carnes, prohibeat etiam lacticina in Quadragesima? *R. aff. ex cap. Denique diff. 4. in 10 prima parte decreti;* ibi enim interrogatus Pontifex, an liceant lacticina in Quadragesima? Respondit; par est, us nos bis diebus à carnibus animalium abstineamus; ab omnibus quoque, quæ fermentinam carnis originem trahunt; jejunemus à latte, videlicet, caseo, & ovis: sed ly par est, indicare vult, ut æquum, & justum sit, ut ex vi ejusdem præcepti, quo prohibentur carnes, intelligantur prohibita illa, quæ fermentinam originem ducunt à carnibus: ergo, &c. Deinde ly quoque, cum sit repetitio antecedentium cum omnibus suis qualitatibus: ergo sicuti, &c. *San. Sanci. Bon. Ren. q. 4. &c. contra Fag. Pelliz.* non ex jure, sed ex consuetudine tantum ex eodem capite id colligentes.
7. An si de jure non essent prohibita lacticina in Quadragesima, sint censenda saltu de consuetudine prohibita, ubi hæc extat? *R. aff. & contraria opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 3².* *Ren. q. 5.*

8 An

- 8 An de jure cēsenda sint prohibita lacticinia in praecepto jejuniū extra Quadragesimam? *R. neg.* quia nullum extat jus prohibens, & Pontifex in dicto cap. supracit. respondens ad interrogationem, limitavit ad dies quadragesimales; dixit enim, pars est, ut *bis diebus*. *Fag. Fili. Azo. Ren. q. 6. Gc.*
- 9 An saltēm sint prohibita ex consuetudine? *R. aff.* ubi est introducta; ut in nostris regionibus, de cuius bona introductione nemo dubitat, præter Neutericum quemdam; nam eam servant, & scandalizantur de non observantibus viri ignorati; Praetati puniunt transgressores. Item materia consuetudinis multum prodest Reipublicæ ad animarum salutem; quæ omnia sunt conjecturæ; ex quibus colligitur, consuetudinem bene esse introductam, & obligare. *Sua. Pala. Ren. q. 7.*
- 10 An in diebus jejuniī, censeantur prohibitæ placentulæ cum ovis, & butyro; ut mustaceæ, vel pastilli parvuli, in quibus ova ingrediuntur? *R. neg.* si in ipsis ovorum quantitas sit parva, nec in magna quantitate comedantur; & tales putat similes placentulas *Ceronius. Dia.* autem *Villalo. Gc.* panem biscoctum: Secus si in ipsis quantitas ovorum sit magna (& talis est, panis hispanicus, qui à *Tamb.* totum ex ovis putatur confici) aut si parva, comedantur tamen in magna quantitate; nam licet ova in farina immissa non sint phylacè ova, ut vult *Pasqualig.* contrarie opinionis, quia non remanent integra; sunt tamen moraliter ova in pane dispersa. *Ren. q. 8.*
- 11 Vtrum dispensatus ad carnes, teneatur ad jejunium? *R. neg.* absolutè, & sine ulla distinctione; quia comedio carnium destruit jejunii essentiam: ergo, &c. *Hen. Azo. Tamb. Ren. q. 9. Gc.* contra *Nao. Med. Gc.* absolutè affirmantes, & contra *Less.* distinctionem inter virium debilitatem, & nocturnum cibi quadragesimalis.
- 12 An dispensatus ad carnes non ob virium debilitatem, teneatur ad jejunium eo die, quo carnes non comedit? *R. aff.* quia non comedendo carnes, cessat dispensationis causa: ergo, &c. *Sax. Dia. Pelliz. Ren. q. 10. Gc.* contra *Sanci. Azo. Rodri. Gc.*
- 13 Vtrum dispensatus ad carnes in Quadragesima, possit illis vesci in jeuniis 4. temporum in illa incidentibus? *R. neg.* quia sic dispensatus non potest vesci carnis in diebus Feriae VI. & Sabathi Quadragesimæ; nisi à Medicis scientibus eos dies incidere, specialiter id concedatur: ergo, &c. Tum quia carnes conceduntur in Quadragesima ob. dan. num, quod posset oleum inferre per totum illud tempus: ergo, &c. *Bauci. Ren. q. 11. contra Dia.*

14 AA

- 14 An detur parvitas materiae in abstinentia à carnibus , & lacti-
ciniis in diebus jejunii ? R. aff. quia refectio ex supradictis ve-
niens, latitudinem habet, & potest esse major, vel minor: ergo,
&c. Quænam censenda sit parva quantitas? Relictis variis op-
nandi modis. Dic cum Dia. & Antonio de Leone, esse illam, quam
toqui sumere solent in gustandis cibis , quam octavam partem
uncię putat esse. Leon. Hinc à fortiori, aliquid plus accipere potest
quis ad excitandum infirmi appetitum. San. Nav. Fag. Ren. q. 12.
- 15 Si quis pluries comedit in die jejunii , quot peccata commit-
tit? R. unum peccatum committere, si pluries cibos quadrage-
simales comedat; toties, verò, quoties comedit carnes , vel la-
cticinia in Quadragesima . Rat. primi ; quia cum per primam
comestionem frangat quis jejunium , non tenetur amplius je-
junare. Azo. Syl. Sua. Ren. fol. 576. q. 1. etc. contra Majo. Covarrus.
&c. Rat. 2. & 3. quia præceptum non comedendi carnes , & la-
cticinia in Quadragesima , est negativum, & sic obligat semper,
& ad semper: ergo, &c. Fag. Dia. Bon. &c.
- 16 An eodem modo quis pluries peccet , cum habet votum , vel
pœnitentiam jejunandi ? R. neg. quia abstinentia à carnibus in
voto, vel pœnitentia præcipitur ratione jejunii : ergo, &c. In
præcepto verò jejunii abstinentia à carnibus , non præcipitur
ratione jejunii , & eodem præcepto , sed distincto : ergo , &c.
Tamb. San. Ren. q. 1. contra Azo. Sua. &c.
- 17 Si quis in die jejuniū hora solita comedenter lacticinia , deinde
post tres horas , iterum comedit legalia ; vel eodem die Qua-
dragesimæ sine justa causa carnes , & lacticinia , quot peccata
committit ? R. duo peccata in utroque casu committere . Rat.
primi ; quia licet peccaverit comedendo , non fregit tamen
essentiam jejunii : ergo, &c. Tamb. Rat. 2. quia distincto præ-
cepto prohibentur carnes , & lacticinia : ergo sunt distinctæ
malitia explicandæ in confessione. Sancti. Dia. Cons. Ren. q. 3.
- 18 Si quis inadvertenter comedat carnes in magna quantitate in
die jejunii teneatur ad jejunium ? R. aff. quia jejunium non
censetur fractum, nisi materialiter tantum. Hen. Dia. Ren. q. 4.
contra Ponc. Idem à fortiori, dicendum est, de comedente plu-
ries inadvertenter legalia ob eandem rationem . Sancti. PELLIX.
contra Lay. Bon.
- 19 An si quis in die jejunii manè inadvertenter comedit magnam
quantitatem permisam , possit hora solita prandere , & serò
sumere refectiunculam, jam quod tenetur ad jejunium? R. neg.
si prior comestio æqualis fuit prandio , vel jentaculo ; utrum-
que

que autem posse, si neutri comparari possit; quia alioquin deterioris esset conditionis, qui non comedit integrè ex inadventia eo, qui integrè comedit. *San. Turr. Dia. Ren. q. 5. &c.* contra *Pelliz.* *Nsv. &c.* absolute concedentes; & contra *Pasq.* & *Lean.* absolute negantes.

20 Si quis die jejunii in prandio interrumpatur, an possit post aliquod tempus prandere? *R. aff.* si interruptio sicut causa, & ille surrexit à mensa cum animo redeundi; quia unitas commissione attenditur moraliter, non physicè: ergo, &c. *Fag.* *Leff. Ren. q. 6. &c.* Quanta autem possit esse ista interruptio: Relictis variis DD. placitis dico cum *Tamb.* quod si sumptum, sicut sufficiens ad substantiationem, poterit quis redire post horam; secus, si modicum sicut relictum; quia parvum pro nihil reputatur.

21 Si quis surgat à mensa sine animo redeundi, ut si linteum pli- cavit, an possit iterum comedere? *R. aff.* post quadrantem, vel paulo plus; quia in morali iudicio, quod parvum distat, non di- stat. *Fili. Ren. q. 7.*

22 Vtrum sicuti potest quis cum causa post prandium iterum co- medere per horam, ita possit per eandem horam ante pran- dium aliquid sumere, etiam in magna quantitate, non fran- gendo jejunium? *R. verum esse,* posse per tertiam partem horæ ante prandium: quia censetur eadem moraliter comestio. *Vidat.* *Diss. sc. per horam autem etiam posse sine fractione jejunii, unde postea tenetur jejunare,* quia hora non est de essentia jejunii, ut volunt DD. citandi cōtrariæ opinionis: ergo anticipatio horæ non frangit jejunium, & sic ad illud quis tenetur. *Aze. Lay. Ren. q. 8. &c.* contra *San. Sanci. &c.*

23 An inservientes mensæ cibos in mensa apponendo, vel etiam legendendo possint antea aliquid sumere? *R. aff.* etiam in magna quantitate; quia actio illa inserviendi, vel legendi est pars prandii, & supradicti communicant cum prandientibus: ergo eorum prandium non censetur moraliter interrupturn. *Pasq. Dia. Ren. q. 9. &c.*

24 Vtrum si quis cogatur differre prandium ultra horam consuetam, possit manè longè ante prandium, sumere parvam aliquam quantitatem? *R. aff.* si debilitas inde oriatur, quæ con- suetas impedit functiones; & idem dicendum de eo, qui stomachi debilitatem patitur, etiam si non cogatur differre prandium: Quantitas autem erit illa, quæ sufficiens erit ad suble- vandam debilitatem, etiam si excedat parvam quantitatem. Rat. quia jejunium ordinatur ad macerandum, non debilitan- dum

- dum notabiliter corpus. *Dia. Pasq. Ren. q. 10. est. contra San. Caje.*
- 23 Quandonam secunda cornestio sit licita in die jejunii ? R. esse licitam. Primo cum aliquid sumitur per modum medicinæ curativæ actualis infirmitatis , non autem præservativæ. *D. Tb. Fag. Caje. &c. 2.* si sit in parva quantitate ; hæc autem erit quantitas duarum unciarum , quia respectu cœnæ , quæ extra solitum prandium , & refectiunculam fieri solet , & prohibetur , quæ est 6. unciarum circiter , parva est materia. *Pasq. Dia. Turria. Ren. q. 11.*
- 26 An ultra hanc parvam quantitatem possit aliquid sumi , ne potus noceat ? R. aff. quia id sumitur per modum medicinæ . Tum quia Ecclesia concedit potum in die jejunii : ergo , &c. *Ren. q. 12. Ley. Fag. Dia. Bon.* qui id extendit ad urbanitatis casum , vel amici instantiam , sed non semper ; quia non semper intervenit necessitas , sicut in casu potus.
- 27 In qua quantitate id sumi possit , ne potus noceat , & quoties in die ? R. ad primum sumi posse id , quod est infra dimidiari unciam ; quia hæc quantitas videtur sufficiens , ne potus noceat. *Dia. Leon. contra Pasq. permittentem infra unciam.* Vnde ad 2. R. posse sumi , quoties necessitas bibendi contingit sine fraude ; quia accessorium sequitur suum principale . Hinc si quis ab amicis invitaretur ad bibendum , non posset quantitatemi sumere ; quia potus non esset ex necessitate , & quantitas ab amico oblata semel sumi potest. *Pasq. Ren. q. 13.*
- 28 An possit quis pluries in die sumere quantitatem illam parvam duarum unciarum , sicuti potest pluries aliquid sumere , ne potus noceat ? R. neg. quia illes plures parvae quantitates continuantur in unitate diei , & finis præcepti . *Ren. q. 14. Bon. Dia. Merol. &c. contra Salas;* cuius opinio damnata est ab Alex. VII. op. 29.
- 29 Si finis præcepti est , ut non notabiliter nutriatur corpus , utrum possit sumi in die jejunii extra prandium , & refectiunculam , vinum , quod multi nutrimenti esse solet ? R. aff. etiam si infraudem jejunii sumatur in magna quantitate ad famem scandam . Rat. primi ; quia quidquid sumitur per modum potus , non frangit jejunium : ergo , &c. *Ako. Fag. Ren. q. 15. contra Riccor. Rosellam, &c. Rat. 2.* quia licet tunc potus sumatur in eum finem , ad quem sumitur cibus , non tamen sumitur per modum cibi : nam intentio sumentis non mutat naturam ipsius. Hinc è contra , licet acetum , oleum , sapo , &c. potabilia sint ; quia tamen non sumuntur per modum potus , sed cibi , frangunt

- gunt *jejunium*. *Tamb.* licet contrarium dicat *Cos.* de aceto.
- 30 An aqua saccaro, citro, gelsuminiis, & aliis aromatibus mixta frangat *jejunium*? *R.* neg. quia sumuntur per modum potus, & quæ illis immiscentur, sunt in parva quantitate, & permissa die *jejunii*. *Pasq.* contra *San.* Hinc lac, & jus ex gallina distillatum frangunt *jejunium*; quia licet sumantur per modum potus, sunt tamen cibus, ut est lac; vel sunt mixta prohibitis, ut est jus ex gallina, &c. *Ren.* q. 16.
- 31 An potio hispanica, vulgo dicta *chocolata*, possit sumi in die *jejunii* per modum potus? *R.* *chocolata* ratione sui, & ex se frangere *jejunium*, quia est multum nutritiva. Tum quia potus ex se est ordinatus ad vehendum, & distribuendum alimento per venas, quod *chocolata* non facit, cù ordinariè sumatur manè, vel ferò, quando nullus est in stomacho cibus. *San.* *Azo.* *Lay.* *Fag.* *Ren.* q. 17. *Cc.* contra *Hurs.* *Cc.* adducentes declarationes *Suminorum PP.* *Greg.* XIII. *Pir V.* & *Pauli V.* sed verè hi Pontifices locuti sunt de *chocolata* ratione parvitatibus materiæ.
- 32 Vtrum potio *chocolatae* licita sit in die *jejunii* ratione parvitatis materiæ? *R.* aff. quia in unito potu *chocolatae*, seu *Xicara*, ut *hispani* dicunt, unica uncia *chocolatae* ingreditur, & unica uncia faecari: ergo, &c. *Escob.* *Ren.* q. 18.
- 33 An comedens, yvam, mala medica, *Valgo*, *avanci*, mala mas-
silica, italicè, *limoni*, mala punica, hoc est, *granat*, frangant,
&c. *R.* aff. quia omnia praedita primariò, & per se ordinata
sunt à natura ad nutrientiam, & communiter ad sedandam fa-
tigium sumuntur: ergo esto per modum potus sumantur, fran-
gunt *jejunium*. *Peliz.* *Tamb.* *Dia.* *Ren.* q. 19. contra *Pasqual.*
- 34 Si Sacerdos sumeret species Sacramentales in magna quantita-
te ad sedandam famem, an, &c. *R.* aff. quia convertuntur in
substantiam nutriti: ergo nutriunt: ergo, &c. Et licet non fran-
gant *jejunium* naturale, hoc est, quia hujus finis est reverentia
debita Sacramento, ut cibus ficer antecedat profanum: finis
autem *jejunii* Ecclesiastici est maceratio, quia in casu non ha-
beretur. *Dia.* *Ren.* q. 20.
- 35 Quænam sit hora competens ad prandium in die *jejunii*? *R.*
præcisa consuetudine, esse circa meridiem plus minusve, se-
cundum horologium solare, non artificiale, quod solet per me-
diā horam subsequi ad solare. *Azo.* *Tamb.* *Ren.* q. 21.
- 36 Vtrum hora sit de essentia *jejunii*, vel saltē de præcepto? *R.*
ad utrumque neg. Rat. primi: quia dispensatus in hora, verè
tenetur ad *jejunium*; ergo, &c. *Pasq.* contra *Sancti.* *Dia.* *Less.* &c.
Vnde

Vnde apud ipsos non teneretur ad jejunium , qui etiam ex iusta causa horam anticiparet . Rat. 2. quia hora comedendi non est de essentia jejunii: ergo ea non servata , adhuc satisfit præcepto : ergo non est de præcepto . Tum quia , qui non servat horam , non adversatur graviter fini præcepti , macerationis scilicet corporis: ergo,&c. Pasq. Lay. Fili. Ren. q. 22. &c. contra Caje. Med. &c.

37 An possit etiam absque veniali peccato anticipari in die jejunii hora prandii ? R. horam prandii ratione sui , anticipari non posse , nisi per horam ; ratione parvitatis materia per medium horam supra horam , & hoc etiam sine causa ; nam cum causa plus temporis anticipari potest . Rat. primi; quia meridies non est sumendum pro illo instanti , quo Sol per meridiem transit , sed pro toto illo tempore , quo Sol in meridie est ; quod solet esse per horam tantum: ergo,&c. Pasq. Ren. q. 23. contra Tamb. Rat. a. quia anticipatio illa non est notabilis . Fili. Dia. contra Sanci. Pasq. &c. strictius opinantes , Nota Mendicantes habere privilegium anticipandi prandium per horam.

38 Vtrum quis possit protrahere prandium per id tempus , quod voluerit in die jejuniū? R. per horam posse non ultra; alias usque ferò protrahere posset in fraudem temperantiae . Et ratio est; quia longa illa comestio , non una , sed multiplex virtualiter est . Tamb. Ren. q. 24.

39 Vtrum possit ex levi , vel sineulla causa prandium ferò differri , sumpta collatiuncula manè hora prandii? R. ad primum ast. & talis esset consecratio itineris , hospitum dimissio , pescatio , &c. Vnde quicumque causa sufficiens erit Pala. Dia. &c. ex quo ad 2. R. neg. sine peccato veniali ; quia esset contraria consuetudinem. Dia. Reg. q. 25. contra Pasq. Tamb. &c. Idem dicendum de eo , qui manè sumeret jentaculum , & ferò pranderet , vel circa meridiem cum intentione non sumendi refestiunculam ferò .

40 An peccaret , qui ante Vespertas , in Quadragesima comedederet? R. neg. quia horae officii nullam habent connexionem , & ordinem cum jejunio ; distincto enim præcepto præcipiuntur : ergo,&c. Med. Pasq. Ren. q. 26. etc. contra Pala.

41 Quinam fuit finis introiunctionis refestiunculae ? R. fuisse introductam ad naturam substantiationem ; nam si quis sit robustus complexionalis , statim cibum concoquit ; si verò debilis , non potest unica coagulatione tantum sumere , quantum ad substantiationem sufficit: ergo,&c. Eng. Fili. Ren. q. 25. 37. cap. 34. contra Caje.

Cajo. Ledeſ. &c. dicentes fuſſe introductam ad ſomnum conſiliandum.

42 Quænam ciborum qualitas ſit permitta in refeſtiuncula? *q. in refeſtiuncula ſumi poſſe ea, quæ ante, vel poſt prandium ſumi ſolent, ut ſunt fructus arborum, herbae oleo, vel aceto tempeſratæ, &c. Rat. eſt conſuetudo ad hæc tantum limitata. Fag. Fili. Dia.* qui contraria Bon. &c. dicentium in refeſtiuncula at-tendi debere quantitatem, non qualitatem, vocat falſam. An autem in ipſa pifces non tantum ſicci, ſed recentes, & magni ſumi poſſint *q. aff. etiam in quantitate debita; quia minus nu-triunt, quam plures cibi, qui in refeſtiuncula conceduntur, in-ter quos eſt panis. Pasq. Ren. q. 1. contra Fag. Dia.*

43 An id, quod ſumi poſteſt in refeſtiuncula die jejunii, poſſit actione ignis coctum ſumi? *q. aff. Si poſt coctionem non ex-e-dat quantitatem permiffam 8. unciarum: Secus si ante coctio-nem cibus ſit quantitatis 8. unciarum; nam tunc actione ignis crescit poſtea in quantitate: ergo, &c. Coto. Ren. q. 2. contra Azo. & Cara.*

44 Vtrum poſſit quis in refeſtiuncula totam quantitatem permif-fam in pane ſumere? *q. aff. quia tunc rigidior eſt obſervantia jejunii. Dia. Pasq. Ren. q. 3. contra Pelliſ.*

45 Quæ quantitas cibi poſſit ſumi in refeſtiuncula? *q. reliktis va-riis DD. nimis rigidè diſcurrentibus. Dico quantitatem 8. un-ciuarum ex conſuetudine introductam, ab omnibus cum acela-matione, & brachiis expaſis admitti: Eſt contra Lay. Azo. Fili. &c. dicentes prædictam quantitatē taxari non poſſe, ſed arbitrio timorati relinquendam, conſideratis complexionibus, per-ſonis, & applicationibus. Ren. q. 4.*

46 An aliquibus licita ſit refeſtiuncula major? *q. Ren. q. 5. nec stu-diorum cauſa, nobilitatis, aut ſomni capiendi (ſed tantum ex conſuetudine, ubi fuerit introducta, ut in Curia Romana) li-citam eſſe majorem refeſtiunculam. Rat. primi; quia qui stu-dio vacant, parvo cibo indigent; ergo, &c. Rat. 2. quia nobiles copioſioribus epulis ſunt affueti: ergo, &c. Rat. 3. quia refeſtiuncula ſufficit ad ſomnum capiendum: ergo, &c. Ren. ibi. contra Pasq. Rat. 4. eſt conſuetudo. Pasq. Fili. Fag. &c.*

47 Vtrum in vigilia Nativitatis Domini poſſit major refeſtiuncu-la ſumi, & in qua quantitate? *q. ad primum aff. Rat. eſt conſuetudo legitime introducta: Eſt contra Nav. & Rodri. &c. Vnde ad 2. dico poſſe eſſe duplo majorem, cum hæc quantitas tantum videatur conſuetudine stabilita. Azo. Lamb. Dia. contra San.*

- San.* admittentem refectiunculam triplò majorem; & contra *Messinam*. Eam admittentem in quavis quantitate. *Ren.* q. 6.
- 48 An talis consuetudo invaluerit etiam pro Religiosis? *R.* aff. quia ut possint Religiosi gaudere privilegio consuetudinis, sufficit, quod apud communitem, cuius ipsi sunt partes, invluerit. *Pelliz.* *Ren.* q. 7. contra *Villa. Dia.*
- 49 An possit ea refectiuncula sumi duplò major, si meridie sumatur, dilata coena in vesperam? *R.* aff. quia ea non est introducta ob labores nocturni officii, sed ob excellentiam diei festi. *Pelliz.* *Paq.* *Ren.* q. 8. contra *Dia. San. Trull.*
- 50 Si Festum Nativitatis incidat in fer. 2. ita ut vigilia sit celebranda Sabbato antecedenti, an possit sumi ea refectiuncula duplò major? *R.* aff. quia hoc est privilegium vigiliae, & solemnitatis, non autem nocturni officii. *San. Cara. &c.* contra *Boffum*: Quod si eo die incideret jejunium 4. temporum, etiam sic sumi possit; quia magis dignum trahit ad se minus dignum: ergo, *dec. San. Dia. Tamb. Ren.* q. 9.
- 51 An sit licita refectiuncula duplò major in vigilia Paschatis, & Pentecostes? *R.* neg. ubi hoc non fuerit consuetudine introducendum, ut in nostris Regionibus: Secus in Sicilia ex *Tamb.* Galillia, Hispania, Lusitania ex *Fag.* Rat. quia ea major refectiuncula eo die non est licita ratione laetitiae, sed ratione consuetudinis: ergo, &c. *Tamb. Dia. Ren.* q. 10. impugnantes contrarium *Paq.* & *Lean.*
- 52 Quænam sit parvitas materiae in refectiuncula? *R.* esse duas uncias, dummodò has quis eo die non sumpvisset. Rat. quia ea est parva materia pro toto die: ergo, &c. *Dia. Lean. Pelliz. Ren.* q. 11. contra *San. Escob.* Auctius opinantes.
- 53 Si quis vovit jejunium singulis sextis feriis, vel Sabbatis, & in illis incidat Vigilia Nativitatis, an possit sumere refectiunculam duplò majorem? *R.* aff. quia quando de voventis intentione non constat, votum explicandum est ad instar præcepti. Tum quia votum non aliter obligat, quam obligaret lex Ecclesiastica de ea materia: sed lex Ecclesiastica majorem illam refectiunculam concedit: ergo, &c. *Dia. Pelliz. Ren.* q. 12. &c. contra *Rodri.*
- 54 Quis vovit jejunium singulis Sabbatis, vel sextis feriis, an tenetur jejunare, & non comedere carnes, si in illis diebus incidat Festum Nativitatis Domini? *R.* aff. nisi taliter vovendo, diem Nativitatis exceperit: Constat ex cap. *Finali de observantia jejuniti*. Et licet vota obligent ad instar præcepti; comedere tamen

tamen eo die carnes , non est præceptum , sed exceptio præcep-
ti . Hinc tenentur eo die Fratres Minores jejunare . Præter-
quamquod in dicto cap. *Hono. III.* dixit : *nisi ex regulari obser-
vancia ad carnes non comedendas non teneantur .* *Pelliz. Ren. q.
13. contra Rodri. Syl. Nav. esc.* dicentes posse in hoc à Prælatis
regularibus dispensari .

55 Quænam sint causæ excusantes à jejunio ? R. esse ætatem , in-
firmitatem , laborem , pauperiem , pietatis officium , & majorum
authoritatem . *Azo. Fag. Ren. fol. 594. cap. 4.*

56 Quæ ætas excusat ? R. adolescentes ante 21. annum , & senes
post 60. etiam si viribus pollere videantur , excusari ; quia illi
eo tempore crescunt ex medicorum sententia . *Sanci. San.* & alii
communiter contra *Angel.* & senes in 60. incipiunt languesce-
re , & illa virium existimatio est illusiva , & fallax , inconstans ,
& incerta , ex Medicorum iudicio . *Dia. Ren. q. 1. contra Bon.
Fili. Less. &c.*

57 An sufficiat , ut hæc ætas sit incepta , an necesse sit , ut sit com-
pleta ? R. 21. annum debere esse completum : sexagesimum ve-
rò sufficere inceptum ; quia in favorabilibus annus inceptus ha-
betur pro completo : Contra , in odiosis , ex *I. qua. etate. ff. de testi-
mentis* ; quæ regula licet voleat in anno assignato à jure , non
autem ab Ecclesia , & consuetudine , ut in casu ; illa tamen dum
annum assignat , juxta regulas juris in ratione fundatas assignat .
San. Ren. q. 2. &c.

58 An si annus 21. compleatur in medietate diei jejunii , teneatur
quis in reliqua parte diei jejunare ? R. neg. quia lex jejunii ha-
bet pro objecto totum diem indivisibiliter : ergo , &c. *Dia. Sanci.*
Ren. q. 3. &c. contra San. dicentem teneri , si adhuc sit jejunus .

59 An foeminæ ante 60. annum excusentur ? R. in ætate 50. anno-
rum excusari ; quia foeminæ sunt debilioris conditionis , & inde viri
in ætate 60. annorum sunt impotentes ad generandum ; foeminæ
autem in ætate 50. ergo sicuti senectus in viris incipit in 60.
ita in foeminis in 50. Tum quia foeminæ citius adolescentur , sunt
enim puberes in ætate 12. annorum , non 14. ut viri ; ergo ci-
tius senescunt . Nec inde sequitur ante 21. annum teneri ad jeju-
num ; quia in hoc adest consuetudo in contrarium determina-
ta ad 21. in casu autem consuetudo est tantum determinata ad
similem ætatem . *Pelliz. Ren. q. 4. Pasq. &c. contra San. Sanci.
Fag. Lay.*

60 An Religiosi professi ante 21. & post 60. teneantur ad jejunia
Regulæ obligantis sub mortali? Loquimur in casu , quo Religio .

novā jejunia præcipiat, vel noviter urgeat obseruantia jejuniorum Ecclesie: si enim eam obseruantiam tantum revocaret in memoriam, certum esset, eos non teneri. Respondendo igitur, dico ex utraque parte affirmativa; & negativa, adesse authores clasticos, quorum opiniones putat tutas, ac probabiles. *Tamb.* Melius tamen cum *Coto.* & *Ren.* q. 5. dico 2. in hoc standum esse consuetudini cuiuscumque Religionis.

- 61 An teneatur quis ex voto, penitentia, & Jubilæo jejunare ante 21. & post 60. ? De Jubilæo loquendo, R. aff. quia tunc ponitur jejunium ad lucrandum Jubilæum: ergo, &c. *Fag.* De aliis discurrendo, R. voventem teneri, vel non, si voventio erat vel non in 60. anno; quia censetur non habuisse, vel habuisse intentionem se obligandi: Eodem modo distinguendum est de penitentia Sacramentali. *Ren.* q. 6. est contra *San.* *Dia.* *Tamb.* absolutè negantes de voente.
- 62 Quænam infirmitas excusat à jejunio? R. excusare gravem, seu notabilem infirmitatem, non tantum actualem, sed etiam probabile periculum ipsius: Quæ autem sit gravis infirmitas; R. id esse arbitrio boni viri, vel Medici remittendum. Hinc *San.* excusat tertianarios, vel quartanarios, convalescentes, prægnantes, lactantes; & *Tamb.* excusat scholasticos, quia alias sine difficultate studere non possunt. *Ren.* q. 7.
- 63 Vtrum quando jejunium, vel dieta, ut dicitur, est necessaria infirmo, teneatur infirmus jejunare? R. neg. quia leges attendunt id, quod communiter accidere solet: unde excusat à jejunio, qui gravem laborem suscipiunt, etiam si alias possent ex robusta complexione jejunare; quia hoc est per accidens, ad quod lex non attendit: ergo, &c. *Tamb.* *Pasq.* *Ren.* q. 8. contra *Coto.* An autem teneatur ad jejunium, qui habet duos fontes: Dic cum *Pasq.* contra *Sanci.* teneri; quia per accidens est, quod illi aliquando causent debilitatem.
- 64 Quinam labor excusat à jejunio? R. omnes exercentes artem laboriosam (quamvis divites essent, & se aliter substentarent possent) excusari à jejunio, si pro majori saltē parte diei laborent: tales sunt lignarii, murarii, &c. *Pasq.* *Tamb.* *Ren.* q. 9. Item mulieres supellestiles lavantes, etiam si per totum diem non laborent. *Pasq.* Item Typographi torculari inservientes, non autem literas ordinantes. *Dia.* Est contra *Fag.* & alios dicentes, omnes artifices universaliter excusari; quod damnatum est ab *Alex.* VII. prop. 30.
- 65 An Sartores, & Sutores excusentur, sicut & Barbitonsores? R. Sar-

Sartores teneri : idem à fortiori dicendum de Barbitonibus
 Sutores verò non teneri si suant ; vel si tantum scindant , per
 totum tamen diem materiam præparant . Rat. primi; quia ho-
 rum ars non est laboriosa, cum sedeant . *Lay. Fili. Bon. Ren. q. 10.*
etc. contra Henr. Fag. Ledes. Rat. 2. quia licet illi non sedeant,
 leviter tamen laborant , nec per totum diem . *Lay. Gr. c. Rat. 3.*
 quia licet sutores sedeant, laborant tamen non solùm manibus,
 sed etiam brachiis , & cruribus . *Azo. Fag. San. contra Tamb.*
 Rat. 4. quia illorum vires ad eum laborem non sufficiunt cum
 jejunio . *Leff. contra San.*

66 An Pistores, seu Fornarii, & Molitores excusentur? *R. ad pri-*
mum aff. si conficiendo, & coquendo panes toto die laborant;
non autem si tantum affstant furno . Pasq. Vnde ad 2. R. neg.
quia hi tantum affstant molendinis : & ratio horum adducta
est in superiori quæsito ad 4. Ren. q. 11.

67 Vtrum Confessarii, Lectores, Advocati, & Concionatores ex-
 cusentur? *Affirmat Dia. si Confessarii continuo Confessionario*
affstant; Lectores, & Advocati debiles sint, & Concionatores,
ex Pasq. Tamb. Gr. si in tota Quadragesima prædicant, etiam si
hoc fiat per tres dies in hebdomada, mere Hispanico . Contra-
riuni tamen sentit Ren. q. 12. de primis tribus, cuius ratio est;
quia supradicti paucò indigent cibo, quæ ratio non videatur
universaliter vera; cum ipsemet postea admittat Lectores, &
scholasticos à jejunio excusari pro eo die, quo actum publi-
cum, vel concursum ad Cathedram faciunt.

68 An qui artem laboriosam exercent, teneantur ad jejunium eo
 die, quo non laborant? *R. neg. si per unum, aut alterum diem*
non laborant; quia tunc possunt non jejunare ad vires deper-
ditas reficiendas, & novas acquitendas. San. Tamb. Ren. q. 13.
contra Bon. Fili. Gr. id arbitrio boni viri remittentes; & con-
tra Dia. Fag. Gr. absolutè negantes.

69 An itinerantes excusentur à præcepto jejunii? *R. pedestres con-*
ficientes novem millaria excusari; quia tali itinere maximè
laxantur. Leon. Equo verò itinerantes excusari, si iter sit ne-
cessarium, constetque saltum ex Dia. 30. milliaribus, nec sit
unius tantum diei . Rat. quia tunc cum maximo labore itine-
rantur: ergo, &c. quæ omnia intelligi possunt etiam à prin-
cipio utriusque itineris; quia attendendus est non solùm præ-
sens, sed etiam futurus status. Pasq. Ren. q. 14. contra Dia.
Leon. Gr. absolutè excusantes; quorum opinio damnata est ab
Alex. VII. prop. 3. t.

70 An licitum sit voluntariè assumere laborem impeditivum jejunii, ut pila ludere, iter facere, &c. R. aff. quia præceptum jejunij non prohibet laborem impeditivum jejunii: ergo non peccat, qui illum assunxit; aliás peccaret quis assumendo artem laboriosam, si aliás posset non laboriosam assumere. Tum quia, quae sunt juris humani non imputantur in causam remotam, sed omnino proximam. *Pasq. Ren. q. 15. contra Villalo.* negantem in casu, quo impedimentum prævideri potuit, vel debuit; & contra *San.* id permittentem una, vel altera vice; & contra *Tamb.* dicentem id non licere, si eodem die, quo jejunari debet, impedimentum assumatur.

71 Quid si quis sumat laborem illicitum impeditivum jejunii? R. non peccare contra præceptum jejunij; quia ex hoc præcisè non præcipitur abstinentia ab operibus illicitis: ergo, &c. *Pasq. Dia. Sanci. Ren. q. 16. &c. contra Rodri. San. &c.*

72 Quid si voluntariè quis laborem impeditivum assumat, ut deobligetur à jejunio? R. id non esse licitum; quia licet non peccet quis comedendo, e. g. cibos, ex quibus prævidet pollutionem sine periculo consensus; ut docet *San.* peccat tamen si eo sine cibos illos comedat, ut pollutio sequatur, etiam si sciat non ad futurum periculum consensus: ergo ita, &c. *Axo. Dia. Lay. Ren. q. 17. &c. contra Sanci. San. Pasq. &c.*

73 Quomodo paupertas excusat à jejunio? R. excusare, si simul totum cibum pauperes habere non possint; vel si cogantur etiam leviter laborare, nam parcè vivunt, & utuntur cibis exiguae nutritionis: *Pasq.* Et denique excusantur comedendo carnes, vel lacticinia, si alii cibi eis non suppetant. *San. Lay. Less. Ren. q. 18. &c.*

74 An teneatur ad jejunium, qui non habet nisi panem in sufficieti quantitate? R. neg. etiam si habeant fructus, sint tamen Personæ nobiles: Secus si ordinariæ. Rat. est; quia illis esset nimis onerosum taliter jejunare, etiam pro una die; non autem istis. *Ren. q. 19. contra Pasq. San. &c.* absolutè negantes. Adverte tamen, quod non possunt supradicti comedere carnes, cum possint aliter sibi consulere. *Ren. ibi. contra Villa.* absolutè concedentem, & contra *Lean.* id admittentem pro Magnatibus tantum.

75 An qui non habet vinum, teneatur jejunare, si habeat sufficientia ad substantiationem? R. aff. quia vinum non nutrit, secundum aliquos. Tum quia sine vino sufficienter quis substantiatur: ergo, &c. *Dia. Bauci. Lean. Ren. q. 20. contra Pasq.*

76 Virum qui non habet pisces, possit comedere ova, & lacticia?

nia? q. aff. si non habeat alios cibos. Rat. est clara: Secus si illos
habeat, aut Persona in casu itineris, e. g. sit nobilis, affueta cibis
delicatis: quod an verum sit, tuo relinquo iudicio discutendum. *Dia. Ren. q. 27.*

77 Quomodo aliqui, pietatis officio excusentur? q. excusari, quia
jejunium præcipitur ut promotivum ad bonum, & non ut im-
peditivum majoris boni: ergo, &c. Hinc pro majori parte no-
tis assistentes agonizantibus, non tenentur die sequenti jeju-
nare. *Pasq. Ren. q. 22.*

78 Vtrum excusentur, qui jejunando sentiunt se magis ad luxu-
riam inclinatos? q. neg. quia esto cibi quadragesimales alluci
luxuriam accendant, ut volunt aliqui apud *Cara.* id tamen per
accidens est. Tum quia sunt alia remedia ad resistendum luxu-
riæ, Tum denique; quia accedere potest dispensatio: ergo, &c.
*Fili. San. Bon. Ren. q. 23. Et c. contra Pasq. affirmantem, si flumuli
sint tales, quod soleat quis consentire.*

79 An è contra, extra tempus obligationis jejunii, teneatur vidua
relieta prægnans jejunare cum periculo damni in prole, si flui-
mulis carnis agiterur? q. neg. quia potest aliis spiritualibus
remediis temptationibus occurrere. *Dia. Pasq. Ren. q. 24. Et c. con-
tra Fernandez.*

80 Quomodo majorum auctoritate excusetur quis à jejunio? q.
excusari eos, qui dubiam causam habent; quia à Superioribus
respectivè dispensari possunt: Vnde subditus certam habens
causam, dispensatione non indiget: Imò Superior ad dispensan-
dum, Medici consilio non indiget, nisi in casu, quo certò ei
conferet, causam non subesse. *Ren. q. 25.* Denique dispensare so-
lius Pontificis est, ait *Axo.* quod explicat *Fag.* ut is possit vali-
de, sed non licite sine causa; quam *Tamb.* qualencumque sus-
ficere, dixit, in dispensatione ad jejunium, non autem ad car-
nes. An autem Medicus dubius de nocturno ciborum qua-
dragesimalium, dispensare possit ad carnes? Dic cum *Ren.* &
Pasq. posse; quia in dubiis favorabilior pars est eligenda.

81 An uxor ob viri auctoritatem excusetur à jejunio ex præce-
pto? q. aff. si jejunando rixæ orientur, vel impotens reddere-
tur uxor ad reddendum debitum (quod etiam procedit in viro,
si notabiliter ex jejunio debilitaretur) vel denique, si ita uxoris
redderetur deformis, ut sciret à marito non amari. Rat. primi,
& 3. quia charitas præferenda est præcepto jejunii: ergo, &c.
*San. Fag. Pasq. Ren. q. 26. Et c. Rat. 2. quia redditio debiti est ex
iustitia; ergo, &c. San. Less. Pasq. ctc.* Hinc deducit *San.* cui con-

- sentiunt Pasq. & Bauci. nec etiam puellam nubilem teneri, si ex jejunio reddatur deformis.
- Iesuitæ an possint confiteri non approbatis ab Ordinario. v. Sacramentis Pœnit. Minister Ordi. q. 6.
- Ignorantia quotuplex, quæ, & quando à peccato, à pena, à reservatione, &c. excusat. v. Actus humani q. 3. &c. Ignorantia excomm. an, &c. v. Censura excom. majoris q. 27. et 46. v. Censura excom. Si quis, etc. q. 35. 45. etc. Ignorantia fornicationis an possit esse invincibilis. v. Luxuria simplicis, etc. q. 4. Quomodo ignorantia excusat à restitutione. v. Restitutionis ab, etc. q. 19. Ignorantia facti an excusat. v. Sacramenti Matri. q. 15. Ignorantia Clericatus an excusat ab excom. v. Censura excom. Si quis, etc. q. 46. v. Actus humani q. 23. An, et quando ignorantia excipiatur, excusatque à pena, etc. v. Jus Rei in exceptiones, etc. q. 22. etc.
- Illegitimi quando sint irregulares. v. Irregularitas q. 9. v. Irregularitas ex defectu q. 8. An possint ab Episcopo dispensari. v. Sacramentis Pœnit. Minister Ordi. ad reservata q. 22. Quando ad Ordines, vel Prelaturas promoveri possint. v. Sacramentum Ordi. etc. q. 53. etc.
- Immunitas Ecclesiastica. v. Censura excom. contra, etc. q. 1. etc. v. Iuxtræ sacrilegii q. 9. 14. et 15. v. sacrilegium q. 14.
- Impedimenta Matrimonii dirimentia, et impedientia qualia sint. v. Sacramentis Matrimonii, etc. q. 1. etc. q. 75. etc.
- Impediti adire Romam pro absolutione, &c. qui censeantur. v. Sacramentis Pœnit. Minister Ordi. ad reservata q. 7.
- Imperatores à quo possint censura ligari. v. Censura q. 16.
- Impotentia quando dirimat matrimonium. v. Sacramenti Matri. q. 45. &c.
- Improperium quid sit. v. Detractio. &c. q. 14.
- Incarceratio quid supponere debeat. v. jus Pralati ad, &c. q. 15.
- Incestus quid sit, quotuplex, &c. v. Luxuria incestus q. 1. &c. An impedit petitionem debiti. v. Luxuria simplicis, &c. q. 8.
- Indicia quando jus præbeant ad inquirendum. v. jus Pralati ad, &c. q. 14. Indicia contra Religiosos an debeant esse majora. v. ibi. q. 19. num. 1. Quando faciant plenam probationem. v. Justitia, &c. modus, &c. q. 10.
- Indicium quid sit, quotuplex, &c. v. jus, &c. justitia in causis, &c. q. 8. &c.
- Indissolubilitas matrimonii. v. Sacramentum matri. ut, &c. q. 17. &c.
- Indulgentia quid sit, etc. v. Satisfactione per Indulgentias q. 1. etc. An supplere possit pœnitentiam Sacramentalem. v. Sacramentum Pœnit. matri. prox. q. 89.

- Infamatio quid sit; Infamare mortuum, Monasterium, etc. v. De-
tractio, etc.
- Infamia juris, vel facti quid sit, etc. v. jus, et iustitia in causis, etc. q. 6.
et 7. Infamia probata an possit debeat in processu. v. jus Prelati
ad, etc. q. 16. n. 3. Quando probetur jus ad inquirendum. v. ibidem. q. 4.
- Infans quis sit. v. Contractus in genere q. 26.
- Infidelitas negativa, vel postiva qualis sit. v. op. Inno.
- Ingressus Religionis, an excuses à restituzione, v. Restitutio ab, etc.
q. 26. An dissolvat sponsalia. v. Sacramentum Matris ubi, etc. q. 17.
- Inimicitia an sufficiat ad inquirendum. v. jus Prelati ad, etc. q. 16. n.
11. An sit ratio excipiendi contra iustitiam, etc. v. jus Reis in exceptio-
nem, etc. q. 3. etc.
- Inquirere factum alterius, an sit peccatum. v. Restitutio ob destra-
ctionem, etc. q. 14.
- Inquisitio quid sit, et quatuorplex. v. jus Prelati ad inquirendum
q. 1. etc.
- Integritas carnis ad qualiter virginitatem spectet. v. Luxuria q. 4.
- Integritas Confessionis quatuorplex, etc. v. Sacramenta Poenit. mase-
ria prox. q. 23.
- Intentio in recitatione officii, an sit necessaria. v. Legis materia q. 5.
An requiratur ad facti faciendum praeceptio. v. Legis modus, etc. q.
5. etc. Intentio requisita in Ministro Sacramentorum. v. Sacra-
mentum in genere q. 14. In consecrante celebrante, etc. qualis, v.
ibi. q. 16. etc. v. Sacramentum Eucharistia q. 25. etc. q. 3. etc. v. Sa-
cramenta majorum Ordinum q. 42. etc. Requisita in fuscipiendo
Sacramentum. v. Sacramentum in genere q. 28. An requiratur in
satisfactione Sacramentali. v. Sacramenta Poenit. marea. prox.
q. 32. Quae sit necessaria ad Ordines fuscipendos. v. Sacramentum
Ordi. etc. q. 62. Quae ad matrimonium contrahendum. v. Sacra-
mentum Matris. v. etc. q. 1. etc. An sit necessaria ad lucrandas In-
dulgentias. v. satisfactio per Indulgentias q. 25. et 22.
- Interdictum quid sit, etc. v. Censura interdicti q. 1. etc.
- Interpolatio in furto quanta debeat esse, etc. v. Fursum q. 19. et 20.
- Interstitia servanda in ordinibus fuscipendis, etc. v. Sacramentum
Ordi. etc. q. 39. etc. Quis in spissis dispensare possit. v. ibi. q. 4. etc.



- 1 **Q**uid sit Invidia? R. est tristitia de alieno bono, quatenus est propriæ glorie, & excellentiæ diminutivum. *D. Tbo.*
Ren. som. 1. fol. 507. q. 1.
- 2 **V**trum sit invidia tristari de bono alterius, quatenus ipse illo caret? R. esse æmulationem, bonam & virtuosam, si respiciat bonum alterius spirituale; nec bonam, nec malam, si respiciat bonum temporalem æmulanti proportionatum: venialiter vero malam, si improportionatum. Primum constat ex illo 1. ad Corin. 12. *emulamini charismata meliora.* Probatur 2. quia licitum est ea bona desiderare, & procurare: ergo, &c. Probatur 3. quia plebejum Regi invidere, insania est: ergo, &c. *Fag.*
Ren. q. 2.
- 3 **A**n sit invidia tristari de bonis proximi, quatenus indigno tributis? R. esse peccatum indignationis, & Nettoris, ut loquitur *D. Tbo.* mortale, si Deus expressè super his quis arguat, quia sic est Dei ordinationem, graviter reprehendere. *Ren. q. 3.*
- 4 **A**n invidia sit peccatum mortale? R. aff. ex genere suo; quia opponitur charitate proximi. *D. Tbo. Dia. Ren. q. 4. contra Lorca, & Tamb.*
- 5 **Q**ui sunt effectus invidiæ? R. ex *D. Tbo.* esse quinque, videlicet odium, detractionem, susurrationem, latitiam de rebus adversis proximi, & tristitiam de secundis. *Fag.* addit mormurationem, iram, crudelitatem, & æmulationem. Ira est cupiditas vindictæ inordinata: odium est aversio voluntatis ab eo, quod aestimatur ut noxium: Crudelitas est, quando quis ex animi asperitate plus punit aliquem, quam ratio dicit, & differt à securitia, quia haec ultra delectatur in immoderatis punitionibus. *Azo: Fag. Ren. q. 5.* De cæteris locuti sumus, *Ver. detrac.*
- 6 **A**n licitum sit aliquando irasci? R. cum irasci veniat ab ira, & haec sit appetitus vindictæ ordinata, vel inordinata. Irasci erit licitum, vel non, si ea ordinata, vel inordinata sit. Probatur ex *D. Tbo.* dicente 22. q. 153. Iram esse appetitum vindictæ, qua homo potest benè, vel male uti. Ira inordinata secum differt rixam, tumorem mentis, contumeliam, clamorem, indignationem, & blasphemiam. *D. Tbo. Nav. Leff. Ren. q. 6. &c.*
- 7 **A**n odium Dei, & proximi differant specie? R. aff. immo & genere, si odium sit specialiter contra Deum, & contra proximum: Secus si consistat in privatione perfectionis debitæ, id est cha-

charitatis. Rat. primi; quia peccata contra Deum, & contra proximum differunt specie, & genere. Vnde constat ad 2. *Fili.*
Ren. q. 7.

3 An crudelitas sit peccatum mortale ex suo genere? R. aff. quia ea tunc evenit, quando poena, quæ datur ob vindictam est major, & gravior, quam oportet: ergo, &c. *Fag.* Hinc potest esse veniale ex imperfecta deliberatione, vel si excessus non attingat mortale. *Ren. q. 8.*

9 Cui virtuti opponatur invidia? R. invidiam, sicut acediam propriè opponi effectibus charitatis, sicut odium propriè charitati. Effectus autem charitatis sunt, gaudium de bonis proximi, alacritas, jucunditas, & lætitia de rebus divinis, quibus opponuntur invidia, & acedia, quæ est tristitia de rebus divinis, & est vitium capitale (sicut invidia) quia ab ea procedunt desperatio, pusillanimitas, torpor animæ, malitia, rancor, & evagatio mentis. *Azo. Ren. q. 9.*

Involuntarium. v. Actus humani.

Ira quid sit. v. Invidia.

Irregularitas ex delicto, an tolli possit in casu necessitatis à simplici Sacerdote. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. q. 17. Irregularitas ex illegitimitate, vel ex defectu lenitatis, an possit ab Episcopo dispensari. v. Sacramenti Pœnit. Minister Ordin. ad reservata q. 22. Quando irregularitas incurritur ab Ordinando. v. Sacramentum Ordinis, &c. q. 9. Quando ab excommunicatis. v. Censura excom. majoris q. 11.

I R R E G U L A R I T A S. Quaræ.

3 **Q**uid sit? R. est canonicum impedimentum ex facto, vel defectu proveniens, quo quis ad Ecclesiasticos Ordines promoveri, & jam promotus in iisdem ministrare prohibetur. *Say. Ren. tom. 2. fol. 663. q. 1.*

2 An sicut irregularis non potest promoveri ad Ordines, nec in promotis exerceri, ita privetur beneficiis? R. ante Judicis sententiam non privari beneficiis jam obtentis; invalidè vero nova obtainere beneficia requirentia usum Ordinis. Probatur primum ex cap. literis de excessu Prælatorum: ubi præcipitur, ut regularis privetur beneficiis: ergo, &c. *Bon. Less. Say. &c.* Probatur 2. quia beneficia dantur propter officium, seu exercitium ordinis: ergo, &c. *Less. Nav. Bon. Rev. q. 2. &c. contra Pettiz. Syl. Lay.*

3 *Vtrum*

- 3 Vtrum irregularis privetur jurisdictione fori contentiosi ex beneficio proveniente? &c. neg. quia irregularitas solum privat Ordine, & ejus usu; potestas autem jurisdictionis est distincta ab Ordine, & ejus usu. *Fili.* Imò nec irregularis privatur jurisdictione in foro pœnitentiae, quamvis illicite absolveret: Tempore verò irregularitatis, novam, & ordinariam accipere non potest, benè verò delegatam, sine exercitio tamen. *Rat. primi,* quia irregularis non amittit officium, vel beneficium jami obtentum, nec ei deest potestas Ordinis, & jurisdictionis: ergo, &c. *Rat. 2.* quia ea potestas venit ab usu Ordinis, quo privatur irregularis: ergo, &c. *Fili.* *Rat. 3.* quia ea est annexa officio, vel beneficio, quod validè irregularis recipere non potest: ergo, &c. *Fili.* *Rat. 4.* quia delegata jurisdictione neque ab officio, neque à beneficio pendet: ergo, &c. *Pelliz.* *Fili.* *Rat. 5.* quia usus Ordinis, à quo venit exercitium, est irregulari interdictus. *Bon.* *Ren. q. 3.*
- 4 Quid requiratur ad incurrendam irregularitatem ex delicto? Ad eam contrahendam requiritur primo peccatum mortale; quia irregularitas est pena gravis: ergo culpa proportionata: *Tamb.* *Bon.* *San.* &c. 2. requiritur actus externus, & consumatus, non tamen attentatus (nisi aliter expressum sit in iure) quia Ecclesia non judicat de internis; & quia odia sunt restringenda. *Fili.* Requiritur plena deliberatio; quia tam gravis pena requirit actum perfectè voluntarium; sic amens, dormiens, &c. non incurruunt. *Tamb.* *Ren. q. 4.* &c.
- 5 Vtrum impuberis ligentur pena irregularitatis? &c. aff. ex Clem. *fifuriosus de homicid.* ubi Clem. V. eximit tantum à pena irregularitatis furiosos, infantes, & dormientes: ergo, &c. Tuin quia Canones imponunt irregularitatem ob homicidium, voluntarium, quod ut tale, in pueris ante pubertatem esse possit: ergo, &c. *Lay. d. Janu.* *Ren. q. 5.* contra *Pala.* *Tamb.* &c. An autem puer, cui ante septennium est acceleratus rationis usus, incurrit irregularitate ob homicidium. Dic cum *Dia.* non incurrit; quia in dicta Clem. generaliter excipitur infans: ergo, &c.
- 6 Num requireatur, ut opus externum consumatum sit publicum? &c. neg. quia Trid. *sess. 24. cap. 6.* de ref. concedit facultatem Episcopis dispensandi in omni irregularitate ex delicto occulto proveniente, excepto homicidio voluntario: ergo, &c. *Dia.* *Sua.* *Pelliz.* *Tamb.* *Ren. q. 6.* etc. contra *Bauni.* cuius opinionem improbabilem reputat *Dia.*
- 7 An ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiratur, ut actus

actus prohibitus sit cognitus, non tantum ut contra jus divinum, vel naturale, sed etiam ut contra praeceptum Ecclesiae, & in ratione paenae &c. ad primum aff. quia Ecclesia censetur imponere hanc paenam suae legi non obedientibus: ergo, &c. Coni. San. Pala. Ren. q. 7. &c. contra Sua. Huri. &c. Vnde art 2. q. neg. quia cum irregularitas sit pena exorbitans, non incurritur, nisi adsit scientia paenae. Pala. Nav. Bon. &c. contra quosdam. Qu id autem dicendum sit in dubio irregularitatis. v. Consciētia q. 88.

¶ Vtrum irregularitas multiplicetur, repetito actu sub ea prohibito, ut inde multiplicari debeant dispensationes? &c. aff. si delicta sint diversæ rationis, ut homicidium, & violatio censure: Secus si ejusdem, ut si excommunicatus saepius celebraret. Excipitur homicidium repetitum. Rat. primi, & 2. quia irregularitas est inhabilitas per modum habitus: ergo non potest quis amplius ex eadem causa inhabilitari. Coni. Rat. 3. est stylus Cu-
riæ. Casp. Coni. I amb. Ren. q. 8. &c. contra San. Fili. Pala. &c.

¶ Quomodo cesset irregularitas: Cessat primò irregularitas ex delicto per susceptionem Baptismi (nō sic irregularitas ex defectu, nisi ex defectu lenitatis.) Dia. T amb. Sd. quia tollitur per ipsum culpa: ergo, &c. 2. irregularitas ex defectu natalium cessat ex jure communī per professionem religiosam, ex cap. finali de si-
lis Presbytero. quod intelligit Fili. quoad Ordines tantum, non quoad dignitates, & Praelaturas. Dixi ex jure communī: nam ex privilegio Mendicantium tolluntur omnes, praeter eam, quæ oritur ex bigamia, & homicidio voluntario. 3. cessat irregularitas ex cessatione cause, defectus scilicet etatis, ignorantiae, &c. 4. cessat per dispensationem Papæ, vel Episcopi, si huic dispensatio concedatur, ut jure novo Trid. ea conceditur in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto, non deducto ad forum contentiosum, excepto homicidio voluntario. Fili. Ren. q. 9.

¶ Potest ne aliquando Episcopus dispensare in irregularitate
orta ex homicidio? &c. non posse Episcopum dispensare in ir-
regularitate orta ex homicidio, sive justo, sive injusto (etiam oc-
culto) sive orta ex repentina rixa, sive deducta ad forum con-
tentiosum, & post judicium finitum, Reum punitum, & paenitentiam peractam. Rat. primi, & 2. quia Trid. concedit Episco-
pis tantum irregularitates occultas, ex delicto occulto prove-
nientes, excepto homicidio voluntario: ergo, &c. Dia. Ren. q. 10.
contra Caje. Cara. &c. quoad primum; & contra Covar. Pelliz.
&c. quoad 2. Rat. 3. quia homicidium ex rixa est volunta-
rium, de quo loquitur Trid. quia intentum, & volitum in se,
quam-

quamvis in rixa; quæ casualliter ad voluntarium se habet. *Tamb. Cornejo. &c. contra Rodri. Avil. &c. Rat. 4.* nam tunc licet finitum sit judicium, delictum tamen remanet publicum: ergo, &c. *Ren. contra Henr. Avil. de Janua. &c.*

11 An Episcopus dispensare possit in irregularitate ex homicidio casuali, vel ex mutilatione orta? *R. ad primum aff. si homicidium sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum; quia ut homicidium juxta mentem Conci. sit voluntarium, debet esse volitum in se; casuale autem est tantum volitum in causa.* *Tamb.* Vnde ad 2. *R.* etiam aff. si mutilatio sit occulta. Patet ex dictis. *Fili. Dia. Ren. q. 11. Tamb. contra San.*

12 Vtrum laicus ex commissione Pontificis dispensare possit in irregularitate *R. aff. quia Pontifex, qui iuri canonico praest, committere potest laico absolvendi facultatem ab excommunicacione: ergo à fortiori ab irregularitate.* *Palud. Panor. Ren. q. 12. &c.*

I R R E G U L A R I T A S E X D E F E C T U . Quare

1 **Q** Votuplex sit? *R.* Irregularitates ex defectu, alias esse ex defectu animi, ut sunt perpetuò amentes, &c. alias ex defectu corporis, ut est cœcus, &c. alias ex defectu natalium, ut sunt illegitimi; alias ex defectu libertatis, ut sunt servi, milites, Thesaurarii, &c. *Ren. tom. 2. fol. 669. sec. 2.*

2 Quomodo patientes defectum animi sint irregulares? *R. primò, perpetuò amentes, vel continuò furiosos ad ordines promoveri non posse, etiam post sanitatem obtentam (si amentia fit ad tempus) nec ad usum receptorum admitti, ex cap. maritum a dist. 33. Dia. R. 2. Illiteratos, & Neophyti esse irregulares ex cap. Illiteratos dist. 36. & ex cap. 1. dist. 44. Neophyti enim sunt illiterati in fide.* *Tamb.* Horum ignorantia cum irregularitate intelligitur cessare post temporis spatium Episcopi arbitrio. *Tamb. Ren. q. 1. contra Bon. &c. requirentes decennium.*

3 Qui corporis defectus irregularitatem inducant? Inducit primò cœcitas, ex cap. ult. dist. 55. quæ si post Sacerdotium contingat, prohibet sub mortali celebrationem, in quo potest Pontifex dispensare. *Propos. Sos. &c. contra Nug.* Quod si Sacerdos sit tantum luscus, poterit cum socio celebrare. *Tamb.* vel si cœcitas sit unius oculi, etiam sinistri, non erit censendus irregularis, si poterit cœcus absque deformitate se-ad legendum vertere. *Tamb. Nav. Lay. &c. contra aliquos.* Inducit 2. irregularitatem surditas totalis; quia respondentem ministrum surdus audire

audire non potest. *Bon. Lay. Tamb. etc.* Quod si surdus careat tantum una, vel altera aure, non erit irregularis; quia hoc non assert debilitatem, vel deformitatem, cum crinibus defectus tegi possit. *Dia. Tamb. Ren. q. 2. etc.* contra *Fili. Nav. etc. 3.* irregularis est, mutus totaliter; non autem balbus non notabiliter talis. *Sot. Tamb.* qui subdit, irregulararem esse, qui habet labium demissum, ita ut dentes apparent, vel divisum.

4 Quomodo claudus, mancus utraque, vel altera manu, carens namque sit irregularis? *R.* Irregularis est claudus, si nullo modo ad Altare accedere possit, aut stare, nisi cum baculo, vel pede ligneo, ex cap. *Nullus Episcop. de consecrat. dif. 1.* & ex *Fili.* Irregularis est mancus utraque, vel altera manu, vel pollice, & indice carens. Et idem dicendum de habente manus tremulas cum periculo effusionis sanguinis; cum quo tamen, accedente justa causa, Puntifex dispensare potest, concedendo absolutionem alterius Sacerdotis. *Dia.* Quod si Sacerdos se signando nec frontem dextera tangere, nec hostiam utraque manu elevere possit, erit, apud *Coto.* irregularis; quia haec est maxima deformitas. Denique erit irregularis carens naso, vel ejus parte; nisi defectus arte suppleretur. *Ren. q. 3.* *Tamb. Syl.* qui addit, non esse irregularem, habentem sine magna deformitate, vel impedimento 6. digitos conjunctos, vel divisos.

5 Quomodo notabiliter gibbosus, leprosus, paralyticus sint irregulares? Gibbosus, qui erecto capite stare non potest est irregularis. *Bon.* Leprosus, qui manus, labia, &c. corrosa habet, non solum est irregularis, ex cap. *cum percussio de Clericis agrotant.* sed ex *Say.* nec coram aliis leprosis celebrare potest, si lepra contingat post Sacerdotium. Idem dicendum de iugi scabie, vel morbo gallico foriis apparente laborantibus. *Pelliz.* *Bon. Ren. q. 4. etc.* Laborantes paralyti sunt irregulares, ex cap. *ult. de Clericis agrotis.* *Say.* qui id extendit ab laborantem apoplexia; quia si illa unum tantum membrum dissolvit, haec autem totum corpus.

6 Quomodo Monstruosus, Pigmeus, Gigas, & Athiops sint irregulares? Monstruosus, id est habens tres manus, &c. est irregularis, ex cap. *qui in aliquo dif. 5 1.* Idem ob notabilem deformitatem assert *Tamb.* de habente manum, e. g. altera amplior rem notabiliter. Sunt etiam irregulares Pigmei, & Gigantes ob defectum, vel excessum quantitatis, quod intelligendum est inter dissimiles statura; quia inter hos tantum sunt ridiculi. *Fili. Say. Ren. q. 5.* Sint ne Athiopes irregulares apud nos? id remittendum esse, dixit *Tamb.* (contra *Gav.* absolute negantem) *Judicio Episcopi.*

- 7 An Eunuchi sint irregulares ? v. non consentiens in sui castrationem, non est irregularis, ex cap. qui partem diff. 55. Dia. Lef. etc. Consentiens vero, irregularis est, ex cap. si quis abscondit diff. 55. Dia. Sag. Ren. q. 6. contra Pala.
- 8 Quomodo sit quis irregularis ex defectu natalium ? 1. ex defectu natalium est quis irregularis, ex cap. quando diff. 24. et cap. 1. de filiis Presbyt. Cessat vero haec irregularitas, primò per subsequens matrimonium, etiam quoad dignitates, præter Cardinalatum, ex speciali const. Xifti V. 2. cessat per Professionem religiosam. 3. per dispensationem solius Pontificis quoad Ordines sacros: quoad minores vero cessare potest per dispensationem Episcopi circa suos subditos; unde illegitimo conferre potest Episcopus beneficium non requirens Ordinem sacrum. Tamb. Ren. q. 7.
- 9 Quomodo ex defectu Sacramenti sit quis irregularis ? 1. ex defectu Sacramenti est irregularis bigamus, id est, ille, qui secundas nuptias consumavit; quia minus aptè representat conjunctionem unius Christi cum Ecclesia: Bigamia autem triplex est Vera, Interpetrativa, & Similitudinaria. Prima est, cum duplex matrimonium verum, & validum contrahitur, & consumatur. 2. est, cum quis dicit (etiam invalidè) corruptam, vel dicit viduam (intellige carnaliter etiam corruptam è priori marito) vel vivente prima uxore contrahit cum alia, & cum ea copulam habet; vel denique scienter suam cognoscit, ab alio non per vim cognitam, ita Propos. Sd. &c. 3. denique est, cum quis post matrimonium solemne castitatis in sacri Ordinis susceptione, vel in solemni professione, contrahit cum quacumque matrimonium. Quovis modo contingat bigamia, erit bigamus irregularis, ex cap. 1. 2. & 3. de bigamis; & ex Trid. sess. 23. c. 17. de refor. Bon. Ren. q. 8.
- 10 Quæ sit irregularitas ex defectu lenitatis ? Incurritur irregularitas haec in justa hominis occisione, vel mutilatione, effectu secuto, quæ fit vel à Ministris justitiæ, vel in bello justo. Ministri autem sunt, Judex, Accusatores, Testes, Advocati, &c. comitantes reum ad supplicium securitatis causa, &c. quia homines cooperantur, ex cap. si quis viduam diff. 56. Et dicitur ex defectu lenitatis, id est mansuetudinis Christi, quam supradicti non imitantur. Hinc contra Bon. non est irregularis, primò qui Reo dicit: ascende scalam, suppone caput; vel carnifici, ut citò faciat, &c. Vaj. &c. 2. qui vendit funes, vel qui conficit furcam, &c. quia hi omnes non operantur ut Ministri justitiæ, contra quos

- quos jura irregularitatem inponunt. *Pelliz. Pala. Hurs. Ren.*
q. 9. &c.
- 11 An Iudex per reiteratas sententias plures irregularitates incurrit? *R. aff. quia sunt plures actiones. Tamb. Ren. q. 10.*
- 12 An Ecclesiastici habentes jurisdictionem temporalem, possint absque irregularitate committere laicis munus judicandi in causa mortis? *R. aff. ex Pelliz. &c. Probatur ex cap. ulti. de Clericis, & Monac. ex praxi Galliae, Poloniæ, Germaniæ, &c. ubi Episcopi, &c. habentes jurisdictionem temporalem, laicis illud munus committunt. Ken. ib.*
- 13 Quomodo Inquisitores possint absque irregularitate Reos Iudicibus secularibus tradere puniendos, & morti damnandos: & idem queritur de Episcop. & Regularibus tradentibus Clericos, vel subditos morte puniendos? *R. quia censetur Pontificem in his dispensasse; sicut, ex Pelliz. Paul. IV. pro Ministris S. Officii dispensavit. Bon. Ren. ib.*
- 14 Quid dicendum de irregularitate ex defectu lenitatis, quæ contrahitur à militibus in bello? *R. in bello injusto (et si justo putato) omnes proximè cooperantes irregularitatem incurre. Tamb. Pelliz. In justo vero, & merè defensivo, nullum irregularitatem incurre: quod si bellum sit etiam aggressivum, is tantum incurrit, qui mutilat, vel occidit propria manu, ex cap. petitio de homic. Fili. Ren. q. 15.*
- 15 Estne irregularis ille, qui ex justa defensione aliquem occidit? *R. Si excedat moderamen inculpatae tutelæ, erit irregularis ex delicto, ex cap. si quis viduam cit. Si vero non excedat, nullo modo erit irregularis, ex Clemenc. si furiosus de homic. est contra D. Tho. immo etiam si defensio esset in ordine ad tuendum, bona temporalia propria, vel sui proximi. Dia. Pelliz. &c. & invasus dederit invasioni causam. Bon. aut denique possit sine ignominia fugere. Comito. Fili. Ren. q. 16. &c. contra Lag. Hinc irregularis erit Religiosus, qui potens fugere, invasorem occidit. Pelliz.*

IRREGULARITAS EX DELICTO. Quares.

- 1 **Q**uae sit irregularitas, quæ oritur ex reiterata Baptismi susceptione? *R. Non solum is, qui rebaptizatur, sed etiam baptizans, & cæteri huic ministrantes, incurront irregularitatem, ex cap. Quibus de consec. diff. 4. & ex cap. i. De Apostolis: quod intelligendum est, dummodo non adsit ignorantia juris, vel*

- vel facti , factè quis non rebaptizet , item sub conditione (ne-
sciens tamen aliquem esse baptizatum) & denique occultè non
ministret. *Fili. Pelliz. Ren. fol. 679. q. 1.*
- 2 Quomodo ex exercitio Ordinis , quem quis non habet , sit irreg-
ularis ? *R.* esse irregularēm quoad Ordines suscipiendos , &
quoad susceptos suspendi , ex *Fili.* per biennium , vel triennium
Episcopi arbitrio , ex cap. 1. de Cleri. non ordinatis ministri. Ad
hoc autem requiritur . Primo peccatum mortale . 2. ut so-
lemniter iste talis exerceat actum Ordinis , quem non habet . 3.
ut ex animo , & non per jocundū id faciat. *Lay.* Idem dicendum ,
videlicet esse irregularēm in quovis Ordine eum , qui per sal-
tum promotus ministrat in Ordine prætermisso . *Pelliz.* Hinc
cum dictum cap. cit. loquatur de Clericis , non incurrit irregu-
laritatem laicus ministrans in Ordine , quem non habet . *Lay.*
Dia. Ren. q. 2. 5°c. contra Fili. Sua. 5°c.
- 3 In quo casu sit quis irregularis ex indebita Ordinum suscep-
tione ? *R.* esse in uno tantum casu irregularēm , videlicet quando
furtivè Ordines suscepit ; ut si non examinatus , vel non admis-
sus , aut usurpato alterius nomine , hujus locum occupat . *Fili.*
Pelliz. Dia. Ren. q. 3. Cæteri verò casus , ut Ordines suscipere
ab alieno Episcopo , extra tempora , &c. potius suspensionem
inducunt , quam irregularitatem .
- 4 Quomodo ex infamia sit quis irregularis ? *R.* ex infamia juris ,
idest à jure ob delictum imposta , fieri quem irregularēm erga
susceptos , & suscipiendos Ordines: Ex infamia verò facti (idest ,
delicti , quod apud viros probos censetur infame) fieri irregu-
larēm tantum ad Ordines suscipiendos ; nisi per emendatio-
nem infamia cesset , ex cap. *infantes* 6. q. 1. *Pelliz. Bon. Ren. q. 4.*
Delicta autem , quibus à jure imposta est infamia ; sunt Apo-
stasia à fide , Raptus mulierum , Perjurium in judicio , Simonia ,
Sodomitria , Crimen hæresis , læse Majestatis , Hostilis persecutio
Cardinalium , crimen , quo usurpæ usurarum exiguntur , Duel-
lum , Pugna cum feris , Duplex matrimonium cum duabus vi-
ventibus , Lenocinium , Prostitutio filiæ , vel neptis , & alia re-
lata à *Bon.*
- 5 Quomodo ex delicto hæresis sit quis irregularis ? Hæretici , eo-
rumque fautores sunt irregularēs , etiam si hæresis sit occulta :
dummodo exterius hæresim manifestent , ex cap. *saluberr.* 5° ex
miss. de heret. in 6. Schismatiaci verò non sunt irregularēs , si
schisma non sit conjunctum cum hæresi ; quia non est hoc ex-
pressum in jure . *Bon.* Rursus Apostolæ à fide sunt irregularēs ,
ex

- ex cap. bi, qui, dif. 50. Bon. contra Pelliz.** Denique suspecti de
hæreti sunt irregulares, si suspicio oriatur ex eo, quod faveant
hæreticis: Si verò ex alio criminе, erunt irregulares ex infa-
mia criminis, si hoc publicum sit. *San. Fili. Ren. q. 5. &c.*
- 6 Ex quo homicidio voluntario oriatur irregularitas?** R. ori-
tam ex directe, quām ex indirecte volito; cummodò causa sit
proxima, & mors fuerit secuta. *Bon. Pelliz. & Covarru.* pro sua
sententia 10. textus afferens. Deinde irregularis etiam est coo-
perans sive directe, sive indirecte ad homicidium, **ex cap. fiscus**
dignum 55. de homic. Pelliz. Ren. q. 6.
- 7 Estne irregularis ille, qui negativè se habet in occisione alicu-
jus, vel ratam habet occisionem suo nomine factam?** R. ad pri-
mum neg. si tantum ex charitate tenetur homicidium impedi-
re; quia irregularitas est imposta homicidio propriè dicto, idest
contra iustitiam: si autem ex iustitia tenetur, est irregularis, si
non impedit, quia sic peccat contra iustitiam: ergo irregulari-
tatem incurrit ex homicidio injusto. *Bon. Lay. Say. Ren. q. 7. &c.*
contra *Hars.* Vnde ad 2. R. etiam neg. quia irregularitas sup-
ponit homicidium faciendum, non factum; imponitur enim, ei
qui est causa homicidii. *Dia. Vasq. Coni. &c.*
- 8 An sit irregularis ille, qui præbet arma ad occidendum suum
inimicum?** R. aff. si prævideat eum, cui armia vendit, &c. occi-
surum aliquam determinatam Personam: Secus si indeterminata-
tam, ut si illis armis uti velit ad injustum bellum; tunc enim
non est causa proxima occisionis, & censendum est illis armis
nullum fuisse occisum. *Tamb. Ren. q. 8.*
- 9 Quid dicendum, si plures eundem successivè vulnerarunt, an
omnes irregularitatem incurrant?** Dico primò, si ex tertio vul-
nere à Petro inficto Paulo v. g., non communicato consilio,
hic statim moritur, solus Petrus est irregularis; omnes tanien
vulnerantes sunt irregulares, si mors non statim sequatur. Rat.
primi; quia tunc mors censetur ex tertio, non ex aliis secuta:
ergo, &c. Rat. 2. quia saltem omnes mortem acceleraverunt:
ergo, &c. ob hanc etiam rationem, idem dicendum, quando
plures eundem leviter percutiunt, sive communicato consilio,
sive non, & percussus ex febri, v. g. superveniente, moritur.
Ren. q. 9. Coni. Bon. &c. Dico secundò, si plures communicato
consilio, alii graviter, alii leviter eundem percutiunt, om-
nes sunt irregulares; quia tunc leviter percutientes facti sunt
animosiores: Quod si non communicato consilio id contingat,
leviter percutientes tunc tantum non incurront, quando certi
sunt,

Q.

- sunt, leves eorum percussionses ad mortem non concurrisse. *Dia.*
- 10** An associantes occisorem, vel assistentes ad alterius necem, sunt irregulares, si dubium sit quis occiderit? Loquimur de associante, &c. non communicato consilio, sed in rixa. *R. neg.* quia quando non constat de cooperatione, licet sciatur homicidium ab aliquo illorum fuisse commissum, nullus presumendus est irregularis in foro externo; quia nullus presumitur malus, nisi probetur. *Ren. q. 10. contra Lay.*
- 11** Vtrum ex homicidio casuali, id est volito in causa, sed non in se, oriatur irregularitas? *R. aff.* si quis dando operam rei, et si licet, non adhibuit diligentiam ad evitandum homicidium, de quo dubitabat; quia est sufficienter voluntarius, & sic peccaminosum: ergo, &c. *Bon. Tamb. &c.* Quod si dando operam rei illicitae, adhibuit omnem diligentiam, non incurrit irregularitatem; si ex opere illicito raro mori sequi soleat. *Rat. primi;* quia tunc homicidium non in se, nec in causa ob diligentias, est voluntum: ergo, &c. est contra *D. Tbr.* *Rat. 2.* quia quando opus est de se periculosum, nulla diligentia adhiberi potest, ne mors sequatur. *Bon. Less. Fili. Ren. q. 11. &c.*
- 12** An censendus sit irregularis Sacerdos, qui parans insidias feris ad necem, in insidias incidit homo, & mortuus est? *R. neg.* si sufficientem diligentiam adhibuit ad praecavendum homicidium. *Rat. quia venatio hominis praedicta non est ex prohibitis Clericis, cum non sit de se induciva mortis; etenim Clericis interdicta est venatio aprorum, ursorum, &c. ob mortis periculum.* *Tamb.* Irregularis tamen erit ille, qui adhibendo debitam diligentiam ad occidendum determinate Petrum, casu occidit Paulum, si certò putet se occisurum hominem; quia diligentiam non adhibuit cavendi homicidium, ut sic. *Fili. Petiz. Ren. q. 12.*
- 13** Vtrum dormiens assuetus in somno occidere, sit irregularis, si prævidens occisionem, se somno dedit? *R. neg.* si debitas diligentias adhibuit ad praecavendam occisionem: Secus si non; quia quando debitæ diligentiae non sunt adhibitæ, tunc adest homicidii culpa: ergo, &c. *Tamb. Bon. Ren. q. 13.*
- 14** An adulter efficiatur irregularis, si maritus cognito adulterio occidat uxorem? *R. aff.* si adulter prævidit, adulteram à suis occidet, nec caute se gescit in removendo periculum; quia facit actionem illicitam, & de se periculosam homicidii: Secus si caute se gescit; quia illud adulterium, ut se tenet ex parte adulteri, non ordinatur per se ad adulteræ homicidium. *Ren. q. 14. Fili. Lay. &c. contra Nav. &c. absolutè affirmantes, & contra Navarram, &c. absolutè negantes.*
- 15** In-

- 15 Incurritur ne irregularitas ab eo , qui saltans cum muliere prægnante , aut copulam cum ea habens , est in causa , ut illa abortum faciat ? *Ry.* ad primum aff. si saltatio sit immoderata ; quia tunc saltans dat operam rei illicitæ de se inductivæ abortus: Secus si saltatio sit consueta. *Pelliz.* *Bon.* &c. Vnde ad 2. *Ry.* etiam aff. si copulam habens coit ex intentione abortus. *Ren.* q. 15. Hinc, est etiam irregularis ille, qui secum defert mulierem prægnantem per loca periculosa : ut si per tecta apud se venire jubeat, unde fœmina moritur, vel abortum facit; quia cooperatur ad abortum : Secus si consilium tantum dedit, non abortus, sed ut per ea loca transiret; quod ipsa cautè facere poterat. *Dia.*
- 16 Sunt ne irregulares Medici, & assistentes infirmis , si ex eorum cura, & assistentia casualiter mors infirmi sequatur? Supponendum est, medicinam phylicam nulli esse prohibitam; chirurgicam vero Monachis , & Clericis tantum in sacris : Hoc supposito. *Ry.* ad primum, Medicos laicos, sive physicos, sive chirurgicos non incurrere irregularitatem , si juxta eorum artem current, vel mutilent infirmos , etiam si mors infirmi præter intentionem sequatur; quia dant operam rei licitæ: Quod si Medicus applicando infirmo medicamentum dubium peccaret, incurreret utique irregularitatem . Idem quoad physicam dicendum est de Monachis , & Clericis . *Ren.* q. 16. Quoad chirurgicam vero artem , tam Monachi , quam Clerici irregularitatem incurront, si eam exerceant per adiunctionem , vel incisionem (nomine cuius non venire venæ incisionem ex *Mol.* contra *Aail.* dixit *Dia.* quia ea spectat ad tonsores) etiam si periti sint in arte, & adhibeant omnem diligentiam. *Mol.* *Lay.* *Bon.* &c. ex cap. tua nos de homic. contra *Cini.* *Sor.* &c. negantes interveniente artis peritia. Dixi, si exerceant; nam si tantum consulant, vel jubeant incisionem , non incurront ; quia in dicto cap. tantum incisio prohibetur, non iusillo illius. *Dia.* Vnde ad 2. Assistentes infirmis, qui eos de latere ad latus vertunt, erigunt, &c. non incurront irregularitatem , si ex his actionibus mors infirmi sequatur; nisi quando ex odio(& hoc exterius demonstrato) quis has actiones faciat, ut infirmus citius moriatur. *Rat.* *primi;* quia tunc nulla est culpa: ergo, &c. *Fili.* *Dia.* &c. ex quo ad 2. quia ad incurrēdam irregularitatem requiritur actus externus consumatus. *Pelliz.*

- 17 An mandans , vel consulens aliquid , ex quo sequitur homicidium casuale , incurrat , &c. Eodem modo respondendum est, quo locuti sumus de committente homicidium casuale . *Tamb.*

Q. 2

Quid

**Quid autem dicendum, si quis mandans aliquem verberari, ex-
pressè tamen prohibuit occidi ; an sit irregularis, si inde mors
sequatur? Dic cum *Sua. Fili. etc.* incurrere; quia actio de se est
periculosa, & induxtiva mortis ut plurimum : & propter ean-
dem rationem incurrit irregularitatem, mandans homicidium,
si mandatarius ipse occiditur, etiam si diligentia fuerit adhi-
bita. Tum quia hic casus videtur expressus in cap. ulti. de bomic.
Sua. Say. Ren. q. 17. etc. contra *Hurt. de Lugo, etc.***

**18 An sit irregularis, qui consulit amico delictum, v. g. fugam
de carcere, vel bello, aut furtum, cui pena mortis annexa est,
si inde mors amici sequatur? R. neg. quia non est positiva causa
homicidii. *Caspe.* Idem dicendum de eo, qui mandat alteri, ut
aliquem, ipso satis viribus inferiorem, occidat, si postea manda-
tarious ipse occidatur. *Bon. etc.* Aliter discurrendum est, quando
actio de se est periculosa homicidii. Unde incurrit irregularita-
tem, qui consilium dat in duello pugnandi, vel infidias inimico
tendendi, ex quo consultus moritur. *Tamb. Ren. q. 18.***

**19 Quomodo ex mutilatione membra oriatur irregularitas? Ex cap.
in *Archiepiscopatu do raptoribus*, et ex aliis, irregularitas homi-
cidio imposita, extenditur ad membra mutilationem: Quid au-
tem veniat nomine membra, quid nomine mutilationis. Re-
spondet ad primum *Tamb.* membrum esse partem corporis,
quæ proprium, & distinctum munus exercet in corpore: sic
sunt oculi, aures, nares, manus, &c. non autem labia, dentes,
capilli, &c. quia etsi haec partes aliquod munus exerceant, hoc
tamen non est particulare, sed tantum adjuvant, vel insunt in
corpore ad munia quedam communia; ut sunt aures (intellige
quoad cartilagines tantum) Hinc digiti non sunt corporis mem-
bra, sed pars membra. *Dia. Fili. Bon. Ren. q. 19. etc.* contra *Gaje.*
& *Sorum*, & è contra, mammillæ mulieris sunt ipsius mem-
bra. *Tamb. Sua. Say. etc.* contra *Dia.* Inquiri potest quoad 2. an
debilitans tantum membrum, vel arefactum mutilans, irregu-
laritatem incurrat? Absolutè neg. R. *Tamb.* contra *Graffium,*
etc. quamvis illud ineptū redderet ad operationes; quia in ma-
teria irregularitatis non est facienda extensio de casu ad casum,
videlicet de mutilatione ad debilitationem, licet casus similes
videantur. Ad 2. idein *Tamb.* dicit incurrit irregularitatem,
mutilantem arefactum membrum; quia Sacri Canon. non di-
stinguunt de membro arefacto: ergo nec nos distinguere
debemus.**

Irisio quid sit. v. Detracitie, etc. q. 14.

Irritatio voti. v. Conscientia q. 67. v. Votis irritatio, &c. Facta sine causa. v. ibi. q. 17.
 Jubileum quid sit, &c. v. Satisfactio per Jubileum q. 1. &c.
 Judaismus quomodo repugnet rebus fidei. v. op. 4. Inno.
 Iudei an contrahant malum odorem in panam perfidia. v. Sacramentum Bapt. q. 50.
 Iudex quando teneatur offendere testibus jus ad interrogandum: v.
 Iustitia, & modus, &c. q. 19. Quando Reo. v. jus Pralati in Rei, &c. q. 5. & 6. Quomodo in ferendis sententiis, &c. v. Conscientia q. 17. &c. v. op. 2. Inno. Quomodo in interrogando. v. jus Pralati in Rei, &c. q. 78. &c. Sciens innocentiam Rei convicti, an possit, &c. v.
 Iustitia sententia q. 4. Quid possit quando Iudex est excommunicatus. v. Censura excom. majoris q. 31. &c. Quando careat iure interrogandi. v. op. 26. Inno.

Judicium temerarium quid sit, &c. v. Detraction, &c. q. 16.
 Juramenti commissariorum involvatur novum juramentum, sicut vobis
 commutatio novum volum. v. Votis irritatio, &c. q. 32.
 Juramentum, ejusque materia. v. Conscientia q. 59. v. Juramentum.
 v. op. 24. &c. Inno. v. Legis modus, etc. q. 2. et 7. Juramentum
 quando, et quomodo sit necessarium in absolutione censurarum. v.
 Censura q. 31. v. Censura excom. Si quir, etc. q. 55. Juramentum
 an firmet contractum invalidum. v. Contractus in genere q. 9. An
 dispensari possit virtute Iubilai. v. Satisfactio per Iubilatum q. 31.

J U R A M E N T U M . Quæres.

- 1** **Q**uid sit & juramentum est invocatio divini nominis, sive expressa, sive tacita, sive factis, sive verbis. Dicitur, *Divini nominis*, idest etiam existimati; ut cum quis jurat per falsos Deos, quos veros existimat, vel super librum profanum, per Evangelia. *Ren. tom. I. fol. 113. q. 1.*
- 2** Quotuplex sit juramentum? & juramentum dividitur in Assessorium, quod est de re, sive praesenti, sive praeterita; & in Promissorium, quod est de re futura, duplicem veritatem requirens, unam de praesenti, alteram de futuro: Item juramentum, aliud est Execratorium; ut cum Deus etiam in vindicem adducitur; aliud Comminatorium; ut cum quis jurat, se pænam alicui illaturum. *Ren. q. 2.*
- 3** An ad juramentum requiratur etiam tactus Evangeliorum, vel alterius rei sacrae? & neg. quia bene stat substantia jura- menti cum sola invocatione divini nominis. *San. Verum ali-*

quando quoad valorem effectus ipsius requiritur, si à lege præcipiatur. *Say.* in quo casu gravius quis peccaret perjurando, quam si sine tactu juraret, ratione scandali, & majoris deliberationis. *D.Tho.Ren.q.3.*

- 4 An omnia juramenta sint ejusdem speciei? *R. aff.* quia habent eandem rationem formalem, quæ est invocatio divini nominis in testimonium. Hinc exprimenda non sunt in confessione, nisi ex circumstantiis non mutent speciem; ut est juramentum judiciale, ut potè contra justitiam; & juramentum per vitam Dei, habens annexam rationem blasphemiae. *San. Less. Bon. Ren.q.4. esc.*
- 5 An detur materia levis in juramento? *R. neg.* quoad veritatem de præsenti; quia adducere Deum in testem mendacii etiam minimi est mortale; maximam enim Deo injuriam irrogat. *Ren. q. 5.* Quoad veritatem verò de futuro in juramento promissorio non datur levitas, si materia sit gravis; bene verò si levis sit, etiam si Deus in fidejussore rei juratae adducatur. Primum est certum quoad omnes. 2. probatur; quia aliquando nullum est peccatum non adimplere rem juratam, etiam si Deus in fidejussorem adductus sit; ut cum res est mala; ergo quando res est tantum levis, erit tantum veniale, illum non implere. *San. Nav. Sua. etc. contra Caj. Less. etc.*
- 6 An jurans in materia gravi, possit se obligare ad venialeculpam tantum? *R. neg.* quia obligatio sequitur naturam juramenti: ergo si res est gravis, in qua adducitur Deus in testimonium, non potest obligatio limitari ad veniale: ergo, &c. *Ren. q. 6.*
- 7 An obligatio juramenti transeat ad hæredes? *R. aff.* ex parte ejus, cui præstatur juramentum: ex parte verò jurantis non transit. *Rat. primi;* quia sic juramentum est reale: ergo, &c. *Rat. 2.* quia sic est personale, & intentio jurantis, ut potè propria ipsius, non potest alium obligare, cum non possit quis pro alio habere intentionem illum obligandi. Hinc hæredes jurantis tenentur quidem ad contractum factum, ex vi contractus tantum, non juramenti. *San. Tamb. Ren. q. 7. etc.*
- 8 An licitum sit jurare per creaturas? *R. aff.* si creature referantur ad Deum, & considerentur, quatenus sunt quid Dei; quod dignosci potest, si Deus in obliquo ponatur, e. g. *juro per hunc signum Dei;* vel si non, peculiari tamen modo in creatura Deus relucet; ut si quis juraret per Cœlum, &c. Jurare verò per creature non relatas ad Deum, sed per illas tanquam infallibilis

ve-

veritatis testes , est actus idolatriæ . 2. constat, primum probatur; quia tunc Deus quatenus relucens in creatura , in testem veritatis adducitur. Ren.q.8. Dicastil. &c.

- 9 An sit juramentum, dicere *in veritate, in fide, profecto, certe, ut Christianus*, ut *Religiosus*, vel *in fide boni Christiani, Religiosi*, *boc ita est?* R. neg. si fides humana non referatur ad Deum ; quia sic jurare, est dicere, hoc ita est verum, sicut verum est, me esse fidem. Verum si quis intendat sic se obligare ex conscientia erronea teneret juramentum ; vel si non advertens ad fidem humanam, vel divinam, habeat intentionem jurandi , ea verba referuntur ad Deum , & sic teneret juramentum : Secus si non habeat intentionem: quia de se non sunt juramenta : sicut hæc , à *fc*; da Cavaliere. Da Prencipe : da genitil' uomo : in conscientia mia: come è vero , che son uomo : che son qui: che son Cristiano. Sunt tamen hæc : per la sagra , per le mans sagre , &c. Say. Fag. Ren. q. 9.
- 10 An sit juramentum dicere, *sicut credo in Deum, hoc ita est?* R. aff. quia adducitur in testimonium fides in Deum; & sensus est: *come è vera la Fede, con la quale credo in Dio*; Hinc sunt etiam juramenta , *come è vero Dio: che bò da morire* , &c. quia omnes hæc sunt veritates divinæ: ergo, &c. San. contra Dicastil. Quod si per modum simplicis enunciationis proferuntur , tunc non sunt juramenta; & ita se habent, *boc, quod dico est Evangelium, est de fide*. San. Ren. q. 10. &c.
- 11 An sit juramentum dicere: *Corpo di Dio. Riniego Dio, si boc ita non est?* R. non esse juramenta, sed interiectiones blasphemas, si ly: *Corpo di Dio*, intelligatur de Patre, & Spiritu Sancto; quia non adducitur Deus tanquam testis . Hinc nec etiam sunt juramenta dicere, *Corpo di Cristo. Voto à Cristo. Cara*, licet contrarium sentiat. San. de voto à Dios. Ren.q.11.
- 12 An sit juramentum dicere : *Deus scit; vel videt boc ita esse; testis est mihi Deus.* R. aff. si invocativè prædicta proferantur: Secus si enunciatiè. Constat ex dictis: in dubio autem, esse juramenta in viris jurare assuetis , contrà in viris bona conscientia, dixit San. Ren.q.12.
- 13 An sit juramentum dicere: *Vivit Deus, aut Christus, boc faciam?* R. aff. quia sic promittendo , jurat per vitam Dei , quod usitatum videtur in Sacra Scriptura. Dicastil. Ren.q.13.
- 14 An sit juramentum dicere: *Per vita mia; così Dio mi salvi?* R. aff. quia sensus est, *Deus auferas mihi vitam, si ita non est: Deus me non salveret*; que sunt juramenta execratoria , sicut mala-

- morte moriar: Daemon me eripias, etc. Fag. San. Ren. q. 14.*
- 15 An dicere: *Tanti Angeli babbia nell' anima mia fit juramentum?* q. aff. quando ea verba includunt contrariam maledictionem: Secus quando non; quia faciunt, vel non, execrationem. *San. Fag. Ren. q. 15.*
- 16 An sit juramentum dicere: *Sia tenuto da bebreo, da cane, se questo non è vero.* neg. quia sensus est, exitima me ut hebreum, &c. & sic non est imprecatio. *San. Ren. q. 16.*
- 17 An sit juramentum, dicere: *In mea conscientia hoc verum est.* q. neg. quia est tantum enunciatio ejus, quod conscientia sentit: quod si ut res sacra sumatur conscientia, ut ordinariè sumi solet, erit juramentum; dummodo intentionem habeat quis per ea verba jurandi, quod in dubio non presumitur, nisi ex circumstantiis, vel ex consuetudine probetur. *Fili. Ley. Ren. q. 17. Et c.*
- 18 An jurare per demones, aut Idola, ut per Jovem, Mercurium, &c. sit juramentum? q. aff. in infidelibus; quia sic jurando credunt, se verum Deum jurare: In fideli vero est error in fide, vel superstitione tribuens honorem, cui non debetur. Quod si fidelis juret per demones, vel idola, quatenus sunt creaturae Dei, erunt quidem juramenta, sed illicita. Rat. primi; quia per ceteras creature ad Deum relatas quis vere jurat: ergo, &c. Rat. 2. quia in supradictis non representatur divina bonitas. *San. Ren. q. 18. Et c.*
- 19 Quomodo explicandæ sunt juramenti circumstantiae, scilicet veritas, judicium, & justitia? q. veritas ita est necessaria, ut mortale inducat, si id, quod juratur non est verum, aut probabiliter tale; vel si jurans non habet animum illud adimplendi: Justitia vero petit, ut id, quod juratur non sit malum. Quod si hoc grave erit, & copuletur cum animo illud implendi erit duplex mortale; unum autem, si animus desit: Si vero leve, etiam mortale erit ex defecitu veritatis, si non adsic animus illud implendi. Denique judicium requirit, ut juretur cum causa, & debita reverentia; & hoc non servare, ex genere suo veniale est. *Ren. fol. 124. q. 1.*
- 20 An censeatur perjurus, qui id, quod jurat, scivit tantum à fide dignis? q. aff. si judicialiter juret, nec exprimat, se à fide dignis scire: Secus si extra judicialiter. Rat. primi; quia tunc variatur notabiliter judicium, faciendo plenam probationem ex causa scientiae, quae non est in jurante: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc moraliter illud certò scit: ergo, &c. *San. Ren. q. 2. Et c.*

- 21 An sit perjurus , qui dubitat , an possit adimplere id , quod jurat , vel jurat rem dubiam , aut probabilem , ut certam , & è contraria ; vel quod est probabile , etiam si contrarium sciat esse probabilius ? R. aff. quia deficit veritas , non quidem rei , quæ non requiritur in juramento , sed judicii , quæ est firma , & constans existimatio , quod res ita sit . *Coton. Ren. q. 3.*
- 22 An si quis juret , tanti valere calamum , quanti mancipium , sit perjurus ? R. neg. si sic juret per hyperboleim ; quia locutio hyperbolica non est falsa , reperitur enim frequenter in Sacra Scriptura : ergo , &c. Hinc non est perjurus jurans , se filium occisurum , e.g. si hoc , vel illud non faciat , si non habeat hunc animum , sed tantum graviter percutiendi . *Fag. Ren. q. 4.*
- 23 An qui solis externis verbis jurat sine animo jurandi , vel se obligandi , teneatur ad juramentum ? Supponendum est , jurare sine animo jurandi , etiam cum causa , sive res sit levis , sive gravis , & sive juramentum sit in ordine ad verum , sive in ordine ad falsum damnatum esse ab Innoc. XI. op. 25. Nam verum sic jurans illudit divino testimonio : & rursus actum externum juramenti , qui est actus Latriæ , applicat mendacio , falsum jurando . Hoc supposito . R. ad primum neg. loquendo de juramento promissorio in foro conscientiae , & si scandalum absit quia tunc fiktum , non verum est juramentum : ergo , &c. est certum . Vnde ad 2. R. aff. quia animus se obligandi est inseparabilis naturaliter ab animo jurandi . *Fili. Less. Sua. Ren. q. 5.* *Ec. contra Pal. Bon. Fag. Ec.*
- 24 An qui jurat animo non se obligandi , vel non implendi , vel denique non jurandi , peccat ? R. ad primum aff. quia cum animo jurandi consequitur animus se obligandi : ergo verè obligatur , & non fictè . *Dicas fil.* Vnde ad 2. R. aff. ex dictis ; ex quo ad 3. dico , quod si quis sine animo jurandi , juret sive verum , sive falsum , peccat mortaliter . Rat. primi ; quia juramentum est species latriæ : ergo sicut externè tantum cultum falsis . Diis adhibere , est mortale : ita , &c. *Ren. q. 6.* Rat. 2. quia tunc committit mendacium perniciosum : ergo , &c. Oppositorum datum est ab Innoc. XI. prop. 24.
- 25 An licitum sit uti in juramento amphibologia , seu verbis æquivalentibus ? Sciendum est , verba æquivoca aliquando duplicem sensum obvium , & communem habere , v. g. *Petrus criminatur* : aliquando unum communem , & alium minus talēm ; posse tamen esse communem ex circumstantiis loci , temporis , Personæ , &c. ut cum Baptista dicitur Elias , idest Spiritus . Et denique aliquando

quando unum sensum habere dumtaxat, aliumque habere posse ex verbis mente retentis, seu ex restrictione, vel pure mentali ab Innoc. XI. op. 26. damnata, vel ex restrictione sensibili. Et igitur ad quae. Exclusa restrictione pure mentali in quavis acceptione ex praedictis, licitum est jurare, juxta intercedente causa; qua deficiente, erit tantum veniale; nisi jurans rursus haberet intentionem proximum fallendi (non autem occultandi dumtaxat veritatem) vel utatur tali juramento in legitimo judicio, aut in contractibus celebrandis. Rat. primi; quia nullum committitur mendacium, sic jurando, cum nihil contra mentem juretur, penes quam mendacium sumitur: alias Christus Dominus mentitus fuisse, dicendo, non ascendam ad diem festum hunc, subintelligendo palam: ergo, &c. Tum quia si quis dicat alta voce, non occidi Petrum, & submissa subjungat, ego solus, non committit mendacium: ergo, &c. Rat. 2. quia circumstantia judicii tantum veniale importat: ergo, &c. Rat. 3. quia jurans in factis, licet non in verbis, mendax tunc esset: ergo, &c. Rat. 4. quia Judex jus habet, ut ei veritas aperiat: ergo, &c. Rat. 5. quia alias proximo grave damnum inferretur. *San. Dia. Say. Ren. q. 7.*

26 An haec juramenta verbis amphibologicis, vel æquivocis facta, obligent in conscientia? Et neg. in eo sensu, quo accipiuntur ab eo, cui juratur, etiam si dolus intercedat: nisi alias scandalum, aut damnum tertii oriretur. Rat. primi; quia eo sensu deficit animus jurandi: ergo, &c. *San. Ren. q. 8. Et c. contra D. Ibo. D. Antonin. Et c. 2. ex dictis constat.*

27 An aliquando possit quis in judicio uti aliqua tergiversatione ad celandam veritatem? aff. primo quando Reus non legitimè interrogatur. 2. estò legitimè, culpam tamen non committi. 3. si delictum non sit semiplenè probatum: imò in gravibus, eis si semiplenè, non autem plenè probatum sit; quia ex l. 4. ff. de testibus, non tenetur quis contra parentes testificari: ergo, &c. *Sanci. Ren. q. 9. Fag. v. 26. opinionem Innoc. XI.*

28 An teneatur Reus, qui in judicio Judici legitimè interroganti, veritatem texit, prodere se, & veritatem dicere, ut à Confessario absolviri possit? Et neg. sive adhuc sit in Judicis potestate, sive non: nisi alias notabilissimum damnum tertio inferret. Rat. primi; quia obligatio respondendi veritatem est transiens, duratque solum, dum Judex interrogat: ergo, &c. Rat. 2. quia nemo tenetur prodere seipsum. 3. constat. *San. Sanci. Ren. q. 1. 2.*

29 An licitum sit exigere juramentum ab eo, quem scio perjuraturum,

turum, vel per Idola juraturum? &. aff. etiam à non parato, dummodò adsit necessitas, non quidem extrema, vel gravis, sed quælibet ad status decentiam spectans, & non petatur, ut quis falsum, vel per falsos Deos juret: quia tunc perimititur tantum perjurium, quod ex charitate non tenetur quis vitare cum suo incommodo. *San.Jeff.Bon.Ren.q.13.contra D. August. D.Bonav.Tc.* secundum tantum concedentes.

30 Quale peccatum sit exigere tale juramentum sine necessitate? & à non parato esse mortale; sicut & etiam à parato. Rat. primi; quia sic est inducere illum ad rem intrinsecè malam: ergo, &c. Rat. 2. quia sine nostro incommodo tenemur sub mortali, grave proximi damnum vitare. *San. Ren. q. 14. contra Caje. Nav.Tc.* dicentes hoc secundum esse veniale.

31 An licitum sit sine causa aliquem inducere ad jurandum falsum; quod tamen jurans existimat verum, si inducens sciat esse falsum? & esse mortale sic inducere; quia licet non peccet jurans, peccat tamen inducens, non quidem peccato scandali, sed perjurii, quia verè facit, ut Deus adducatur in testem falsi. Tum quia qui inducit ebrium ad blasphemias, vel copulat duos amentes extra matrimonium, mortaliter peccat: ergo, &c. & ratio à priori est; quia hæc intrinsecè mala sunt, non tantum formaliter, sed etiam objectivè. *San.Azo.Bon.Ren.q.15. Tc.* contra *Hurs.* cuius opinionem probabilem dixit *Dia.*

32 An licitum sit inducere aliquem ad jurandum verum, quod tamen jurans ignorat? & universaliter loquendo non licere; quia juramentum non eadit solum supra veritatem rei, sed etiam supra veritatem extimationis: ergo, &c. Vnde si probabili fundamento jurans ab inducente suadeatur, rem ita esse, poterit ab eo induci ad jurandum eo tantum modo, & gradu, quo suauissime rei attingat. *Ren.q.16.*

33 An juramentum illicite factum obliget? &. aff. si sit de materia licita: Secus de illicita. 2. constat. Primum probatur; quia et si jurans peccaverit contra votum non jurandi, e.g. tamen jurando se flagellatur, materia est licita: ergo, &c. *Fili.Ren.q.17.*

34 An juramentum promissorum de faciendo peccatum veniale, sit mortale? . neg. quia non adducitur Deus ut fidejussor falsi, sed tantum rei leviter malæ: ergo levis est culpa. Tum quia votum rei venialiter tantum malæ, est tantum veniale: ergo, &c. *San.Dia. Ren. q. 13. contra Turri.Caberinum.*

35 An juramentum factum de re prodigè missa obliget? &. neg. sed tantum obligare intra terminos liberalitatis; quia tota res

pro-

promissa ratione prodigalitatis est peccaminosa . *Sor. Dia. Ren. q. 19. &c. contra Mol. Caje.* Hinc juramentum dandi inertrici 10. aureos pro una fornicatione non obligat , nisi juxta consuetum . *Dia.*

36 An juramentum , quo Amasius suæ amasiae jurat , se aliam carnaliter ab ea non cognitum , sit validum , & obliget in conscientia & aff. etiam si juramentum ordinetur ad amorem amasiae fovendum ; nam licet sic jurans peccaverit , executio tamen rei nō est peccaminosa . *San. Ren. q. 20. contra Fag. Dia. &c.*

37 An juramentum de re indifferenti sit validum , & licitum ? &. aff. si factum sit in favorem alterius : Secus si factum sit soli Deo. Rat. primi; quia tunc res , quæ juratur , fit bona: ergo ob fidelitatem debetur ei , cui juratur . Rat. 2. quia tunc juramentum se habet instar voti , quod de re indifferenti invalidum est . Tum quia adducitur Deus in testem rei , quæ parum refert : ergo ob irreverentiam peccat venialiter sic jurans . Idem dicendum de juramento contra divina consilia , vel impeditiva majoris boni . *Sua. I. eff. San. Ren. q. 21.*

38 An juramentum de re impossibili obliget : ut si quis juret se facturum , quod ab alterius voluntate dependet ? &. neg. immo sic jurantem mortaliter peccare . Primum patet . 2. probatur; quia sic jurans promittit id , quod certò exequi non potest; vel si non habet intentionem se obligandi , mentitur: ergo , &c. *Az. Fag. Ren. q. 22.*

39 An juramentum de omissione operis obliget ? &. aff. si fiat homini in ejus utilitatem ; quia juramentum huic præstitum , ad hoc ut valeat , sufficit , quod possit absque peccato impleri : ergo , &c. Quod si fiat Deo de omissione operis boni , non obligat: Secus si de omissione operis mali . *Constant. Dicasil. Ren. q. 23.*

40 An juramentum de non ludendo obliget ? &. obligare tantum in ludo illico , & magnæ quantitatis : non vero in ludo lictio , & parvæ quantitatis , quia hic est actus virtutis Eutropelias . Tamb. nisi aliunde constet de mente jurantis ; hic enim si juret , ob mortificationem se velle abstinere ab omni ludo , ludere nullatenus poterit , quia cum ea circumstantia , abstinentia à ludo majoris virtutis est . *San. Ren. q. 24.*

41 An jurans non ludere , possit pro aliis ludere ; vel ipse per alium ludere ? &. ad primum aff. si finis jurantis fuit vitare blasphemias , vel jacturam : Secus si ad se mortificandum , vel vitandum temporis jacturam . Rat. quia in primo sensu prædicta vitantur , non in 2: Vnde ad 2. &. absolutè aff. quocumque modo

- modo ex supradictis jurans juraverit: immo etiam si ludo assistat, doceat, &c. quia verè ipse non ludit. *San. Fag. Ren. q. 25. &c.*
- 42 An juramentum solvendi usuras obliget? R. aff. ex cap. *debitores de jure jura.* immo etiam si ex parte potentis adsit culpa, ut si absque causa petat, vel expressè sub usuris; quia licet malum sit petere, ipsa tamen usurarum solutio, est actus fidelitatis, & conservandæ existimationis, & honoris. *San. Fag. Ren. q. 26.*
- 43 An juramentum *metu iusti* cadente in virum constantem obliget, si sit de re licita? R. aff. si adfuit animus in jurante se in conscientia obligandi. In foro tamen exteriori non obligat. Primum constat ex cap. *si verum de juramentis.* Tum quia ex parte jurantis materia juramenti est ipsi utilis, cum sit ad redimendam vexationem: ergo, &c. *Fag. San. Ren. q. 27.* Probatur 2. quia forum exterius non præsumit in casu, animum jurandi. *Say. contra Fag.*
- 44 An juramentum de redeundo ad carceres *injustos cum periculo mortis*, sit obligatorium? R. aff. si fuit factum *cum scientia* periculi: Secus si absque tali scientia. Rat. primi; quia tale juramentum non est de re mala; nam eo posito, est actus fortitudinis, patientie, & fidelitatis: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc intervenit error circa substantiam rei juratae. *Sua. Leff. San. Ren. q. 28. &c. contra Nav. Vag.*
- 45 An juramentum dolo, vel errore præstitum sit validum? R. quomodocumque error, vel dolus contingat, sive antecedens, sive comitans juramentum, reddit illud invalidum, si sit circa substantiam rei juratae: dummodo non sit vincibilis, & crassus: Secus si sit circa circumstantias accidentarias: nisi haec essent expressæ volitæ: vel nisi error sit circa accidentia, quæ redundant in substantiam. Rat. primi; quia error circa substantiam tollit consensum: ergo, &c. *San. Fag. Rat. 2.* quia talis error, & ignorantia non causat involuntarium: ergo, &c. *Dicaf. Rat. 3.* quia jam adest consensus circa substantiam rei: ergo, &c. *Lay. &c. contra Fag. Leff. Rat. 4.* quia tunc qualitas illa est tota ratio consensus: ergo, &c. *Tamb. 5.* patet ex dictis. *Tamb. Ren. q. 29.*
- 46 An sit mortale, vel veniale, circumstantiam judicii non servare? R. ex parentia necessitatis esse tantum veniale; ex defectu verò inquisitionis veritatis erit veniale, vel mortale, prout maior, vel minor erit negligentia in ipsa indaganda. *Say. Ren. q. 30.*
- 47 Quæ certitudo requiratur ad jurandum? R. requiri primò certitudinem ex parte rei juratae secundum communem modum, & sensum: unde convivium non debuit esse laetus, in casu,

- su, quo quis juret, se laute comedisse. 2. requiri certitudinem moralem ex parte jurantis erga veritatem rei juratæ. *Ren. q. 31.*
- 48 Quæ necessitas requiratur ad jurandum? *R.* juramentum esse necessarium pro fidei veritate firmanda, pro veritate manifestanda, pro amicitia contrahenda, pro pace firmanda, pro felicitate servanda, pro subiectione recognoscenda, pro consuetudine Ecclesiæ, statutis, & lege servandis, propter calumniam cavendam, & pro infamia purganda. *Say. Ren. q. 32.*
- 49 Quæ deliberatio requiratur ad jurandum? *R.* ad juramentum, requiritur perfecta deliberatio sufficiens ad mortale, etiam si obligatio sit sub veniali; quia nemo per actus semiplenos se obligasse velle videtur. Hinc sicut mortaliter peccat qui meum gravi aliquid peccaminosum admittit, ita sub mortali obligatur quis ad juramentum etiam metu gravi extortum; dummodo sit de re licita, absque amphibologia, & cum animo obligandi. *Leff. Tamb. Fag. Ren. q. 33.*
- 50 An pueri ante pubertatem possint jurare, & eorum juramentum sit validum? *R.* aff. si sint doli capaces, dummodo juramentum non sit ad firmandum contractum, alioquin jure invalidum, vel in præjudicium alterius, ad finitum Tutoris, vel Curatoris licentia. Rat. quia possunt cum causa, & debita reverentia jurare, quæ spectant ad circumstantiam judicii. *Say. Ren. q. 34.* contra *D. Tbo. & San.* Hinc doli capaces, sive impuberes, sive minores 25. annis jurare possunt, sive in judicio, sive extra, & eorum juramentum est validum. Verùm in criminalibus non admittuntur minores 25. annis, & in judicio impuberes ex consuetudine admitti non solent.
- 51 Quis possit juramenta promissoria irritare, relaxare, vel commutare? *R.* juramenta Deo facta, cum causa irritari possunt, & commutari ab eo, qui vota irritare, vel commutare potest. Vnde potest Papa, Episcopus, Prælatus Regularis, Maritus, &c. quia induunt naturam voti. Homini vero facta etiam sine causa irritari, & commutari possunt ab eo, in cuius favorem sunt facta. *Fag. Ren. fol. 134. q. 1.*
- 52 An si juramentum sit principaliter Deo præstitum, & secundariò homini, possit homo illud relaxare, vel remittere? *R.* aff. si determinatè sit tali homini secundariò præstitum: Secus si homini pauperi, e. g. quis indeterminatè juraverit dare decem. Vtrumque probatur; quia in primo casu tantum, homo jus acquirit ad rem juratam, cum eam acceptat: In 2. vero jus Deo tantum acquisitum suit. *Tamb. Ren. q. 2.* contra *Fag.*

§ 3 An sicut possunt Curatores vota realia Minorum irritare , ita & juramenta? *R. neg. ex l. i. § 2. Cod. si adversus venditionem;* ubi contractus puberum juramento firmati , nequeunt infirmari: ergo,&c. *Lef. Ren. q. 3. contra Fag.*

§ 4 Vtrum juramentum homini præstitum possit per Judicem Ecclesiasticum relaxari, vel dispensari ? *R. aff. si jurans per juramentum passus sit injuriam, metum, vel dolum : Secus si non; nisi à solo Papa, & cum urgentissima causa. Rat. primi; quia tunc nullum parti acquisitum est jus: ergo,&c.* Aliter discendum est, si in metu, vel dolo dubium contingat; quia possessio stat pro eo, cui præstitum est juramentum. *Rat. 1. quia non potest nec Papa jus tertio acquisitum relaxare , nisi urgentissima causa intercedente. San. Ren. q. 4.*

§ 5 An sint aliqua juramenta Papæ reservata, sicut sunt vota castitatis, Religionis , &c. *R. Si juramenta inhibibunt vota reservata, erunt reservata: Secus si non : Est certum, etiam si sint de materiis in votis Papæ reservatis ; quia reservatio est odiosa: ergo non est extendenda ad juramenta. San. Bon. Fili. Ren. q. 5. &c. contra Sos. Nav. &c. non distinguentes votum à juramento.*

§ 6 An juramentum homini præstitum possit quis propria auctoritate in melius commutare? *R. aff. ante acceptationem , etiam si primariò (contra § 1. Nav. Azo. etc.) veniat pauper, vel Ecclesia : Secus post acceptationem . Rat. utriusque; quia per acceptationem homo acquirit jus ad rem juratam , non ante illum: ergo,&c. Fag. San. Bon. Ren. q. 6. &c. contra Caje. & Nav.*

§ 7 An juramenta Deo prestanta possit quis commutare in melius, æquale, vel etiam minus ? *R. ad primum aff. etiam sine causa, quia semper Deo, & Sanctis gratius est id, quod melius est, licet non sic homini: ergo,&c. Vnde ad 2. & 3. *R. neg. quia magis placet Deo , opus juratum impleri, quam æquale, & à fortiori minus non juratum. Fag. Ren. q. 7. contra Tamb. & Bon. quoad 2.**

§ 8 An sit perjurus qui opus in juramento promissum , & ei commutatum non implet? *R. neg. quia licet peccet contra pactum, non facit tamen contra juramentum , cum opus commutatum non fuerit juramento promissum . Idem dicendum, quando de consensu ejus, cui juramentum est præstitum, opus implendum in aliud tempus transfertur. Lef. Ren. q. 8.*

Jus ad inquirendum quando Prælati babeant. v. jus Prælati ad inquirendum.

Justio, Consilium, Consensus, &c. modi quomodo intelligendi sint . v. Re-

*Restitutionem quis, &c. q. 31. vi Homicidium q. 1.
Justitia quatuorplex sit. v. Restitutio q. 1.*

J U S, E T J U S T I T I A. Quæres.

Quid sit jus, & quid justitia? & quod jus est moralis facultas, quam unusquisque habet ad rem suam, vel ad se aliquo modo pertinentem: Vnde ad 2. Justitia, est constans, & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi. *Leff. lib. 2. de iust. cap. 1. dub. 1. num. 2.*

*J U S, E T J U S T I T I A I N C A U S I S J U D I C I A L I B U S
servanda. Quæres.*

- 1 **Q**uot genera Personarum causis judicialibus interesse debant? & quatuor esse genera, videlicet Denuncians (qui in causis criminalibus nuncupatur accusator, & in civilibus Actor) Reus, Judex (qui naturali jure nequit esse accusator) & Testis, nisi Reus inventus in flagranti de plano ante Judicem confiteatur. *Petrus ab Angelis cap. 1.*
- 2 Quot ad causas judiciales concurrant? & duo concurrere, videbitur accidentalia, quæ ad judicii solemnitatem spectant, ut e.g. quod Judice sedente pro Tribunal sententia feratur, actio nulla festis diebus celebretur, &c. & dici solent apices Iuris: Alia substantialia, quæ veritatem causæ, & judicii essentiam concernunt, in progressu materiæ enumeranda. *Alderete lib. 1. cap. 8. num. 13.*
- 3 In quibus casibus horum observantia contingat? & in causis etiam gravibus Religiosorum, non esse obligationem servandi apices Iuris, ex cap. *Qualiter, & Quando 2. de accusatione:* benè verò illa, quæ spectant ad essentiam. & substantialiam judicii; ut sunt, jus naturale, & divinum, jus commune Canonum generalium; ex cap. 1. *de constitutionibus,* & ex *Trid. eff. 2. de reform. can. 8.* Item Ius gentium, quod in Religionibus sunt uniuscuniusque generalia statuta; attenta tamen consuetudine Religionum. *Roder. tom. 2. qq. Regul. q. 3. art. 1.* Dixi, in causis etiam gravibus: quia in levibus, ut in fractione silentii, &c. possunt Prælati procedere de plano, sine formatione processus; dummodo in pena, & modo servetur præscriptus ordo à legibus ordinis. *Panormit. in cap. Reprehensibilis de appellat.* In causis verò seculariuni supradicta omnia observari debent; alias causæ periculum

culum nullitatis incurrerent. *Franciscus Gislerius in sua praxi cap. 11. num. 2.*

4 Quid sit Publicum, Manifestum, & Notorium? *R.* Quod Publicum est, quando factum in ore multorum reperitur, qui à fide dignis illud acceperunt: Manifestum verò dicitur illud, quod fit coram aliquibus paucis fide dignis, qui justè, vel injustè rem inter multos sparserunt. Denique notorium, quod dicitur *Facti*, est, quando multi factum viderunt. Datur etiam notorium *Iuris*, & præsumptionis juris: Notorium juris est illud, quod constat vel per legitimam denunciationem coram Iudice factam, vel per confessionem judicalem Rei, vel denique per legitimam probationem testium: Notorium præsumptionis Iuris dicitur illud, quod licet non sit evidens, & certum, jus tam ita præsumit, & Index procedit ad puniendum, ac si esset evidens, eò quod reperiat tam manifestas conjecturas, & indicia, ut cum fundamento delictum pro certo habeat. Hinc publicum, manifestum, & notorium se habent ut genus, species, & individuum. Publicum erit genus, manifestum species, & notorium individuum. *Petrus ab Ang. c. 1. §. 1.*

5 Quæ multitudo Personarum ad notorietatem sufficiat? *R. in Communitate*, vel populo quantumcumque magno, sufficere numerum 10. personarum: quia verò hic numerus sufficiens est, & requiritur ad constituantem parvam communitatem, vel viciniam, in hac, vel illa major pars erit sufficiens ad notorietatem, videlicet numerus 6. Personarum. *Sua. 10. 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. num. 22. l. ut. Clar. &c.*

6 Quid sit infamia facti? *Sayrus in Clavi Regia lib. 12. c. 10, nn. 12.* sic definit infamiam facti: Est frequens opinio honorum virtutum, quæ hominem de tali criminis rationaliter reddit suspectum. Datur etiam infamia Iuris, quæ aut per Iudicis sententiam, aut per delicta commissa ipso facto incurritur.

7 Quot ad infamiam constituendam sint necessaria? *R.* duo necessaria esse: Primum est, ut opinio, & vox sit inter multos, videlicet 10. in quavis magna communitate, vel 6. in communitate 10. Personarum, & communiter tractetur de delicto, tanquam de re certa, vel ad minus valde suspecta, fundata in verisimilibus conjecturis. Quod si delictum sicut commissum in communitate, sed non attingente numerum 10. Personarum, tunc delictum non diceret ordinem ad publicitatem, vel notorietatem; quia numerus ille (qualis exire) sufficiens tantum

est ad constituendam Communitatem in ordine ad dispositio-
nem ordinatam eorum, quæ ad ipsam spectant, reducta ad
unum, tanquam caput, non autem, &c. 2. est, ut infanitia oriatur
ex hominibus gravibus, virtuosis, &c. nam si à mediocribus
oriatur, sufficiens tantum erit ad fundandam suspicionem, quæ
Iudici præbeat legitimum motivum examinandi Reum: Excipi-
pe, nisi agatur de re turpi, e. g. de taxillis; vel chartis falsis:
nam tunc oriri posset infanitia sufficiens, à Personis turpi-
bus, id est lusoribus. Omnia supradicta probari debent saltem
duobus testibus omni exceptione majoribus, qui cum juramen-
to dicant, ita audivisse à multis, nominando Personas, & ad-
ducendo fundamentum, quod habent ad dicendum id, quod ma-
nifestant. *Petr. ab Ang. cap. 3.*

¶ Quid sit indicium? v. esse conjecturam ex probabilitibus, & non
necessariis fundamentis ortam, à quibus potest absesse veritas,
sed non verisimilitudo. *Baldus disp. 1. in hoc c. unde cognati.* Hinc
patet, suspicionem, & præsumptionem procedere ex illis fun-
damentis, quæ indicia præbent, & subministrant; licet veram
sit, quod suspicio minus dicat, quam præsumptio, cum hæc
oriri debeat ex gravissimis indiciis; illa vero ex levibus.

¶ Quotuplex sit Indicium? Relictis indicii levissimis, Indicium,
aliud est leve; aliud grave; aliud gravissimum: Leve oritur ex
conjecturis verisimilibus, non tamen urgentibus; ut si in aliqua
domo inveniretur mortuus, vicini illius remanerent indicati:
Grave est quod magis urget, ut fuga alicujus post delictum
commisum. Gravissimum denique, quod vehementissime per-
suaderet; ut si in casu alicujus occisi, Titius e. g. evaginato ensè
sanguine resperso fugam arriperet. *Petrus ab Ang. c. 4. n. 4.*

¶ An, & quomodo cum indiciis Prælati procedere possint? Ad
primum dico, in Religione, cum levibus indiciis procedi non
posse, cum cæteris vero sic. *Mars. à S. Joseph. c. 12. n. 28.* Quare
ad 2. dico, quod hæc indicia debent esse plura, maxime si sunt
levia: immo & de gravibus loquendo, saltem duo hæc esse de-
bent, ut aliqui discurrunt; nisi unum sit adeò grave, ut æquiva-
leat multis. *Caj. 22. q. 64. art. 2. Mirand. Et c.* Deinde unumquod-
que probari debet duobus testibus omni exceptione majoribus:
nisi indicium sit valde vehemens; tunc enim unus testis faciet se-
miplenam probationem æquivalentem testi oculari. *Paris. cons.
151. vol. 4. Alder. Et c.* Et denique supponere debent infamiam.
Nau. Sua. Et c. nisi delictum vergat in dampnum boni commu-
nis, vel alicujus tertii, aut in casu, quo delinquens jam aliunde
de

de tali delicto esset infamatus. *Tb. à Iesu tract. 2. cap. 7. n. 24.*
Hinc quæres.

Quænam sint delicta contra bonum commune , vel contra tertium ? Supportendum est , delicta , & peccata dividuntur in tres Classes : Aliqua sunt in damnum boni communis : aliqua in damnum tertii innocentis ; & posteriora dicuntur personalia . Nunc dico primò , quod peccata directè contra bonum commune sunt hæresis , e. g. crimen læsa Majestatis , furtum thesauri publici , frequentia homicidia , homicidium Personæ necessariæ bono communi , falsificatio monetæ , depredatio in viis , subornatio in electionibus pro indignis , seminare discordias , aperi- re literas , falsificare illas si sunt Prælatorum , & publicarum Personarum , conspiratio contra Prælatos , impugnare institutum , tractare divisionem contra illum , seminare doctrinas laxativas , proprietas cum furto , dissipatio , aut mala administratio bonorum Conventus , ea omnia , quæ committuntur à Religiosis in præsentia secularium , quæ in causa sunt , quod Religiosi tepestant , & laxius vivant : Et denique quæ committuntur à Personis temerariis , inconsideratis , parum timoratis , nec non in vivendi modo notatis , quamvis commissa non sint de supra expressis ; & è contra , licet de illis sint , poterunt Prælati non procedere , si conditio Personæ sit aliàs bonæ vitæ , occulte peccaverit , ex infirmitate , abreptus ab aliqua urgenti occasione , non repetitè , &c. in quibus casibus præsumitur emendatio ex sola fraterna correctione , ita *Tb. à Iesu tract. 1. cap. 12. Roderi. &c.* Dico secundè , quod peccata contra tertium innocentem , sunt illa , ex quibus tertio imminet grave damnum , e. g. mors , infamia , gravamen , vel injuria ; sive deinde sit in bonis temporalibus , sive spiritualibus . Denique dico , pec- cata personalia esse omnia illa , quæ non sunt de his enumera- tis contra bonum commune , vel tertium innocentem , ita *Rodi. in ordine judic. cap. 4. num. 9. &c.*

IVRIS , ET IVSTITIÆ OBLIGATIO

in denunciando delicta.

Quæres.

O Vid , & quotuplex sit Denunciatio ? &c. ad primum denun- ciatio est delatio , seu manifestatio criminis facta Præla- to superiori ; ex quo ad 2. Denunciatio duplex est , una evange- lica , judicialis altera , & utraque quandoque fit extrajudiciali- ter , idest , cum Iudex non procedit ex officio suo ad inquisitio-

nom , neque per generalem , neque mixtam , quandoque verò judicialiter , juxta proximam Iudicis occasionem . Evangelica est delatio criminis apta Iudicem , ut Patrega , facta zelo charitatis ad emendationem in fratre procurandam , quæ in fraterna correctione obtineri minimè potuit. Dicitur , *delatio criminis* , & stat loco generis , per quod convenit cum aliis denunciationibus. Dicitur *apud Iudicem ut Patrem*; quia hæc denunciatio locum habet dumtaxat in peccatis occultis , de quibus non est infamia , nec redundant in damnum boni communis , vel tertii innocentis . Dicitur *facta zelo charitatis* , deposito scilicet , quo cumque sinistro motivo , rancore , vel paixione. Dicitur *ad emendationem in fratre procurandam* ; quia Prælatus informatus de delicto corrigere debet in secreto delinquentem (qui suo Prælato delictum sub culpa gravi fateri debet , si probabile fit per duos testes ; nec Prælatus tali notitia absurus sit) instruendo illum salutaribus documentis , vel medicinalem imponendo penitentiam , mutando ei quandoque officium ; si absque infamia fieri possit : *Quod si hoc non obstante , delinquens perseveraverit in peccato , tunc poterit Superior coram paucis gravibus Personis eum reprehendere , imponendo præcepta , & excommunicationes pro vitandis occasionibus*; Si denique his omnibus non profectis , adhuc persistet pertinax , ad nihil aliud tenetur , nec potest Prælatus nisi Deo commendare . Ita *Sua. de charit. disp. 7. sc. 6. n. 6. in fine* , &c.

Dixi nec potest Prælatus , id est judicialiter procedere , etiam si delictum esset probabile per duos testes: Vnde adhuc supposita incorrigibilitate peccantis , nequit licet Prælatus uti notitia denunciationis ad procedendum per actiones publicas infamantes delinquentem ; nec potest per præcepta , & censuras cogere denunciantem , & testes , ut ab eis tollat obligationem secreti , sub qua habent denuncians , & testes ; & sic nec Prælatus poterit illam uti , nec denuncians , & testes poterunt illam obligationem à Prælato tollere , cum non sint Domini alienæ famæ . Hinc præcepta , & censuræ à Prælato , denuncianti , testibus , & Reo ad illum finem impositæ , erunt injustæ , & invalidæ , nulliusque roboris ad obligandum , ita *Bannef. 22. q. 33. art. 8. dub. 4. conclus. 4. Ledesm. Sua. &c.* Hæc opinio de probabilitate delicti per duos testes , clementior est , ac charitati , & rationi consentanea , licet contraria sit etiam probabilis . Dicitur denique , *que in fraterna correctione* , &c. ut intelligatur , quod delatio criminis facta Prælato , ut Patri , præmissam habere debet correctionem fra-

fraternam , primò in secreto , secundò coram testibus . Denunciatio judicialis est delatio criminis Prælato tanquam Judicis facta, ut ipse (servato juris ordine) provideat vel bono communi, vel tertio innocentia . Dicitur *Prælato* , tanquam *Judicis facta* , per quod differt à denunciatione evangelica ; quia per hanc solum intenditur bonum spirituale correcti per media charitatis, & misericordiae : per judicialem verò bonum spirituale, aut temporale communitatis , vel tertii innocentis . Dicitur denique , ut ipse , &c. per quod differt etiam denuncians ab accusatore; quia denunciants non tenetur probare delictum, nec hujus pñniam subire, si *Judex* non probaverit (nisi sub nomine denunciantis faciat se accusatorem palliatum ; vel si sine sufficienti fundamento faciat denunciationem, in quo casu non erit immunis ab aliqua pñna) nec denique in scriptis tenetur denunciationem extendere , quæ omnia onera verus accusator subire debet, ita *Miranda* q. 13. art. 2. *Bannes*, *Leff.* &c. contra *Solum* , &c.

2. Quot conditiones ad licitam delictorum Denunciationem requirantur ? Loquimur hic de peccatis occultis , de quibus non est infamia . Pro responsione supponimus primò , quemlibet denunciantem judicialiter, in criminibus tantum contra bonum commune, vel tertium, vices testis gerere posse, nisi sit accusator palliatus, vel pars interessata . Supp. 2. unum testem facere semiplenam probationem delicti , virtute cuius *Judex* procedere potest Reum torquendo . 3. ergo : Ad denunciationem judicialem tria requiri . Primum , ut delicta denuncianda, sint probabilia per duos, vel saltem per unum testem . 2. ut talia crima sint in damnata boni communis, vel tertii innocentis . 3. ut præmissa correctione fraterna (excepto heresis crimen) primò in secreto , secundò coram testibus, nulla sit spes emendationis; nam si ex ipsa firmiter, & certè (non tamen probabiliter) speraretur emendatio, & damnorum reparatio, non posset delictum deferriri ad Prælatum, etiam ut Patrem ; & si sufficeret manifestare delictum in communii , non deberet revelari in particulari ; & quando sufficeret manifestare delictum , non deberet manifestari delinquens , & oppositum esset grave peccatum . Ad denunciationem verò evangelicam , sufficere delicta probabilia saltem per ipsum denunciantem . Item delicta etiam personalia : & denique procedenti per omnes supradictos gradus correctionis, sufficere dubium de emendatione . *S. y. in Clau. Reg. lib. 11. cap. 4. num. 5. Nav. &c.*

3 Quænam sit differentia inter delicta occulta contra bonum commune, & illa contra tertium in ordine ad obligationem illa denunciandi. Pro responsione suppono primò, delicta, aliqua esse in fieri, & committenda, & alia in factō esse, & jam commissa. Suppono 2. hæc posteriora delicta, aliqua relinquere post se effectus, & damna, quibus potest, & debet satisfieri ab eo, qui fuit causa illorum; & alia non relinquere, vel si relinquunt, non potest ipsis satisfieri, vel ex impotentia delinquentis, vel ex natura ipsius rei irreiterabilis. His suppositis, loquendo de delictis in fieri.

Dico primò. Qui scit delicta aliqua occulta committenda esse in damnum boni communis, tenetur adhuc cum gravi suo in commodo illa judicialiter denunciare, si probabilia sint, nec sit spes certa ea impediendi per correctionem fraternali, & modum supradictum; etiam si Iudex non faciat inquisitionem, nec generalem, nec particularem: Quæ omnia intelligenda sunt in casu, quo damnum commune præponderet proprio denunciantis; quod si contra esset, posset, sed non teneretur denunciare, etiam si Iudex specialiter inquireret, ita *Navarrus cap. 25. §c.*

Dico secundò si peccatum committendum esset in damnum tertii, qui secretò novit, non tenetur cum gravi suo damno denunciare, etiam si tertii damnum esset gravius proprio denunciantis: at si damnum tertii esset spirituale gravissimum, teneretur denunciare. Item si damnum delinquentis denunciandi in fama, honore, &c. gravius esset illo, quo timetur tertio in eisdem bonis, non tantum non teneretur, sed nec posset denunciare. Ratio utriusque dicti est: quia *majori damno obviandum est, licet melior sit conditio possidentis, & quia bonum commune præferendum est particulari*, ita *San.lib.6.conf.c.2.dub.5.nu.10. Nav.Syl. §c.*

Circa peccata jam commissa, quæ relinquunt post se damna reparabilia. Dico primò, delicta occulta contra bonum commune, quæ relinquunt post se effectus, & damna, quæ possunt reparari ab eo, qui fuit causa illorum, & non adsunt alia remedia suavia, per quæ fiat satisfactio, quam denunciatio judicialis, debent (cum oneribus, & modis supradictis in prima responsione) denunciari, si probari possint, e. g. delictum secretum commissum ab aliquo, ex quo electiones fuerint nullæ. *Salon. 22. q.69.art.2.constr.7.Soto, §c.*

Dico secundò, si hujusmodi dicti generis delicta sint contra Tertium denunciari debent modo supradicto. Lo-

Loquendo de delictis jam commissis non dependentibus ab esse. etibus reparabilibus. Dico denique quod si fuerint in damnum boni communis, vel alicujus tertii, sicut est homicidium alicujus Personæ, quæ multum prodest Reipublicæ, de qua non constat, fuisse violenter occisam (quod si constaret; dicitur infra de inquisit. mixta q. 11. quid possit fieri, etiam si delinquens sit occultus) sed præsumitur, illam esse mortuam ex aliquo accidenti; duo autem, vel tres sciunt eam ab aliquo ex odio fuisse occisam (idem dicendum de alia Persona, quæ non habet aliam partem petentem ipsius mortem, vel si habet, scitur tamen, eam non petituram aliam satisfactionem, nisi punitionem publicam) In talibus, inquam, casibus non potest delinquens denunciari, si non sit infamatus; etiam si Judex interroget, & inquirat inquisitione generali, vel mixta, ita *Avil. de censuris par. 2. dis/p. 4. dub. 4. Cordo. &c.* Verum tamen est, quod si illi, qui similia delicta perpetrarunt, essent homines perciti, deberent denunciari. *Nau. in summa cap. 18. nu. 57. Cajet. &c.* Hinc quæres.

4. An delicta secreta jam ex toto commissa contra bonum commune, estò non pendeant à damno futuro, & delinquens jam sit emendatus, terreatur quis aut possit denunciare, solum propter bonum, quod ex punitione consequitur Respublicæ. neg. ita *San. Soto de secreto, memb. 2. q. 6. concl. 4. contra aliquos.*

5. Demus casum, quod denunciatio sit peccaminosa ex parte denunciantis, eo quod ad minus sit contra charitatem, semel tamen facta, poterit ne Praelatus in ejus virtute licite procedere ad inquisitionem particularem publicam contra ealem delinquentem. Loquitur hic de denunciatione extrajudicialiter; de alia enim infra tractabimus; Omissis variis opinionibus. Dico, quod in dicto casu Praelatus non potest licite admittere denunciationem judicialem, nec in ejus virtute procedere ad publicam castigationem; nec denique obligare posset per consuras, & præcepta subditum ad illam faciendam. Probatur si aliquod delictum personale, de quo non est infamia, commissum ab uno subdito coram duobus, vel tribus innotesceret Judici extrajudicialiter, & secretò, puca, per scripturam ab ipso inventam, vel quia audivisset extrajudicialiter ipsum delinquentem fateri delictum commissum coram duobus, vel tribus, non posset uti tali notitia ad publicandum casum per inquisitionem particularem juridicam; quia in nullo horum casu aedessem notorium jaris (quod est solum, per quod casus honestari posset) hoc

enim ad summum causat notitiam, quam accipit Judex, quando exercet suū officium (ubi etiam est sua difficultas; ut inferius de inquis. mixta patebit) ergo nec etiam denunciatio facta contra charitatem, & justitiam possit Judici tribuere jus ad infamandum delinquentem occultum, procedendo ad inquisitionem particularē; hoc enim esset iuste concurrere ad infamandum, ita Sot. in sum. lib. 6. conf. c. 3. dub. 19. n. 14. Petrus ab Ang. Gc.

FORMA DENUNCIATIONIS.

Admodum Reverende P. Fr. N.N. Guardianus, vel Commisarius, vel Provincialis, vel Visitator talis Conventus, Provincia, Gc. coram Reverentia vestra tanquam Iudice, ad quem spectat defendere innocentes, & punire culpabiles, ut sic excessus, & peccata puniantur, compescanturque delinquentes, satisfaciendo innocentis, communitati, & scandalo dato (vel si delictum non fuerit contra innocentem, sed contra bonum commune, vel personale publicum) dicatur ad quem spectat bono communis providere, excessus, & peccata puniendo, ut sic compescantur delinquentes, satisfaciendo communitati, & scandalo dato (vel si delictum contra bonum commune, vel innocentem non fuerit publicum) ad quem spectat bono communis providere, vel innocentis, ut sic excessus, & peccata puniantur, compescanturque delinquentes, satisfaciendo bono communis, vel innocentis. Cum non habeam aliud efficax remedium, meliori modo, & forma juris, qua possum Ego P. Fr. N. N. Diaconus, vel Sacerdos Professus, Gc. nostrae Sacre Religionis N. Conventualis hujus Conventus N. motus ex puro zelo justitia, & nullo alio sinistro motivo, denuncio judicialiter P. Fr. N. N. Sacerdotem, Gc. Conventualem talis Conventus; eo quod deposito omni timore Dei, & cum gravi sua conscientie onere, tali loco, tali die, tali hora, hebdomada, & mense hujus presentis anni, conomiserit tale delictum (referendo delictum cum omnibus suis circumstantiis) ob quod per te à Paternitate sua satisfactionem, & ut prefatus P. Fr. N. N. puniatur penitus per jura, & statuta nostra constituta; ut illi sint in punitionem, & emendationem, ceteris autem in exemplum. Pro Testibus exhibeo P. Fr. N. N. & P. Fr. N. N. qui certam habent casus notitiam; qua cum vera sint, me subscripsi in hoc Conventu N. N. sali die, ratis mensis, & anni.

IVSTITIA IN ACCEUSANDO SERVANDA. Quatuor.

- 1** **Q** Vid sit accusatio? Nota, quod quamvis à Religiosis exterminandus sit modus procedendi per viam accusationis; hæc enim arguit iniuriam, vindictam, rancorem, &c. quæ omnia pacem, quietem, & tranquillitatem Religionis conturbant; èo vel maximè quod mala omnia reparari possint per viam denunciationis, salvo omnium prædictorum eventu. Nil hilominus cum contingere possit, ut Religiosus quandoque ob communiue bonum accusare teneatur; ideo aliqua dubia de accusatione hic expediemus. **R.** Igitur, Accusatio est delatio Rei de criminis commissio facta coram Iudice competenti ad vindictam publicani, legitima interveniente subscriptione. Quæ in explicatione definitionis superius facta de denunciatione dicta sunt, proportionaliter accusationi applicari possunt. Hinc est, quod in delictis, in quibus non potest habere locum denunciatio judicialis absque prævia infamia, &c. nequit etiam habere locum accusatio. **v. Iuris, & Iustitiae obligatio, &c. q. 1. § 2.**
- 2** Quot ad convenientem accusationem concurrere debeant, & sufficient? **1.** ad accusationem primè requiri; ut ea fiat in scriptis ab Accusatore, vel Notario cum subscriptione Accusatoris proprio pugno; itaut in scriptis exprimatur nomen Accusatoris, accusati, & delicti; denunciatio enim fieri potest ore tenus. **2.** ut accusans juret se non accusare animo calumniandi, sed zelo iustitiae. **3.** ut Accusans obligetur probare delictum; quod si non faciet, saltēm semiplenē, pœnam talionis subibit, idest, pœnam, quæ correspondere deberet delicto probato, vel aliam gravem Iudici arbitrariam, si illa non est in usu, ut certum est. Excusabitur autem à gravi, sed non ab omni pœna, si duobus, aut tribus testibus fide dignis se purgaverit, probando se saltēm habuisse causam verisimilem ad faciendam conjecturam de veritate delicti, & non accusasse ex malitia; ab omni vero pœna erit immunis, quando agitur de delictis gravissimis, vel quando accusatus de delicto erat infamatus, vel quando Accusans audivit delictum à fide dignis, vel denique quando testes deceperunt Accusatorem promittendo testificationem delicti. Verum in his casibus purgare se debet Accusans modo supradicto: aliás tanquam calumniator puniri debet. **4.** denique requiritur, & sufficit, ut in Accusatione ponatur duntaxat mensis, & annus, in quo cōdūctum sit delictum, & non requiritur,

tur, ut ponatur dies, hora, vel hebdomada, ita *Aretina in sua praxis c. 6. Lexana 10. 1. c. 27. nu. 22. Sua Tho. a Ieja, &c.*

- 3 Quis sit Accusator palliatus? & esse illum, qui denuncians, sollicitat Prælatum, ut puniat delinquentes, exhibit se ad prestantum testes, absque eo quod petantur, his refricat in memoriam illa etiam, quæ alta oblitio sepulta erant, eosdemque instigat, ut dicant de delicto tanquam de re sibi certissima, cum tamen de illo aliud non sciant, quam id, quod ipse illis retulit: rursus quando denunciat res secretas, quæ scandalosæ non sunt, aut jam emendatae: Et denique quando non observat ordinem iustitiae (nisi ignorantia labore) Taliter denuncians instar Accusatoris haberi debet, & taliter Accusans instar calumniatoris, ita *Miranda q. 11. art. 2. conclus. 2. &c.*
- 4 Quomodo cum delatoribus Prælatus se gerere debeat? &c. in primis Prælatus benignè, patienterque delatorem audire debet, ne ob suam asperitatem similia impedita remedia, quando necessaria sunt; non tamen statim accusationem, vel denunciationem admittere debet, sed solum attendere ad ea, quæ de delinquentे dicuntur: & si delator interrogatus, quomodo sciat delictum, respondeat, se illud probaturum, indaget, qua ratione, & via, vel si determinet testes, recipiat eorum nomina. Si dixerit esse publicum, notet, quo facto eum exhortetur, ut se quietet, se curaturum, ut fiat iustitia, & secundum notitiam, & lucem, quam de casu perceperit, ex officio processurum, inquirendo si habeat fundamentum sufficiens, vel relinquendo si non habeat, & hoc modo plurima evitabuntur inconvenientia, inimicitia, &c. quæ oriiri possent ex veris, vel palliatis accusationibus, ita *Petrus ab Angelis, Fr. Ioseph à S. Maria in suo Tribunalis tract. 4. c. 10, §. 3.*

Ad hoc unum tamen præ cæteris primo, & principaliter Prælatus attendere debet, à quibus, videlicet principiis ortum duxit delicti publicitas (maxime si delicti nullum additum aliud testimonium, præter delatorem) nam si invenerit, totum delicti rumorem reduci ad ipsum denunciantem, addendo, hoc cum aliis indicis e. g. cum jure testis, qui sponte se offerat ad testificandum; delatorem modicæ esse conscientias, judicij, & magnæ loquacitatis; infamatum, vero bonum Religiosum; igno inter hunc, & illum aliquam esse repugnantiam, non debet ulterius progredi, sed vertente se ad delatorem illi minando penas calumniatoris: ex quo si turbatum, & titubantem, parumque constantem in verbis animadverterit, tamquam de falkate pro convictedo habeat, ita *Petr. ab Ang.*

Con-

Contingere enim potest casus, quod perversus aliquis Religiosus ex odio, & rancore aliquem apud totam communitatē infamaverit, & in proximā visitatione, generalique inquisitione Provinciali dicat N. N. commisit tale delictum, & tota clausus de hoc habet notitiam, & ego sum testis ocularis, loquar etiam de illo juridicē: in quo, inquam, casu, si Provincialis procederet ad specialem inquisitionem, præsens adesset periculum infamandi innocentem per judicialem strepitum, faciendo peccatum notorium notorietate juris, ita Petrus ab Angel. c. 10. de q accus. num. 11.

- 5 Quæ fides adhibenda sit à Prælatis libellis, & scripturis, in quibus refertur grave aliquid delictum cum infamia ab uno, alterove suo subdito fuisse commissum, vel scriptura est sine subscriptione, (aut si subscriptione firmata, in notitiam Personæ subscriptæ deveniri non potest) vel est firmata ab aliquo cognoscibili, aut cognito ab ipso Prælato. Si primum nulla fides est ei exhibenda in ordine ad præcedendum contra talem Religiosum, licet in aliquo casu defervire posset Prælatus ad circumspiciūs, oculatiūsque in suo regimine procedendum. Si secundūm, tunc poterit Prælatus de casu informationem accipere ab eadem Persona, quis nempè illius habeat notitiam, an adsit infamia, &c. quæ maturè, & diligenter examinanda sunt, præsertim quando tales scripturæ sacerdotalium sunt, à quibus adæquata satisfactio vix sperari potest; tales enim in similibus scripturis perversas habent prætentiones, ex quibus pax, & tranquillitas Religiosorum turbari solet. *Idem eodem cap. nu. 13.*
- 6 An Prælatus possit refutare accusationes, vel denunciationes? & quod Prælatus non solum potest refutare falsas, malignasq; accusationes, sed estò illas admiserit, si tamen postea malè factas, & defectuosas repererit, potest rumpere jam inchoatum processum: Imò etiam si denunciationes, vel accusationes justæ sint, potest nihilominus Prælatus illas repellere, quando ipsi constat, eas magis obesse, quam prodesse bono communi, quod relinquitur prudentiæ, & discretioni ipsius, ita. *Miranda q. 15. art. 9. Aragon. 22. q. 68. art. 5. &c.*

FORMA ACCUSATIONIS.

Admodum Reverende, &c. ut supra; mox ex puro zelo iustitiae, & nullo alio fini si ro mouivo, conqueror, (vel accuso, si accusatio non fuerit de alijs) qua injuria illata ipsi accusanti, sed de aliquo quod

quod tangit bonum commune , vel seruum innocentem) de P. Fr. N.N. conventionali, &c. qui tali mense hujus presentis anni in tali loco, nulla ipsi data ansa, vel occasione , cum modico Dei timore talia contra me verba protulit (referendo delictum cum omnibus suis circumstantiis) ob quod peto à P. sua satisfactionem , & ut praefatus P. Fr. N.N. puniatur panis per iura , & statuta nostra constitutis, ut illi sint in punitionem, ceteris autem in exemplum. Pro probatione hujus presenti pro testibus P. Fr. N. N. & P. Fr. N. N. qui fuerunt presentes ; (vel hoc aut illud sciunt , per quod probabitur delictum) quod ut facerem verum, me in hoc Conventu subscripsi tali die, talis mensis & anni .

IVS PRÆLATI AD INQVIRENDVM. Quares.

1. **Q** Vid, & quotplex sit inquisitio? R. Inquisitionem esse de lictorum investigationem pro eorum competenti reparatione. Vnde ad 2. Triplex est inquisitio generalis, scilicet, mixta, & specialis, de quibus singillatim in sequentibus.
2. Quid sit inquisitio generalis ? R. esse , quando Judge non determinando Personas, aut delicta, visitat suas communitates præcipiendo, ut ad ipsum deferantur delicta commissa, ut de competenti provideatur remedio, ita Petr. ab Ang. de inquis. c. 11. n. 1.
3. Ad , quando , & quomodo Prælati suas communitates visitare teneantur? R. jure divino, & naturali, item Ecclesiastico ex Trid. sess. 25. cap. 20. quibus accedit Jus Civile , l. Congruit ff. de officio Praesidis ; tenentur Prælati per seipso pro damnorum remedio, & subditorum solatio suas communitates visitare corrigendo, & puniendo excessus, & culpas, quod plus valet, quam plurimæ aliae visitationes factæ per tertias personas, quamvis doctrina, & prudentia insignes, & præclati sint. Dixi per seipso, intellige, si commodè possunt ; nam si contingat , Prælatos justis de causis esse impeditos, debent Visitatores mittere, qui antequam suam commissionem exequantur, tenentur iis, ad quosmittuntur, suam manifestare expeditionem , & autoritatem , tantam, vel talem, qualem literæ commissionales ostendant, & sine qua munus impositum exequi non possunt; estò illius expressa mentio in commissionibus non fiat . Ita expressè est in c. prudenteriam 21. de officio, & potestate Iud. Deleg. Syl. verb. Deleg. n. 6. &c. Vnde ad 2. dico , quod quamvis adsing textus particulares decernentes , has visitationes debere fieri semel in anno; per hoc tamen non tollitur, quin illas possint facere Prælati toties, quoties ne-

necessarium esse judicaverint, etiam si non præcedat infamia de delictis, vcl delinquētibus, ita Alderete lib. 1. c. 7. n. 4. Nav. 8^o.
Hinc ad tertium? &c. quod in inquisitionibus generalibus, ut talibus, non possunt Prælati de aliquo delicto in particulari inquirere; nec opus est, ut juramentum accipient à testibus, quos ad deponendum accessuri sunt; nisi aliter vigeat consuetudo, vel Prælati expedire videbitur pro veritatis certitudine: in quo casu pro testibus admitti possunt cujusvis conditionis Personæ, etio aliás ad denunciandū, vel accusandum habiles non essent; quia in tali casu Prælati non inquirunt in ordine ad puniendum, sed ad corrigendum in secreto: idcirco non debet assister Secretarius, & supradicti tenebuntur obedire: Sicut etiam quando Prælato per literas alicujus subditi innotescit aliquod delictum secretum probabile per duos, vel tres Testes, afferentes se illud delictum deferre, ad hoc, ut illud tanquam Pater corrigat; & Prælatus tam ab eo, qui scripsit, quām à testibus vult per se, vel per alium (dummodo non cauletur aliqua nota) exigere juramentum, afferendo se hoc facere non in ordine ad procedendum juridicè, sed ad se certificandum de casu. Hinc est, quod si Prælatus in generali inquisitione habuerit ansam ad procedendum specialiter, debet inchoare processum à novo, & legitimo examine Testium, ita Fr. Ioseph a S. Maria in suo Trib. tract. 3. c. 3. S. 7. Nav. Sua. 10. 4. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 5.

4 Quas culpas subditi in Visitationibus generalibus Prælati detegere possint, vel non? &c. ad primum eas tantum revelare posse, quas aliás possent extra illas, præmissa correctione fraternali; cum hac tamen differentia, quod ante visitationem revelationem differre possint, non autem in ipsa visitatione ob vi gens præceptum: Quod si durante visitatione, non sit opportunitas faciendi correctionem cum spe emendationis, vel locus non adsit petendi, aut dandi consilium ad hoc, tunc possunt, & debent differe pro tunc. Mirand. de ord. Iud. q. 5. ar. 4. c. concl. 4. 8^o.

Hinc ad 2. dico, quod in visitationibus generalibus non possunt subditi absque gravi culpa, saltem contra charitatem, deferre Prælato peccata occulta, de quibus sit probabilis spes emendationis per correctionem, etiam si probari possint duobus, vel quatuor testibus, & ex quibus nullum imminent damnum, nec bono communī, nec Tertio: In modo nec hujus generis peccata, si affulgeat certa spes emendationis per correctionem secretam; ut supra diximus: Item nec illa, quorum notitia acquisita est ex petito consilio; dummodo non vergant in damnum boni com-

mu-

munis, vel Tertii, & non sit spes certa, &c. quia tunc secretum non obligat, (excepto secreto Sacramentali) & non tantum possunt, sed etiam tenentur, modo tamen statim explicando. Nec Prælati per suas censuras aliud à subditis prætendere possunt: immo illi obedire non tenentur, & æquivoce respondere possunt. *S. Tho. 22. q. q. 33. art. 7. ad 2. Sua. Less. &c.*

5 Quando in subditis contingat, vel non obligatio revelandi delicta Prælati actualiter visitanti. Dico primò, quod in visita generali, etiam si sit cum præcepto, & fiat cum juramento, non tenentur subditi Prælati visitanti manifestare delicta cum gravi documento proprio, quando hoc præponderat damno boni communi, vel tertii, &c. vid. supra Iuris, & Iustitiae obligatio, &c. q. 3.

Dico 2. nec teneri subditos detegere illa, quorum notitia ex solo auditu acquisita est, nec in memoriam venit, à quo audita sint; vel si sit in memoria, scitur tamen, easdem Personas, à quibus ea per auditum accepta fuerunt; etiam ab aliis dumtaxat audivisse, & sint parum fide dignæ; nam si graves essent, utique teneretur quis ad manifestandum, sicut in casibus, in quibus tenetur ad manifestanda ea, quæ visa sunt, eo quod ex tali manifestatione discernere potest Prælatus, an delinquens infamiam incurrit, aut non. *San. lib. 6. Conf. c. 2. dub. 7. nu. 1. Petrus ab Angel. &c.* Dico 3. nec esse obligationem manifestandi delicta, nec delinquentes ex toto emendatos, nisi in casu, quo talia crimina fuerint scandalosa, ut scandalio provideatur. *Petrus ab Angelis cap. 11. num. 10.*

Dico denique quod quando haberur moralis certitudo, quod manifestatio profutura non sit, vel ob negligentiam Prælati, aliosque humanos respectus (prout in similibus casibus notitiam unusquisque habet) tunc talis manifestatio sub obligatione non cadit; Dixi, si sit moralis certitudo; quia in dubio alter discurrendum est: nam possessio iustitiae se tenet ex parte Prælati, qui pro remissione existimari non debet, dum clare non constet, ita *San. lib. 6. conf. c. 2. dub. 7. nu. 1.* Hinc est, quod gravitas, vel levitas materiae in ordine ad obligationem respondendi Prælati, desumitur ex duobus capitibus. Primum ex parte damnorum, quæ patiuntur partes. 2. ex jure, quod habet Judex ad interrogandum; nam quando jus obligat (& graviter) tunc Testis, & Reus tenebuntur respondere: quando vero. Iudex jus habet, sed non sub gravi obligatione, quia tantum potest interrogare, tunc nec testis, nec reus tenebuntur: quando denique

que nullum habet jus, nec tenentur, nec possunt. Vnde si Prælatus interroget de aliquo puncto observantia, licet non obligante subditos ad gravem culpam, tenentur ipsi respondere; quia Prælatus graviter obligatus ad obviandum tali in observantia, ita *Bannes. in 2. part. dub. 1. concil. 2.*

- 6 An in casu, quo in hac inquisitione generali aliquis manifestaret Prælato ex malitia, vel ignorantia peccatum aliquod occultum, quod tamen manifestari non potest, in virtute talis illicitæ manifestationis, Iudex acquirat jus ad procedendum per inquisitionem specialem, & publicam contra delinquentem? *Sotus de secreto, m: mb. 2. q. 6. conclus. 3. casu 5. Nav. Miranda. Rodri. et c.* arbitrantur non posse Prælatos sine gravi culpa contra charitatem, ad inquisitionem publicam contra talem delinquentem procedere, si delictum non sit de numero eorum, quæ redundant in danum boni communis, aut tertii. Ratio horum DD. est; quia Prælatus tanquam Persona particularis, Pater, & Adyocatus tenetur vitare malum, quod injustè proximio suo inferri incipit sine nocimento boni communis, vel tertii: *unicuique enim mandavit Deus de proximo suo.* Dixi, ex charitate: quia dat, quod tanquam Persona publica procederet, & perperam, non peccaret contra justitiam, ac proinde non teneretur ad restitutionem sanæ, & damnorum, quæ ex tali inquisitione sequi possent. Opposita sententia. *Maranæ 6. part. titul. de Inquis. nu. 3. Less. Tbo. à Iesu tract. 2. cap. 4. num. 7.* Et c. est valde probabilis.
- 7 An Prælatus visitando teneatur admonere, & dicere, se non inquireret de peccatis occultis, sed solum de publicis, & scandalosis, aut quæ sint in damnum boni communis, vel alicujus tertii, &c. Neg. respondent. *Sua. Cajet. opusc. 17. resp. 2.* Et c. dummodo non repente Prælatus urgeat ad respondendum, sed ad sit tempus sufficiens, & personæ doctæ, à quibus capi possit consilium.
- 8 An quando Prælatus, ex hoc, quod scivit in visitatione generali, remanet dubius circa factum, possit procedere ad specialem inquisitionem? & neg. imò de subiecto bonam existimationem habere debet. Verum tamen est, quod in similibus causis cautela utenduimus, ut præveniatur malo fine famæ lassione: Vnde Prælatus præcipere poterit, ut Religiosi simul associati incedant, non se separant, &c. non tamen præcipere poterit, ne talis Religiosus è domo egrediatur, si antea egrediebatur, vel dominum non ingrediatur, si antea ingrediebatur,

- tur, &c. ita *Ledesma. Rodri. de ord. judic. cap. 3. n. 7. circa finem.*
Dixi, quando Prælatus remanet dubius *circa factum*; nam si dubium, quod habet Iudex, non sit facti, sed juris, sive de jure, an scilicet, habeat jus ad procedendum juridice, cum ex una parte ex tali inquisitione timeatur iniustitia, & ex alia parte documentum bono communi, tunc debet in favorem sui depolare dubium: quia in dubiis tutior pars est eligenda. *Quod dictum est in casu, quo Prælatus dubius est, dicendum erit etiam quando in visitationibus habet unum testem tantum ocularem, ex toto fide dignum, aut indicia secreta, æquivalentia;* Vnde præcipere non poterit repentinam mutationem Conventus, &c. *Bannes. 22. q. 69. art. 2. dub. 1. concl. 2. Petrus ab Angel.*
9. Quid sit inquisitio mixta? *q. 1. esse illam, in qua Iudex quoad unam partem procedit in particulari, quoad aliam verò in communi, v. g. quando inquirit de Petro, non determinando aliquod delictum, eò quod nulla præcesserit infamia: vel è contra, cum inquirit de delicto publico, non autem de persona particulari, cum nulla de aliquo particulari habeatur infamia; ita Petrus ab Angel. de inquis. mixta §. 11. n. 13.*
10. Quid possint Iudex, & subditi in hac mixta inquisitione, particulari quoad Personam, quoad alia verò in communi? *q. 2. primum, posse Iudicem, nulla præcedente infamia, specialiter inquirere de Petro, e. g. quomodo procedat, vel processerit in suo regimine, & officio; sic enim expedit bono communi: non posse tamen specialiter inquirere de aliquo delicto particulari, de quo non præcesserit infamia, nec particularem posse revealare, si non vergit in damnum boni communis, vel tertii. Ita communiter DD.*
11. 2. posse Iudicem per se, vel per alium, etiam nulla præcedente infamia, inquirere de occulto impedimento matrimonii: item de meritis, vel demeritis alicujus; aut inhabilitate in ordine ad aliquod officium, ad quod promovendus est, vel ad quod iam promotus, in ipso confirmandus est: In quo casu tenentur testes, & ille ipse, qui ad officium eligendus est, vel in ipso confirmandus, veritatem fateti: Rat. est, quia Elector tenetur ex justitia non eligere indignum. Vnde si quis sit præsentatus, vel seipsum præsentet ad officium, & hoc sciens perseveret pro se, vel pro tertia Persona in sua prætensione, præsumitur consentire in inquisitione, ita *Tbo. à Iesu tract. I. cap. 15. num. 14. Less. lib. 2. cap. 29. dub. 15.*
12. Quid possint Iudex, & subditi in casu mixtae inquisitionis, publici?

blici , scilicet delicti probabilis per tres , vel quatuor testes , & delinquentis occulti ? Loquimur non de occultis delictis jam commissis contra bonum commune , vel tertium, dependentibus , vel non dependentibus ab effectibus reparabilibus , seu ex damno futuro; de his enim diximus supra Ver. Iuris, & Iustitiae , &c. q. 3. sed de delictis publicis jam ex toto commisitis , sive sint personalia , sive contra bonum commune , vel tertium ? q. posse Iudicem , imo (ratione publicitatis delicti ad scandalum evitandum ex carentia inquisitionis) teneri inquirere de delinquentे in communi , & de aliis iudiciis , nulla nominata persona particulari ; duo autem illi , aut tres qui norunt delinquentem occultum , non obstante praecepto , & petito juramento , non possunt eum licite manifestare , privando illum bona fama , qua fruitur : ac proinde admittitur bellum justum ex utraque parte , hoc est , quod Iudex habeat jus ad inquirendum , & tertiis similiter ad non respondendum directe , sed amphibologicè , ita *Nat. Sua. tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 11. n. 2. Panor. Salom. Less. Tarr. &c. contra Soso lib. 8. de ius. q. 6. art. 2. Armill. Nava. &c.* Hinc est , quod multo minus tenetur reus seipsum manifestare , si cum testibus fuerit examinatus , etiam si sit crimen læse Majestatis .

32 An in casu , quo aliquis ex illis duobus , aut tribus , qui noverunt delinquentem , interrogatus à Iudice , eundem aut ex malitia , aut ex ignorantia manifestaret , Iudex acquireret jus ad inquirendum in particulari ; necnon cæteri consciī interrogati teneantur ad testandam veritatem ? q. Iudicem non habere jus inquirendi determinatè de tali delinquentे , nec etiam apud alios testes ; neque istos consequenter licite posse testari veritatem , etiam si petatur juramentum ; quia sola infamia Iuris , & multo minus , quando iniquo modo causata fuit , non tribuit Iudicii jus ad inquirendum contra Personam , de qua non habetur infamia facti , ut in casu nostro , ita *Petr. ab Angelis de inquis. mix. cap. 11. n. 19. & 20. Opposita sententia furistarum , & TT.* est valde probabilis ; nostra verò fundatur in legibus charitatis , quæ omnes ligant , ac proinde omnes tenentur servare famam proximi . Admonentur tamen Prælati , ut in praxi harum opinionum semper conjiciant oculos ad mores , & modum procedendi , quem hactenus tenuerunt Religious , & quid in futurum sperari possit , quod multum refert , ne nimis clementer procedatur cum uno , & nimis rigidè cum alio : certum quippe est unam , & eandem medicinam non omnibus æquè salutiferam esse .

13 Quid sit Inquisitio specialis? n. esse illans, in qua Iudex procedit juridicè interrogando de delicto, & delinquentे, quia in ordine ad utrumque habet sufficiens fundamentum, ita Petrus ab Angelis cap. 12. num. 1.

14 Qualis delicti notitia præmittenda sit in Iudice ad inquisitionem specialem ejusdem delicti? R. vel delictum ratione suæ conditionis est difficile cognitu, vel est de genere eorum, quæ per effectum evidenter cognosci possunt, ut homicidium, &c. Si primum, sufficit, quod ejus notitia habeatur à Iudice per indicia, vel urgentes conjecturas per duos testes probaras onini exceptione maiores. Si 2. requiritur in Iudice clara, & aperta corporis delicti notitia, non merè conjecturalis, sed ocularis, habita per seipsum, vel per suos ministros (non quidem horum propria authoritate, sed authoritate ipsius) vel denique per allegationem testium ocularium fide dignorum, ita Farinacius in praxi q. 2. n. 12. cum Boſt. Parif. Menoch. &c. adjungens hoc esse adeo verum, ut si per effectus, aut per indicia sufficientia, modo supradicto, delictum non constaret, estò reus illud fateatur, non ob id puniri posset.

15 Quomodo se habent inter se inquisitio specialis, incarceratione Rei, ejus tortura, & juramenti petitio? R. minus requiri ad hoc, ut deveniatur ad inquisitionem specialem, quam ad incarcerationem Rei, ad ejus torturam, & ad extorquendum ab ipso juramentum circa delictum; hoc enim (multò magis inter Religiosos) est quasi quedam torturæ species: Vnde sicuti ex communione sententia ad incarcerandum reum, ad accipiendam ab eo confessionem, & torquendum sufficit semiplena probatio unius testis ocularis, aut alicujus indicii equivalentis, aliud minus, quam semiplena probatio sufficiet ad inquirendum contra reum; licet inter Religiosos semper debeat haberí aliquid plus, quam inter seculares, ut dicetur in fine præsentis materiæ. Ita Tbo. à Iefu tract. 3. cap. 13. num. 8.

16 Quæ sint Judici præbentia jus, vel non, ad specialiter inquirendum contra delinquentem? Plura sunt, quæ Iudici jus tribuunt ad capiendam juridicam informationem contra delinquentem per sequentes numeros expresa. Primo tribuit jus notorietas delicti, vel delinquentis, sicut publicitas, & manifestatio. 2. in delictis bono communi, aut tertio perniciosis tribuit jus quælibet notitia delinquentis, quacunque via habita, sufficiuntque indicia populi; quod si desint, adsit tamen notitia aliqua secreta, & subterranea, poterit procedi, si omnia no-

Documenta per mediae fratnerae correctionis vitari non possint.
Ita Nav. in rubricade judicis num. 95. Loff. &c.

3 Tribuit jus legitima accusatio, vel denunciatio, sive fiat à parte, sive à tertio; cum hoc tamen, quod si fiat à parte, & hæc habeat duos testes, isti tenentur deponere: si tantum unum habeat, iste non tenetur nisi in casu gravioris damni in futurum: Si vero fiat à tertio, hic solùm denunciare, vel accusare potest in delictis contra bonum commune, vel tertium, etiam seclusa infamia; in cæteris vero, illa præcisa, non potest; quæ si adsit, & à denunciante dicatur adesse, hoc à iudice curari non debet, antequam ipse iudex eam probet, modo superius dicto de infamia, quam probationem ponere debet in capite processus, vel ejus corpori inserere, ut faciat fidem, alioquin quilibet iudex passionibus subditus sine ipsa procedere posset. Ita Fr. Joseph à S. Maria in suo Tribunalis tract. 3.c.6. §.2. Villalob. Aldrete, Juli. Clar. &c.

4 Præbet jus infamia in verisimilibus fundata, saltem in indicis, levibus quidem, sed pluribus in seculo; gravibus vero pluribus, vel non in Religionibus, juxta superioris dicta Ver. Ius, & Iustitia in causis q. 10. Vnde si infamia esset sparsa inter mille personas, & non appareret causa verisimilis, ex qua nata, & sparsa est, de ea curari non debet: quapropter dici solet, & quod infamia per se accuset, non tamen probet, nisi mediante fundamento, fundamento vero probet, sed non accuset, nisi mediante infamia; & quod infamia ponatur inter indicia, eo quod inde saltem principale suu robur hauriat. Ita Farin. in praxis 4.9.47. n.32. &c.

Hinc sequitur primò, causas frivolas, nil operari contra infamatum. Sequitur 2. contra ipsum operari specialem inquisitionem, necnon incarcerationem, & receptionem juramentis: item, unum testim ocularem juratum usquequaque fide dignum, qui per incogitantiam, aut malitiam alii narravit delictum, per quos deinde inter multos divulgatum est. Sequitur 3. infamiam ortam ex Rei comprehensione nil conferre ad inquisitionem specialem, ita Armilla de cens. par. 2.c.5. disp. 4.dub. 2. Nav. &c.

5 Præstat jus, si non ex infamia facti, saltem ex infamia juris delictum commissum in ipso judicio cum præjudicio ipsius: ut si constaret, testes deponere falso, denunciantem, vel Accusatorem struere calumniam, tergiversari, &c. Ita Soto de secreto, memb. 2.q.6. concil. 3. &c.

6 Tribuit jus non tantum ad inquirendum, sed etiam ad torquendum consilio extra judicialis delicti, non metu, nec iracundia,

sed voluntariè facta coram duobus, aut tribus, nisi reus in iudicio probaret confessionis errorem, vel nisi statim cotana illis duobus, vel tribus se retractaret. Ita *Mascardus* concl. 350. nū. 8. *Gomez. Rodri.* in sum. cap. 3. nū. 7. *¶*

7 Præbent jus plenarièque probant delicta, scripturæ publicæ, & authenticæ, supplent enim vices testium deficientium aut per mortem, aut per oblivionem, vel absentiam: Vnde Prælatus, cui imponitur, bona Convexus dissipasse, per eas convictus remanebit. *Farinac.* tom. 3. q. 8. 4. nū. 7. *¶*

8 Præbent jus scripture privatae, cujusmodi sunt literæ, & scripture subscriptæ ab ipso reo, itaut ipse tales tanquam suas recognoscat: quod si reus neget esse suas, sunt tamen duo testes contestantes se illas cognoscere, vidisseque ab illo esse scriptas, eodem modo probant plenariè: Attamen si nemo adlit, qui eas viderit scribi, debent conferri cum aliis scripturis Authoris, aut cum aliqua scripture, quam Prælatus ab illo fieri præcipit, & si facta comparatione unius cum altera, duo périti testes in arte dixerint, se credere, & certò sibi persuaderet illas esse unius, ejusdemque manus, jam habetur indicium sufficiens ad inquirendum reum, & ad petendum ab ipso juramentum; hoc enim facit semiplenam probationem, non autem plenam, nisi in casu, quo præter similitudinem manuum reperiantur pénès reum, scripture aut probaretur, cum illas dedisse aliis, venerintque è manibus ejus; ita *Mascard.* v. 1. concl. 109. *Covar.* *¶*

9 Tribuit jus dictum vulnerati; hoc enim æquivaleret querelæ partis offensæ. Ita *Clarus* q. 21. nū. 14. *¶*

10 Præbet jus contra fugientem fuga ipsius, facta antequam aliquis fuerit denunciatus, & delictum recenter commissum sit, si citatus, & vocatus non compareat ante Judicem; quod si compareat, detque satisfactionem probabilem, tollit indicium. Verum si fuga contingat post inchoatam informationem contra fugientem, non auget indicium, ac proinde non sufficit ad eum subjiciendum torturas. Rursum verum est, quod si is, qui fugit, reliquerit aliquid instrumentum, vel simile quid in loco delicti, hoc cum eo manet sufficienter probatum. Ita *Aldecrete lib. 2. q. 8. nū. 20.* *Farinac.* *¶*

11 Tribuit jus dictum juratum unius complicis fide digni, (& maxime plurium) in casu delicti sufficienter diffamati, in quo casu (plurium intellige sociorum criminis) sufficit etiam ad dampnum torturam, de quo contrarium sentit *Farinacius* q. 43. n. 3. 4.

12 Præbent jus minæ jaçtazæ, & incussæ antecedenter ad de-

delictum, & male magis si fuerint factæ à persona temeraria, male famæ, & opinionis; in tali enim casu etiam sufficerent ad dandam torturam. Ita *Gomez cap. 13. de delictis su. 11. &c.* adjungens *Farricæ.* in delictis occultis, quæ difficultor probari possunt, inimicitiam levem sufficere ad torturam, etiam si calidus non habeatur indicium. 13. Præbent jus non tantum ad inquirendum, verum etiam ad torquenduin, vel furtum inventum apud aliquam personam non bonæ opinionis (aut si bona famæ, ad inquirendum tantum, nisi talis persona se purgaverit) vel pignus aliquod, e. g. pallium relictum ab aliquo particulari in loco delicti; nisi etiam de tali derelictione se purgaverit. Ita *Guterius, Farr. q. 32. num. 74. &c.*

17 An quando reus in judicio, qui per inadvertentiam, vel ignorantiam confiteatur aliquod delictum occultum personale, vel proprium, vel alicujus tertii, aut complicis, de quo non erat interrogatus, nec erat infamia, nec ex iis, que connexionem habebant cum principali delicto, etiam si hoc fieret coram Iudice, vel Notario, vel Secretario satis sit ad hoc, ut Iudex absq; ulteriori infamia inquirat culpabilem, alium formando processam & quod de reo hic dicitur, dici etiam potest de teste incidenter delictum aliquod intra judicium revelante. Omissis diversorum placitis. s. neg. attendendo ad leges charitatis; idèque Praelatus in quantum *Advocatus* debet supradictos admonere, se de illis delictis non interrogare, sed solum de principali, de quo reus infamatus est; poterit tamen postea corriger fraternæ culpabiles. Ita *Leff. Tho. à Iesu tract. 2. cap. 4. num. 6. Soto, Sac. &c.*

18 An injuria illata Iudici per aliquod delictum coram ipso commissum, præbeat jus ad juridicam informationem? s. vel delictum est personale, e. g. blasphemia, vel non. Si primum, non præbet jus, immo nec potest Iudex, saltem sine læsione charitatis procedere ad publicam castigationem, bene verò ad correctionem faciendam coram sociis. Rat. est; quia hujus generis delicta, ad inquisitionem, dissimulationem requiriunt. Si vero delictum non fit personale, quia videlicet, commissum est contra personam Praelati in verbis, aut in opere, vel per epistolam; in hoc casu ait *Menochius de arbitr. lib. 2. cap. 3. casu 263. num. 5.* quod possit Praelatus inquirere; quia reputatur delictum contra bonum commune. Verum inter Religiosos aliter procedendum est: Vnde si non adsit scandalum publicum, Praelatus offensus debet secretò corriger delinquentem

coram illis, qui temeritatis notitiam habent; & si facti paenitens, suam confitetur culpam, & proposuerit emendationem, dabit secretam poenitentiam; si tamen in sua contumacia per severaverit, poterit uti contraria sententia. Alderese lib. 2. c. 17. §. 2. n. 13. Rodri. Et. cit. Petr. ab Angel. c. 12. n. 23. Hinc quæres.

19 Qua ratione poterit Iudex punire illa delicta contra se commissa, etiam si publica sint, cum sit solida doctrina apud omnes, unum, & eundem non posse simul agere partem, & iudicem r. fore magis conveniens ad superiorem Iudicem causam remittere. Ita Rodri. som. 2. q. 35. art. 2. Omitto alios casus particulares; nam ex dictis, & ex doctrina de indiciis, facile coniungi potest, quid in illis fieri possit, vel non, id est cum sequentibus advertentiis concludo.

Prima est, quod in causis gravibus Religiosorum, & Clericorum, semper requirantur majora indicia, & præsumptiones ad judicialiter contra illos procedendum, quam in causis secularium; quia præsumptio juris est in favorem ipsum ratione dignitatis, & status; idcirco id, quod sufficit ad inquisitionem faciendam contra unum secularem, non sufficit ad inquirendum contra unum bonum Clericum, vel Religiosum; nec quod sat est ad examinandum illum, capiendam confessionem, & subiiciendum torturæ, satis erit pro ipsis. Ita Rodri. som. 2. q. 19. art. 3. Dic. Petr. ab Angel. Et. c.

Est, quod si in aliquo casu haberetur fundamentum ad procedendum contra aliquem Religiosum, circa malum tractum cum aliqua foemina maritata (id ipsum est etiam si maritata non sit, sed bonæ famæ) oportet uti circumspectione in processu, non nominando talern foeminam; sufficit enim, quod probetur malus tractus cum muliere. Et licet per leges horum Regnum accusatione mariti; hoc tamen non ligat Religiosos; quapropter quando accipitur confessio à reo, debet illi Praelatus nominare mulierem, ut videat, qua ratione respondere possit, quidve queat in suam allegare defensionem, & hoc sufficit ad processum concludendum. Ita Petrus ab Angel. c. 12. num. 31.

Est, quod quando Praelatus conscientius delicti inventus fundamen-tum ad procedendum contra aliquem, hunc ante summariam informationem citare non debet (quod fit ad hoc, ut examine-nentur testes circa delictum, aut indicia de illo) sed post illam; hoc enim est, quæ aditum praebet, & fundamentum ad citationem, & petendam à reo confessionem, de qua infra. Ita Iul. Clar. q. 3. n. 2. Et. c.

AVS

*IVS PRÆLATI IN SECRETARIVM,
SEV NOTARIVM.* Quæst.

- 1 **Q**uodnam sit officium Secretarii? & officium Secretarii esse scribere omnes actus judiciales, & illis subscriptibere, cum cæteris infra dicendis de examinæ rei.
- 2 Qualiter in causis sit necessarius Secretarius? & de necessitate judicii in causis gravibus (quicquid sit de levibus) est adhibere Secretarium, aut duas personas fide dignas, quæ assistant actibus judicialibus. Ita *Rodri. art. 2. Alderet. lib. 1. cap. 9. nro. 6.*
- 3 Quis nominare possit Secretarium &c. ad Generalem, Provincialem, & Priorem spectare nominare Secretarium (loco Notarii apud seculares) cui eadem snt actibus judicialibus præstatur fides, quæ cæteris Notariis publicis. Ita *Tbo. & Iesu. tract. 3. cap. 2. num. 10. etc.*
- 4 An sit de substantia processus, quod ab illo Religioso, quem Prælatus præfecerit pro Secretario petatur juramentum fidelitatis, ad hoc, ut fidem faciat? Neg. respondent aliqui, ut *Sua. tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. num. 19. Lena. etc. Petras* verd ab Angelis sibi persuadet, quod semper in ordine ad informaciones juridicas circa res graves accipiatur juramentum; quia revera tam in Tribunalibus secularibus, quam Ecclesiasticis nullus Scriba, vel Notarius est sine juramento fideliatis; & haec est prima diligentia, quæ sit, dum accipitur possessor in officio.

*IVSTITIA, ET MODVS IN TESTIFICANDO
servandus.* Quæst.

- 1 **Q**ui sint idonei in ordine ad manus testificandi in causis Religiosorum? & omnes Religiosos habiles esse, etiam si privati essent voce activa, & passiva; dummodù non reperiatur in eis inhabilitas juris naturalis, qualis esset, si essent inimici capitales, à reo declarati, vel conspirassent adversus eum; si essent notoriè mendaces, infames, amentes, mentecapti; & nimis amici partis contrariae: hæc quippe conditiones de jure naturæ insirmant testificationem; Cæteræ vero potius pertinent ad apices Legis. Hinc Prælatus supradictarum conditio- num conscientius, vel conscientius, reum non ex malitia, vel animo calumniandi (alias ut calumnator; uniri deberet) sed eum.

fundamento, & juramento excipere contra aliquem testem, hunc in bona conscientia admittere non potest. Ita ex cap. *Romanæ de testibus lib.6.Iul.Clar.q.2.4.nu.20. Menoch. Sc.*

- 2 An in defectu Religiosorum admitti possint seculares protestibus? aff. etiam si sint de numero corum, qui ex jure positivo inhabilitantur; dummodo non habeant inhabilitatem juris naturalis, & sint personæ graves, virtuosæ, bonæ famæ, &c. & hoc in quocumque genere delicti, etiam difficilis probationis. Ita *Gomer lib.3.varian.cap.12.nu.21.Sc.*
- 3 Quid agendum sit in casu, quo seculares testari renuant? *Rodri quez, cum Tho. à Iesu tract.3.cap.11. nu.3.* tenent, posse eos cogi per eorum Judicem secularem, vel Ecclesiasticum, sed hoc raro in casibus inexcusabilibus ad scandalum vitandum. Alii arbitrantur, in casu supradicto, aut in quo seculares scandalizari deberent, posse Prælatum deputare duos Religiosos, qui cum seculari loquuntur de delicto, & postea sub juramento depontant quod à seculari audierunt, ita *Fr.Mari. à S.Ioseph in suo Epitome cap.4. nu.5.* Sed perperam ajunt Juristæ, & Canovistæ; quia sub obligatione juris naturalis cedit juramentum *testium*, mediante quo veritas, quam illi testantur, sumit suam firmatatem, & autoritatem; ac proinde tale juramentum erit de substantia judicii. Hinc est, quod nec loco ipsius possunt habere vim censuræ, & præcepta facta ipsis testibus. Ita *Menoch. Mafcardus de probat.conclus.1361.nu.5.vol.3.Sc.*
- 4 An mulieres non Moniales à munere testificandi excludantur à jure? aff. propterea nec una semiplena, nec duo plenaria faciunt probationem; nisi essent plures, vel alia accederent indicia; tunc enim supplebitur defectus, & probabunt. Ita *Mariana de ord.judic.par.4.num.45.Rodri.Tho. à Iesu, Sc.*
- 5 Quot testes requirantur, & sufficiant ad plenè probandum delictum, & reum condemnandum? aff. ad condemnandum Episcopos, & Cardinales, plusquam duos testes requiri; ad alios vero, duos sufficere, & requiri omni exceptione maiores. Ita *Rodri.q.12.art.1.Iul.Clar.Sc.*
- 6 Quis sit testis omni exceptione major? aff. esse illum, qui nullum habet defectum, nec ullus ei objici rationabiliter potest; qui si sit oocularis in delicto, quod visu percipitur, vel auricularis, in delicto, quod auditu percipitur, sicut est blasphemia, e. g. facit semiplenam probationem; si tamen testis fuerit minus idoneus, faciet semiplenam probationem, si ipsi aliis adiungatur, estò minus idoneus; dummodo exceptio, quam ambo,

bo , vel unus eorum patitur , non sit ex illis , quæ ex integrō testificationem impediunt. Ita Alderes.lib.2.cap.8.nu.2. &c.

7 Qui sint testes contestes ? *i.e.* testes contestes esse illos , qui concordant in eadem substantia facti ; si enim unus dicat unum , & alter aliud , jam non sunt contestes . Dixi , in eadem substantia facti , nam si unus designet tempus , vel locum , & alter dicat , se non recordari diei , vel aliter , sitque inter ipsos aliqua differentia in modo referendi delictum , vel in aliis circumstantiis ad facti substantia non spectantibus , erunt nihilominus contestes. Ita D.Tb.2.2.q.70.art.2.ad 2.Soto,Leff.&c.

8 Qui sint testes singulares , & quot modis contingere possint ? *i.e.* ad primum testes singulares vocantur illi , qui deponunt de delictis diversis , saltem quoad numerum , *e.g.* quando unus allegat unum furtum , & alter aliud. Vnde ad 2.hi testes aliqui dicuntur contrarietatis , aliqui diversitatis , & alii connexionis . Testes contrarii dicuntur , qui sibi contradicunt , & in tali casu non solum non faciunt fidem , sed ut falsarii puniri inerentur. Testes diversitatis sunt illi , qui allegant diversos numero actus , sicut quando unus allegat unum furtum , & alter aliud . Ita Rodri. tom.2. q.9. art.4. Leff. &c. Testes connexionis dicuntur , qui allegant res habentes inter se connexionem in ordine ad idem delictum ; ut si unus diceret se videlicet reum cum foemina , alias ipsum scripsisse literas amatorias , &c. & licet plenarie non probent , sufficiunt tamen ad torquenatum reum , & puniendum poena arbitraria. Ita Baldus in cap. licet causam de probat. Simaneas, &c.

9 An hi testes singulares faciant semiplenam probationem in causis criminalibus , in civilibus enim non est dubium ? *i.e.* satis probabile esse , hos testes singulares inter se uniri in ordine , ad probandum delictum in specie contra unum delinquentem , non quidem totaliter plenarie ad condemnandum eum ad totam poenam à lege taxata (nisi in casu , quo essent tres ex toto fide dignos) bene tamen ad arbitrariam . Dixi in specie , nam si Judex interrogaret de delicto in particulari , de hoc furto *e.g.* & testes deponerent de alio , & non de illo , non censerentur inter se uniri. Ita Riminaldus lib.1. cons.20. nū.20. Alberinus,Petrus ab Angel. &c.

10 An testes de indiciis faciant probationem ? *i.e.* quod quando indicia sunt vehementissima , & adsunt duo testes contestes faciunt plenam probationem ; idipsum est , quando duæ semiplenæ probationes habent inter se consonantiam , & accedit ali-

aliquid indicium? Exemplum primi est, quando duo viderunt nudum cum nuda in lecto: Exemplum 2. quando unus testis ocularis quemque allegat factum, & sunt duo testes contestantes de confessione rei extrajudiciali, quam fecit in una conversatione coram illis, adjungaturque fuga Rei, vel inveniatur apud ipsum res furata. Ita *Mascardus* tom. 3. conclus. 1221. n. 53. contra alios aliter opinantes.

11 An confessio Rei scripta in charta faciat plebam probationem? *Res. aff. si* talis chartam reus coram Judice, ut suam recognoscatur, nec alia confessione opus erit ad eum condemnandum. *Villalob. diff. c. nam. 1.*

12 An complices admitti possint pro testibus? In omnibus illis causibus, in quibus verisimiliter creditur, delicta sine complice patrari non posse, nec alio modo plenè probari queant, sicut convenit, utique admitti possunt complices, probantque plenarie, si sint duo; semiplenè vero, si unus: Imò sic expressum est de crimine hæresis, læsa Majestatis, monetæ falsæ, de peccato nefando, furto famoso, & de omnibus, quæ sunt in danum Republicæ. Ita *Gomez.* tom. 3. var. cap. 12. num. 16. *San. G. c.* contra alios.

13 An denuncians possit esse idoneus testis? *Res. vel* denunciator est Evangelicus, vel judicialis; si primum, & casus est per alium judicialiter denunciatus, poterit esse testis absque eo quod per euangelicam denunciationem admissat exceptionem. Si 2. etiam poterit in criminibus contra bonum commune, vel tertium, si non sit pars interessata, vel Accusator palliatus. Ita *Navas* summa cap. 25. num. 30. *San. G. c.*

14 Quid probent testes deponentes verbis obscuris, confusis, & ambiguis duos sensus generantibus &c. nihil probare, quia dictum obscurum, aut confusum, aut ambiguum secundum jus pro dicto non habetur. Ita *Glos.* in cap. si testes, §. in testibus q. 3. & *Tb. à Iesu.*

15 Quomodo verba testis interpretanda sunt, in casu, quo hic in absentia Judicis examinatus fuerit, & ille, qui examinavit ad ejus dictum non attendit, unde remansit obscurum, & ambiguum, nec adlit commoditas illud declarandi. *Res. interpretanda esse in favorem Rei: in dubiis enim potius favendum est reo, quam Actori.* Ita *Tb. à Iesu tract. 3. cap. 7. num. 13.*

16 An testes de auditu probent? Supponendum est primò, quod inter testes auriculares sit testis de auditu proprio, & de auditu alieno: Primitus est ille, qui audit rem, de qua petitur testimonium,

monium, & sic reducitur ad ocularem: Testis de auditu alieno est ille, qui audivit rem referri ab alio, qui illam vidit, vel audivit, & appellatur à DD. testis auditus de auditu, vel auditus mediately. Supponendum 2. quod quando DD. in his narratiis tractant de testibus auditus, absolutè debent intelligi de auditu alieno, vel de auditu audiens, non de auditu propriu. His suppositis.

Dico primum, certum est, testes de auditu proprio absolutè probare; quia reputantur testes oculares: sed quia quaedam delicta percipi possunt per propriam auditum immediate sine aliquo impedimento, vel cum ipso (v. g. tabula, vel cornua; que mediet) ideo Dico 2. in his casibus testes absolutè non probare, in causis criminalibus, etiam si judicent se certè cognoscere vocem delinquentis, & distinetè audire verba, donec accedat aliud administratum. Dixi etiam si judicent verò quia si non cognoscerent bene vocem, aut verba audiret illud est, proculdubio non probarent. Dixi etiam nisi accedant, scilicet tamen si postea vidissent ab eo loco illas personas prodeuentes; vel vidissent eas antea ad illum locum accedere, scirentque alias non esse, utique probarent. Ita Menach. Angelus ib. 1. si non speciali, cap. de testimoniis. Petrus ab Angel. &c.

Hinc infert Farinac. n. 136. cum aliis, unum ex his testibus in criminalibus non efficere semiplenari, nec duos plenarii probatissimae; duos tamen contestes sufficere ad torturam: & quia hoc apud Religiosos non est in uso, ideo Petrus ab Angel. ceneri, quod sufficient ad condemnandum reum ad peccatum arbitriam, etiam si reus neget. Quod dictum est de auditu vocis per interpositionem parietem, vel cornu in ordine ad probandum delictum; etiam dicendum est de aliis actionibus manifestatis ipsius, etiam si nulla audiantur verba. Constat tota hæc doctrina ex cap. *Præterea de testimoniis*, ubi dubitatur, an ad probandum copulam carnalem necessarium sit, testes deponere de visu, vel satis est, eos deponere de fama, & aliis actionibus fine visu. Et respondet Pontifex, quod si testimonium de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentiam fama, consentiens subministres, & alia legitima administricula suffragentur, standum est testimonio juratorum. Ita Mascard. de probat. lib. 1. concl. 62. num. 1. & 2. &c. Notandum tamen est, quod quantum maius, vel minus fuerit impedimentum, tanto major, vel minor erit probatio; ac proinde clarius, & evidenter probabile illa, qui aliquid audivit per interpretationem certam, vel tape-

et, quam ille, qui per interpositam tabulam; & melius iste,
quam qui per interpositum parietem.

Dico 3. Testes auditus de auditu nihil efficere ad probandum delictum in causis criminalibus, licet aliquid efficiant ad probandum infamiam, si ad sint alia fundamenta. Ita *Panorm. Felsinus* in cap. *quæries de testibus in fogg.*

Dico 4. quod quando una persona sola audivit narrari delictum à Petro, e.g., qui vidit, &c., alio simuliter audivit à Pavlo, qui etiam vidit, non solum non probant delictum, verum etiam indicium, quod inducunt, parvi momenti est; quia cum illi sint testes singulares, & de auditu, parum valent in ordine ad delicta, quæ exigunt claras probationes. Ita *Glos. Petrus ab Angel.* & *D.D. in caplices ex quadam de testibus.*

Dico 5. Si duo simul audierint delictum ab aliquo, qui vidit illud, nihil etiam probant in criminalibus, licet iaducant indicium aliquid, si persona, quæ vidit, & illi, qui audierunt, fuerint omnino fide digni. *Mascard. lib. de probat. concl. 104. Farin. G.c.*

Dico 6. Quod quando duo simul audierunt referri delictum à duobus, qui simul viderunt illud, majus indicium generabunt, quam sit illud prius, licet non pertingat ad faciendam semiplenam probationem; nisi tale indicium sit in materiis difficulter per alia media probabilibus, associatumque sit infamiae & aliis. Hinc poterit Iudex reuati torquere, vel illi imponere poenam arbitriarum. Dixi in *materiis difficulter, G.c.* nam si personæ, à quibus testes audierunt delictum, vivant, & non multum distent, examinari debent, non curando testes de auditu. *Farinac. ubi supra cap. 1. per rocam. San. lib. 6. consil. c. 5. dub. 19. n. 6.*

17 Quid dicendum sit de teste, qui non vocatus à Iudice, ultrò & sua sponte se offert ad testandum in causis criminalibus? tanquam suspectum non debere admitti, nisi esset in ordine ad liberandam Communitatem, vel tertium innocentem ab aliquo gravi damno spirituali, vel temporali; in his enim causis unusquisque tenetur se presentare. Est communis doctrina Juristar. & Theologor. Ita *San. lib. 6. consil. cap. 5. dub. 19. num. 5. Farinac. G.c.*

18 Quæ, & quanta sit testimoniū obligatio ad dicendam veritatem? primo, quando Iudex per inquisitionem specialem juridice testem interrogat quacumque via procedat, & testis ex testificatione justè timere potest grave aliquod detrimentum proprium sibi, vel rebus suis (quia e. g. est complex in eodem delicto, sed non infamatus) etiam non præponderans damno alius cuius

ejus particularis, non tenetur dicere veritatem; quia leges charitatis id permittunt, nec jubent ad proximum succurrendum cum detrimento proprio. Dux, etiam non preponderans damno alicujus particularis; nam si non preponderaret damno boni communis, teneretur, nisi ulterius tamquam Advocatus, Theologus, Medicus, &c. delicti notitiam haberet, quia videlicet, sub secreto ipsi communicatum, fuit occasione consilii, vel auxilii petendi. Ita Corduba lib. 1. q. 9. dub. 2. Nav. Less. Villalob. &c.

R. 2. Si testis sciens esse Superioris mandatum praecipiens subditis, ut accedant ad testificandum, se abscondit priusquam vocetur in particulari, ne cogatur dicere contra amicum veritatem, aut propter alios respectus non excusantes, licet graviter peccet contra obedientiam, cum illius testimonium in ordine ad causam sit necessarium, non tamen peccat contra justitiam; ideo non tenetus ad restitutionem damni, quod pars, aut Fiscus passus est. Ita communitez. Verum est, quod si testimonium ipsius esset necessarium ad liberandum tertium aliquem innocentem ab aliquo damno gravi imminenti, peccabit etiam contra charitatem, non testificando, cum sine damno suo gravi posset; in quo etiam casu charitas obligabit ad se presentandum: & idem dic, cum damnum imminentem est contra bonum commune, etiam non preponderans damno proprio testificantis si quod esset. Nut. Sp. San. lib. 6. consil. cap. 2. dub. 5. num. 10. &c.

R. 3. Tametsi Iudex juridice interroget, si tamen aliud non petat a teste, quam ut dicat id, quod scit, non tenetur dicere ea, de quibus est testis auditus de auditu alieno, est illa pro certis habeat, ac proinde potest jurare se nihil scire. Dux de auditu alieno, si enim essent de auditu proprio, teneretur; quia reputaretur absolute scire, ut supra dictum est. Ita Sosus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. Nav. San. &c.

R. 4. Si quis in notitiam veniat delicti post edictum, & mandatum Superioris, non tenetur denunciate, & testari, etiam si ab illo juramentum petitum sit. Ita Petr. ad Angel. c. 15. au. 7. Villalob. Trullencb. &c.

19 An ad hoc, ut testis obligetur ad respondendam veritatem, necessarium sit, quod ipsi constet, Iudicem legitimè interrogare, & quid in casu dubio dicendum sit? q. primò, in criminibus, ex quibus imminent grave danum bono communi, vel alicui tertio innocentem, certum est quoad utramque partem, non esse necessarium manifestare testi jus, quod Iudex habet; quia habetur pro notorio; idcirco sicuti (ut omnes concedunt) in his casibus

bus quilibet particularis tenebitur denunciare , etiam Iudice non interrogante ; ita si nullus tenebitur dicere veritatem , si fuerit inquisitus , absque eo , quod illi exhibeatur aliud fundamentum . Hinc si non patet alia via ad vitanda illa mala , quae imminent , certum est , debere Iudici manifestari . *S. S. de secreto , memb. 2. q. 4. concl. 4. cum ceteris .*

¶ 2. Quando delicta sunt de his , que infamiam requirunt , hanc in processu probatam , testi ostendere Iudex non tenetur ; unde ipse obligatur ad respondendum , dum non habet causam persuadentem , cum agere contra justitiam . Rat. est : quia ad hoc , ut Reus (præsertim inter Religiosos) obligetur dicere veritatem , non est opus , ut Iudex ei ostendat jus , quod habet , eo quod præsumptio stat pro sua parte , quanudiū contrarium non confitet , ut infra dicitur ; ergo idem dicendum etiam erit de teste . Ita Sandib . 12 . 6 . 20 . nro . 2 . Fryffen . Et c . quoad 2 . partem ¶ 3 . quando in causa non agitur de damno gravi proprio , vel alicujus tertii , qui sit infamandus , aut ad penam gravem condemnandus , tenetur quis obediere Superiori in casu dubio : si tamen agatur de causa , in qua haec damnna interveniuntur , si gravia sint , non est obligatio respondendi , si subdito non constet de justitia , cum qua Iudex interrogat , ita Cordub . lib . 3 . qq . q . 6 . in 2 . p . 4 . r . concl . S . S . , Et c . Cui sententiae se accommodando Sanchez . lib . 6 . const . c . 3 . dub . 3 . n . 6 . inquit esse verum , etiam si subditus magis inclinet ad hoc , quod Iudex juridicè procedat , dummodo revera maneat dubiosus : quod tamen semper intelligendum est , dummodo ex eo , quod quis non testetur veritatem , non immineat gravius documentum bona communia , vel tertio in spiritualibus . Haec sententia videatur charitati & justitiae magis consonantia , & sic eam omnino oportet sequi : Advertendo tamen , quod quando ob dubium aliquod fundatum , quod habet subditus , inde est petat à Prelato , ut illud auferat , monstrando fundamentum , quod habet ad interrogandum , tunc Prelatus debet communiter Secretaria , ut illud legat , neminem nominando , cum quo jam non excusabitur à testificando veritatem contra delinquentem . Ita Apos . Vultatib . tract . 17 . diff . 1 . n . 13 . d . ap . Petrus ab Angelis . Et c .

Quomodo testes examinari debentur primo , Testes examinari debent singulatum per ipsam Personam Iudicis (vel alterius Personæ dignæ & competentis , ipso legitimè impedito , sed a mentione in processu de cali commissione) laco secreto , forta Iudice , & Secretario præsentibus , & absque eo , quod unus-

unusquisque videat ea, quæ ab aliis testimoniis dicta sunt, scriben-
do Secretarius allegata testis iisdem verbis: imo in casu ali-
cujus correctionis; non debet ab ipso nec in maximo, nec in
minimo mutari conceptus, vel stylus verborum, ita Petrus ab
Angel. c. 16. n. 4. &c. 13. Hinc graviter peccarent Iudex, & Secre-
tarius, si scriberent ea tantum, quæ Reum gravant, omittendo
ea, quæ illum defendunt, excusant, aut culpam diminuunt. Pru-
dens tamen est præventio, ut antequam Secretarius aliquid scri-
bat, Iudex se informet ab ipso teste circa ea, quæ scit, & dicere
potest, ne perdatur tempus, & charta in casu, quo nihil alicujus
momenti sciret. Ita *Iul. Clar.* q. 23. in princ. de jure non scripto
c. 5. 1. n. 18. *Petr. ab Angel.* &c.

R. 2. Iudex in judicio non autem extrajudicialiter accipere debet à
teste mixtum juramentum, quod ipse nude, & simpliciter de-
positurus sit veritatem, nulla admixta passione, vel respectu hu-
mano, interim imponendo illi præceptum secreti, usque ad pu-
blicationem processus. Ita *Alderete lib. 1. c. q. n. 6.* *Petr. ab Angel.*
Farinac. &c.

R. 3. Quando informans invenit testes omni exceptione majo-
res, illos examinet, in quorum defectu admittere potest illos, de
quibus supra locuti sumus: & quia multum intereat, Iudicem
esse benè informatum de qualitate testimoniis, si ad examinantem
non spectet causam sententiare, debet de ea Prælatum informa-
re, suam mentem declarando, videlicet, quod talis ipsi visus fue-
rit inconsideratus, & temerarius, facilis, & pronus ad loquen-
dum; quod animadverterit talem testimoniis pice alicujus passionis,
modicam habere conscientiam, vel in verbis inconstantiam, &c.
Hoc unum principaliter curare debet informans, ut dilucideat
causam scientiæ, quam habet testis, & de illa mentionem faciat
in processu. *Mascard. tom. 1. c. 6. n. 68. Covarr. Glos. in c. 1. de con-*
sanguinitate, & affinitate. &c.

2.3 Quomodo testes respondere debeant? **R.** primò: testes in-
causis criminalibus oretenus, & per seipso in præsentia exami-
nantis, suum deponere debent testimonium: est communis in-
ter Theologos, Jurist., & Canonist., Dux oretenus; quia in
scriptis in charta clausa, juratum, & firmatum non facit fidem,
nisi (ait *Farinac. de testibus* q. 80. contra *Fr. Joseph. & S. Maria in*
suo Tribunal tract. 4. Rodri. &c.) scriptura sit muti, vel alterius
impeditæ linguae, aut sit in ordine ad probandam infamiam
extrajudicialiter, maximè in causis Religiosorum. Dux per seip-
pos; quia per tertiam personam non tenet, nisi ista sit linguae in-
ter.

terpres. Ita Bartol. in e. qui bona fide, s. si aliquo, n. i. 7. ff. de damage infectio. Butrius, Farinac. &c.

¶ 2. Ad substantiam, non ad apices spectat, quod testis dicat suum nomen, cognomen, statum, conditionem, &c. quæ omnia scribi debent. Item dicere debet ætatem, quæ si esset minor 15. annis, dictum illius non sufficeret ad condemnandum reum; nisi in casu, quo ultra præsumptionem, & indicium, quod saltim generat talis ætas, accederent alia adminicula. Ita Petr. ab Ang. c. 16. n. 8.

¶ 3. Quia inter scire aliquid ex visu, vel ex publicitate, vel auditu tantum, est discriminem, ut unum probet, alterum verò non; inde est, quod testis deponere non debet per generales responsiones, dicendo se ita novisse, prout in illis contentum est, sed oportet annexare rationem, dicenda, quia erat præsens e.g., & vidit oculis suis; vel quia audivit, &c. aliter nec in minimo reo præjudicaret; sicut quando interrogationi negativæ non correspondet responso affirmativa. Ita Petr. ab Ang. n. 9.

¶ 4. Verba ambigua non faciunt fidem, e. g., credo, mihi persuadeo, imaginor, etiam si fundentur in præsumptione remota, ut si quis diceret, credo, quod talis sit Adulter; (quia videlicet, vidit Petrum tali die, in tali domo, & loco absconditum, & nudum cum nuda.) Ita colligitur ex c. præterea, de testibus, & ex l. si vicinus de nuptiis, estque communis D.D. doctrina.

¶ 2 Testis juravit, se veritatem responsum, postea in examine circa aliqua invenitur falsum dixisse, an probet circa alia. Et neg., si falsa testificatio fuit circa circumstantiam substantiam delicti principalis. Ita Iul. Clar. &c.

¶ 3 Testis in diversis judiciis contraria depositum, cui dicto standum sit &c. vel judicia fuerunt valida, vel primum invalidum, quia scilicet Judex non erat competens, &c. 2. verò validum: Si valida, & testis in primo judicio dixit, se nihil scire, & deinde certatus à Judice Superiori testatur aliquid, vel è contra, nulla erit testificatio, eo quod testis reputetur falsus, & depravatus ab una partium: Si tamen in primo judicio aliquid depositum, & statim in alio judicio cum juramento deponit contrarium, certum est, taleni tanquam falsarium castigandum esse, sed primo dicto standum est: Si vero primum judicium fuit invalidum, & testis in 2. judicio valido deponit aliquid, sit quomodo cumque, vel contrarium, vel non, huic secundo dicto standum est, nec primum huic præjudicat; imò nec curatur. Ita Iul. Clar. q. 5. 3. n. 14. Angelus, Pelinus, &c.

24 Testis in eodem judicio, & coram ipso Jūdice contraria in substantialibus testatur, cui dicto fides adhiberi debet? **Dubium**, principaliter procedit, quia post litis contestationem, penes opinionem probabilem, necessaria est nova testimoniū notificatio cum novo juramento. **B. primò**, quod quando testis absque eo, quod recedat à Judicis præsentia, seu *incontinenti*, ut ajunt Juristæ, & sine animo corrigendi primum dictum, nec allegandi justam causam pro correctione, dicit contraria, non est illi in ullo alia adhibenda fides; Est enim iste testis falsus: Si verò justam causam allignet correctionis, vel etiam erroris, nec se subscripsit, secundo dicto standum est, & non primo; cum enim humana fragilitas subiecta sit oblivioni, & deinde locus non adfuit, ut possent ab aliis corrumpi, præsumitur correctio charitati confitanea. Dixi nec se subscripsit; nam si se subscripsisset, cum in ordine ad hanc, primum dictum relegisset, per illam iustum raticaret. Dixi, si testis à Jūdice non discessisset; nam si suum dictum inchoasset mane, & vespere illud prosequeretur, & concluderet, tunc veritas correctionis dependeret ab aliquibus extrinsecis, videlicet à verisimilitudine ipsius, à qualitate personæ gravis, e. g. de qua nulla potest levitas præsumi, & cénique à certitudine, quod testis non potuit à parte corrumpi. Ita *Menoch. nu. 5. Petrus ab Angelis cap. cit. nu. 21. Et c. Hinc ad dubium principale.*

B. 2. Quod quando testis post litis contestationem, se ratificando, & sub novo juramento repetendo in plenaria, afferit contrarium ejus, quod in summaria sub juramento dixerat (supponendo interim, illum esse puniendum ob falsum juramentum) dico tamen standum esse primo dicto, etiam si testis alleget, te velle primum dictum declarare; quia præsumitur esse vitium: solum in casu hæresis, has regulas fallere; quia ibi semper standum est dicto, quod probat in illius favorem, ajunt communiter DD. cum *Menoch. Covarru. lib. 2. variar. c. 13. n. 8. Et c. contra quosdam*. In quo convenienter DD. est, quod quando standum est priori dicto, semper tamen ipsum ex secundo remanere debilitatum aliquo modo, nec tantam facere fidem, quam fecisset, si secundum non supervenisset, & sic talis defectus per aliud adminiculum supplendus est. Ita DD. citati. Occasione præsentis difficultatis, quæres.

25 An post litis contestationem necessaria sit testimoniū ratificatio, seu sub novo juramento in plenaria informatione repetitio eorum, quæ in summaria diæta sunt, in casu, quo reus neget delictum,

lictum , quando ab ipso exigitur confessio , de qua infra . Supponendum primò , contestationem litis consistere in eo , quod Judex proponat reo juridicè id , quod contra illum habet , & reus respondeat confitendo , vel negando id , quod illi impositum est : ita expressè in cap. *olim* . Supponendum 2. summariam informationem esse illam , quæ litis contestationem anteit ; plenariam verò , quæ illi succedit : His suppositis . v. hanc litis contestationem spectare ad apices Iuris , non ad substantiam . Hinc est , quod cum ex cap. qualiter , & quando 1. de accusacione ad apices Iuris Religiosi non teneantur , sequitur , in horum Tribunalibus non esse necessariam litis contestationem , eò ipso , quod testes in judicio summario cum juramento deposuerunt , & in eodem incontinenti se ratificaverunt : Vnde in causa Regularium sufficit , quod finiendo testis suum dictum incontinenti ipsi relegatur , ut videat , si habeat aliquid , quod adjungat , vel emendet , quo facto , dicat se ratificare omnia , & subscribat , vel si subscribere nesciat , aut non possit , saltem in loco subscriptionis formet Crucis signum , & aliis , qui non sit Judex , vel Secretarius pro eo subscribat , & de omnibus fidem det Secretarius , terminando singula dicta cum tribus subscriptionibus , Judicis , testis , & sua propria , quæ omnia sufficient ad plenam fidem faciendam in ordine ad reum convincendum , & sententiandum . Ita Aldrete lib. 1. cap. 9. num. 13. Fr. Ioseph à S. Maria , Rodri. &c.

26 In quo consistat testium publicatio ? R. consistere in ipsorum nominum manifestatione , & eorum , quæ testati sunt . Ita Alder . lib. 1. cap. 14. num. 4. &c.

27 An hæc publicatio pertineat ad apices Iuris , an verò ad processus substantiam ? Præsupponendum est , cum communissima sententia , quod copia , vel testium publicatio reo concedi non debet , nisi post acceptam confessionem ; ad hoc enī præstatutur , ut reo confit , eum juridicè interrogari , & ut ei detur locus defensioni . Hoc præsupposito . R. publicare nomina testium , non spectare ad causæ substantiam , sed ad apices ; ad illam verò pertinere copiam dictorum à testibus offerre . Hinc deducitur primò , inter Religiosos non esse necessarium , manifestare reo nomina testium , nisi in aliquo casu gravissimo , in quo alias ob circumstantiam personæ majus damnum ipsi inferretur , quam bono communii , & testibus , nec ei daretur locus pro iusta defensione ; Et quia hoc raro contingere potest , raro etiam hæc publicatio facienda est . Contraria opinio probabilis est . Ita

Ita Petrus ab Angelis. c. 17. Infertur 2. Judicem in causis gravibus teneri reo offerre copiam dictorum à testibus sine horum nominibus, & circumstantiis, ex quibus ipse venire possit in certam personarum cognitionem: Excipe, nisi reus esset persona literata, de qua præsumi potest, quod sciat posse illam petere, & illam non petat; tunc enim non teneretur Judex illam offerre, sed tantum reddere, dum petitur; & idem dic, quando reo conceditur Advocatus, de quo infra. S. Rodri. tom. 2. qq. q. 19. art. 5. San. Villalob. Hippoli. &c.

J U S P R A E L A T I I N R E I C I T A T I O N E M , E T C O N F E S S I O N E M . Quares.

- 1 **Q**uot modis reus citari possit? Supponendum est primò, citationem Rei in omnium sententia esse unum ex substantialibus judiciorum; nam ex cap. eorum, etiam diabolus in juribus suis est audiendus. Supponendum 2. citationem ex se sola non requiri ad judicium, sed quatenus est medium ad litis contestationem, videlicet ad hoc, ut Judex reo juridice proponat id, quod contra illum habet, & reus juridice Judici respondeat ad interrogata circa delictum confitendum, vel negandum, &c. His suppositis. n. duos esse modos citandi, unum verbalem, & est, quando Judex præcipit reo, ut compareat, ad quem reducitur ille, qui fit per authenticas literas: Alterum realem, & est, quando Prælatus præcipit reum incarcерari; quia prudenter timet, eum, de cuius delicto in judicio, vel extra judicialiter est informatus, fugiturum. Sed quia in hoc magna prudenter uti oportet, relinquo ejus explanationem infra abunde faciendam. *Rodri. tom. 2. q. 17. art. 2. Petr. ab Angelis.*
- 2 Quando Judex reum citare debeat? n. Judex certificatus extra-judicialiter de corpore delicti, & probata jam infamia per duos, aut per tres testes juratos; vel si procederet per viam accusationis, vel denunciationis, hac admissa, incipere debet informationem per examen testium: quod si ex illa contra reum resultet plena, vel semiplena probatio, debet illum verbaliter, vel realiter citare, & se sistere simul cum eo, & Secretario, accipiendo per seipsum ab eo confessionem, imponendo illi formale præceptum, ut sub juramento respondeat ad interrogata secundum jus. *Dixi, per seipsum;* quia si mediante Secretario, vel aliquo alio, etiam ex commissione Judicis, confessio acciperetur, fidem non faceret, quia non esset judicialis.

cialis. Ita Salzedo. in praxi c. 118. vers. primo quidem. P. Matthaeus de Affiæ. contra Farinac. & alios.

3. Quomodo cum reo citato Iudex se gerere debeat? Iudex nec in facie, nec in verbis præseferre debet indignationem aliquam, iram, severitatem, &c. quæ possint Reum turbare; immo vultu sereno, ac placido, bonisque verbis post impositum præceptum, & petitum ab eo juramentum, petet nomen, cognomen, ætatem, patriam, & tempus professionis, quæ omnia deferviunt Iudici ad ostendendam jurisdictionem, quam habet supra reum. Confestim petet, an sciat, cur in suam præsentiam sit vocatus, vel cur fuerit apprehensus. Deinde magis descendat ad particularia, interrogando de causis, de quibus est infamatus, & testes deposuerunt, sive sit plena, sive semiplena probatio; quia licet ad eum condemnandum ad poenam à lege, vel à jure taxatam, non sufficiat semiplena; ad obligandum tamen eum ad respondendum veritatem sufficit, ut in quocumque genere causarum tenet communis opinio, quamvis non desint graves Authores afferentes, in causis, in quibus reus timet condemnari ad poenas valde graves in honore, bonis, vel persona, eum non facere contra juramentum utendo amphibologia. Nav. Rodri. tom. 2. qq. q. 18. art. 4. Villalob. Lef. &c.

4. Quando reus licet veritatem occultare possit? primo, quod quantumvis Iudex juridicè reum interroget de aliquo, quod quidem ex se erat peccatum grave, reus tamen commisit, vel ex ignorantia invincibili, vel ex justa defensione, vel alia legitima causa illum coram Deo à culpa excusante, absolute, & cum juramento occultare potest illius facti veritatem, negando se illud non commisisse (subintelligendo) per modum delicti; hoc enim est, quod Iudex intendit verificari, & punire. Ita Portel. in addit. verb. juramentum n. 16. Melderus, Th. à Jesu, &c.

5. Quando reus verè deliquit, fuit tamen accusatus, vel denunciatus contra justitiam, aut ab aliquo teste offensus, quia contra ipsum delictum revelavit, potest etiam cum juramento veritatem occultare, utendo verbis æquivocis: Immò si hoc insuam defensionem non sufficiat, poterit dicere denunciatorum, accusatorem, vel testimoniū non depōnere justè, & si opus fuerit, poterit etiam ad excipiendum contra eos, allegare aliquod delictum verè ab illis commissum, sive sit publicum, sive secretum, si illud probare possit; & insuper tale sit, quod probatum valeat effingere robur accusationis, testificationis, &c. ita tamen, ne ulli maius damnum inferat, quod sui justa de-

defensio postulat, reflectendo semper ad ordinem charitatis, qui exigit, quod quando quis sola delicti negatione se liberare potest, non dicat, accusatorem, testes, &c. mentiri, nec alia verba contumeliosa; & si hoc fuerit necessarium, & sufficiat, non imponat illi delicta commissa, vel alias infamias: quod si necesse fuerit, aliqua ex his objicere, sit omnium minus grave. Ita *Bannes* 22.q.70.art.3. *Malder*, &c. Dixi, Reum posse contra denunciatorem, accusatorem, &c. allegare aliquod delictum verè ab illis commissum, & insuper tale sit, &c. usque ad finem: quia contrarium damnatum est per 43.& 44.prop. *Innoc.* XI. sicut & occidere, vel vulnerare, violentem accusare, denunciare, vel testificari in justè, etiam in materia, ex qua sequeretur mors, aut gravissima infamia, damnatum est ab Alex. VII. prop. 13.

¶ An ad hoc, ut reus obligetur ad respondendum veritatem, necessarium sit, quod ipsi constet, Judicem legitime interrogare, & quid in casu dubii: R. primò quoad utramque partem affirmativè in causis levibus.

¶ 2. In causis, in quibus timetur grave dænum bono communi, & maius, quam illud, quod pateretur reus ex confessione delicti. Dico hunc teneri veritatem fateri, etiam si Iudex non monstrat reo adhuc petenti, ius, quod habet ad interrogacionem; dummodo illud revera habeat, & alias sit persona gravis, docta, & virtuosa, de qua dubitari, & suspicari non potest cum fundamento, quod procedat contra justitiam. Ita *Gusti-*
rez in qq. Can. lib. 1. cap. 11. nu. 43. & Peirrus ab Angelis.

¶ 3. In aliis tamen causis gravibus. Dicō, quod etiam si reus non habeat rationes probables dubitandi circa ius Judicis: immo si certò sibi persuadeat, Iudicem eum juridice interrogare; dum tamen non fuit ipsi demonstratum in processu, non tenetur respondere, sed veritatem occultare potest, & multò magis quando reus habet fundamentum dubitandi de justitia Iudicis. Est communissima. Ita *Rodri. in sum. cap. 10. de ord. Iudic. nu. 3. Dia-*
Soto, Nav. &c.

¶ Quid autem in praxi à Iudice in his casibus servandum sit? Dico, quod ut Iudex suæ satisfaciat obligationi, uno, vel altero ex his modis, ius reo ostendere poterit, vel legendo ipsi per Secretarium dicta unius testis, suppresso illius nomine, sive in ordine ad probatam infamiam, sive in ordine ad probatum delictum (hoc enim sufficit, ut ipse respondere teneatur, absque eo, quod sciat, an in informatione continetur plusquam sermis-

plena probatio, & sic uti possit opinione, quod scilicet in causis gravioribus occultare possit veritatem; si enim nesciat, an ad sit major probatio, verebitur negare veritatem ob periculum, incurrendi etiam pœnam falsi juramenti.) Vel melius, & in praxi omnino servandum, legendo dicta singulorum testimoniis, suppressis, &c. sive in ordine ad delictum probatum, sive infamiam, taliter, ut ipsi reo ostendatur, plenam esse, vel semiplenam probationem delicti, vel infamie, ne Iudex reum decipiat, praebatque illi occasionem falsi juramenti, in casu quo delictum esset plenè probatum, & semiplenè ostensum. Ita.

Fr. Ioseph à S. Maria in suo Tribunalis tract. 4.c. 17. §. 4. Pax. &c.

7 De quibus delictis reus à Iudice interrogari possit? Et. reum de alio interrogari non posse, nisi solùm de illo delicto, de quo vel est sufficienter infamatus, vel habetur unus testis ocularis, aut aliquid æquivalens semiplena probationi. Ita communiter DD. contra Palud. Syl. Armill. &c. qui duos casus excipiunt. Primum est, quando delictum habet connexionem cum aliis, vel quia sunt illius circumstantiae, vel quia in delicto principali reluent indicia sufficientia de illis, e. g. Est alius infamatus de adulterio, contingit, maritum adulteræ in sua domo mortuum inveniri, hoc jam sufficiens præbet fundamentum ad interrogandum adulterum de homicidio, 2. casus est, quando licet absolute delictum non habeat connexionem cum aliis, habet tamen illam cum aliquibus circumstantiis, e. g. Est aliqua conversatio non bona unius Religiosi cum aliqua foemina, si huic addatur, quod illa foemina non habeat unde se substantet, aut vestiat, sicut de facto vestita est, bene potest Religiosus interrogari de bonis temporalibus, cum quibus illam substantiat, & ubi illa acceperit. *San. lib. 6. cons. c. 3. dub. 2. num. 3. Miranda, Petri de Angel.*

8 In quibus casibus possit Iudex reum interrogare de sociis criminis, quando infamati non sunt, & reus teneatur illos revelare? Conveniunt omnes, quod in criminibus, de quibus constat sine complice committi non posse, sive commissis, sive committendis pendentibus ex damno futuro contra bonum commune, ut est hæresis, proditio alicujus Cjvitatis, falsificatio monetæ, &c. possit Iudex reum interrogare de sociis occultis, & reus adhuc cum gravi suo incommodo (non præponderante bono communii) tenetur illos revelare, dum certus non est, per suam secretam admotionem socios esse emendandos, & damage vitanda esse. Rat. est; quia reus tenebatur in hoc causa illos

illos denuociare , etiam si interrogatus non fuisset: ergo à fortiori tenebitur , quando interrogatur à Iudice . Dixi , *non preponderante bono communi*; quia aliàs posset quidem, sed non teneretur. Ita Petr. ab Angel. cap. 18. n. 1. 5. In criminibus verò ex toto commissis non relinquentibus aliquem effectum post se vel si relinquunt, irreparabilis est , & reus est certus , complices jam esse entendatos, vel emendandos, non solum non teneatur illos publicare , sed nec licetè potest ; estò talia delicta sunt publicæ, & constet, illa sine sociis patrari non potuisse. Totum quod dictum est de delictis , quæ sunt in damnum boni communis , proportionaliter dicendum est de illis , quæ sunt in damnum tertii cum oneribus, & modis dictis supra Ver. Iuris, & Iustitiae obligatio in denunciando q. 3. Nav. Soto de secreto, memb. 2. q. 6. &c.

Hinc est, quod quando D.D. asserunt, quod in delictis, de quibus constat, line complice committi non potuisse , Iudex de illo interrogare possit, intelligitur in generali , non autem in particulari, (quando complices non sunt infamati , vel saltim indicati , ut si haberetur sufficiens fundamentum , delictum commissum à servō non fuisse commissum sine mandato Domini) & si reus contra justitiam manifestaret aliquem ex sociis occultis, non propreter Iudex acquireret jus ad procedendum contra talēm. Hinc ait Petr. Navarra lib. 2. de ref. c. 4. n. 3., quod quando Iudex interrogat reum ignorantem de sociis criminis, eò quod constat cum illis patracum esse , illum debet admonere, ne illos manifester, ita tamen ne teneatur pro remisso , & celante delinquentes ; & si Iudex non faciat hanc admonitionem, debet reo concedere virum aliquem doctum, quem possit consulere, & tempus ad consulendum. Ita Vib. abib. tract. 1. 4. diff. 10. n. 4. Soto. Sec. Nav.

9 Si reo conflet, se juridicè interrogari, ipse tamen nolit respondere, nec negando, nec affirmando, sed divertat responsiones in verbis ambiguis, & obscuris, sicut etiam si respondeat , se non recordari , cum tamen verisimile sit , cum obliisci non potuisse, quid facere debet Iudex? q. debere eum admonere, quod eò ipso , quod clarè , & distinctè non respondeat quantuni ad substantiam , & circumstantias substantiales delicti , habeatur pro confitente delictum, & pro tali debet haberi . Ita M. Sando q. 20. art. 5. concl. 1. Roder. Sua. &c.

10 Si reus verè non recordetur delicti , vel alicujus circumstantiarum substantialis, vel de eo dubitet, quid facere debeat tam Iudex,

quam reus? *v. p̄m̄d*, si verisimile sit, eum non recordari, vel quia multum temporis præter fluxerit, vel quia est Persona brevis memoriae, potest respondere, se non recordari, quod ipsi in nulla re præjudicat; nam in substantia tantum valet, ac si negasset, & Iudex supposito juramento debet illi credere: immo si velit, poterit negare; quia cum non recordetur, habet dubium negativum, quod plus ipsi favet, quam positivum. Ita Petri ab Angel. c. 19. n. 18.

- ¶ Secundū, quando reus dubitat, an commiserit delictum, potest absolutē negare, cum sit in possessione suæ famæ, & melior est conditio possidentis: immo etiam si responderet, se dubitare, nihil ipsi præjudicaret, nec Iudex acquireret majus jus illo, quod ante habuerat; nam confessio ad reum condemnandum debet esse clara, certa, & distincta quantum ad substantiam, & substantiales circumstantias. Ita Farinac. in præl. q. 81. a. n. 31. t̄gō.
- ¶ 11 Quando Reus respondet verbis ambiguis, obscuris, & æquivocis, quæ duos faciunt sensus, alterum in favorem delicti, & alterum in favorem sui, nec aliud extorqueri potest, quomodo Iudex se gerere debeat. Attendere debere ad qualitatem Personæ reæ; & si alias fuerit bona opinio, & fidei, verbæ ipsius in favorem, & tutelan interpretanda sunt; præsumptio enim stat ex parte ipsius. Est communis. Ita Farinac. in præl. q. 81. n. 35. Marfil. Butrius, &c. Si tamen reus fuerit malæ famæ, & opinionis, interpretanda sunt in favorem delicti, & contra reum; nam de malo homine non debet præsumi nisi malum; ut habetur in cap. Ofiis de elect., & cap. 1. de Clericis non refutentibus.
- ¶ 12 An Iudex debeat concedere tempus reo illud potenti ad respondendum? *v. neg.*, est communis contra Jul. Clar., ibi enim solum agitur de contestanda lite, regando, vel confitendo delictum; non autem de justa defensione postea facienda; quod si Iudex velit, poterit illi concedere aliquod tempus, ut melius videat, qui debeat responderem. Ita Tho. a Jesu tract. 3. c. 19. n. 7. Rodri. Sua. &c.
- ¶ 13 Quid agere debeat Iudex in casu, quo reus neget veritatem, & debere eum bonis rationibus ad eam inducere, & repetere interrogaciones de circumstantiis delictum concernentibus, revocando illi in memoriam tempus, locum, & Personas, coram quibus erat; quod si nihilominus persistat in sua pertinacia, interrogare debet, ubi nam tunc temporis versaretur, in quo occuparetur, quis illum viderit; & si aliquem nominaverit, citandus

tandus est, & examinandus; si enim non procedit veridicè, immo possibile est, quod in uno, vel altero non deprehendatur mendax, vel saltim non vacillet, & titubet, præbeatque signa, se in iuste negasse, præsertim si per ea, quæ respondet, tribuat occaſionem, & anſam novis interrogatioñibus; si enim dicit veritatem, quo plus interrogabitur, eo magis suam deteget innocentiam: Non tamen est licitum Iudici indagare, & expiscari veritatem cavilloſis quibusdam captiunculis, minis, metu, vel similibus, nam si per media ista extorqueat confessionem (præterquam quod graviter peccat) non præjudicat reo, nec virtute illius posset ad Rei castigationem procedere, *Mirand. q. 17. art. 2. concil. 2. Petr. ab Angelis c. 14. n. 21.*

14 An Reus in causis gravibus peccato mortaliter veritatem respondendo Iudici interroganti contra juris ordinem? Aff. respondent *Nav. in Sum. Latina c. 18. n. 57.*, afferens esse communem sententiam, etiam si Deus esset Religiosus; nam ut ait *T. bo. à Iesu tract. 3. c. 10. n. 7.*, semper hic patitur aliquod grave damnum spirituale, nam videndo se infamatum, & per judiciale sententiam castigari, inquietius vivit.

15 An possit Iudex absque ulla dilatione condemnare reum sponte delictum confidentem, nulla adhibita tortura, aut violencia? Aff. respondent quamplures cum *Farinac. in pract. q. 31. n. 3.* Sed melius alii consulunt, concedendum esse reo tempus, ad hoc, ut si illi aliquid occurrat pro sua defensione, quad vel ex toto, vel ex parte illum excusat, alleget. Ita *Iul. Char. q. 65. Sua. San. 5c.*

16 An hæc spontanea Rei confessio validum reddat processum, in casu, quo hic ex aliqua parte esset nullus, e. g., quia non sunt indicia sufficientia, non præcesserit infamia, vel quid simile? Aff. respondent *Farinac. ubi supra n. 13.*, & n. 66. licet alii contrarium opinetur, & mihi videtur magis consentaneum charitati, & justitiae, saltem quoad illius condemnationem ad pœnam ordinariam: propterea nonnulli relati à *Farinac.* dicunt, hoc relinquendum esse ad arbitrium prudentis, & Christiani Iudicis.

17 An in confessione Rei spontanea, necessaria sit ipsius ratificatio? Neg. sentiunt aliqui; *Farinac.* tamen cum pluribus dicte, magis securum esse, si ea accedat, quæ fieri potest, & sufficit, si eodem tempore, quo fit confessio, relegatur reo ejus dictum; quad si tanquam bonum, & legitimum admiserit, statim subscribat, quo facto, non superest aliud, quod addatur, sicut de testibus diximus.

J U S R E I I N A D V O C A T U M . Quares.

AN Praelati Regulares teneantur concedere reo Advocatum? Suppono tanquam certum, nullum Religiosum sine licentia sui Praelati officium Procuratoris, vel Advocati exercere posse; taliter, ut acta ipsius nullius essent valoris sine tali licentia. Hoc supposito.

Dico primò, Praelati Regulares non tenentur reo adhuc petenti concedere Advocatum in causis levioris momenti; quia inde potius sequeretur damnum contra pacem, & quietem religiosam, quam utile ipso reo. Ita Petr. ab Ang. c. 19. n. 1.

Dico 2. Praelati Regulares non tenentur offerre Advocatum reo intelligenti, & docto, nec Curatorem, quemvis sit minor 25. annis, quantumvis causae graves sint, ac proinde confessio, & ceteri actus sine ipso validi essent, & subsistentes; Rat. est quia hoc non spectat ad substantiam juris, sed apices tantum. Ita expressè Panorm. Rodri. 10. 2. q. regul. q. 19. art. 4. Et c. Dico 3. quād si reus est Persona intelligens, sciens se habere jus ad petendum Advocatum, illi petit, tenetur Praelatus talem concedere. Secus si non petat; quia præsumitur, eum scire id, quod expedie in ordine ad suam causam. Si tamen reus esset Persona ignorans, de qua præsumi potest, quod non petat, eo quod nesciat posse petere, vel an Praelatus daturus sit, tenetur Praelatus sub gravi obligatione, charitatis saltem, eum illi offerre, & concedere quod petit, si sit Persona, quæ satisfacere possit; quia non cum quovis à Praelato deputato sua secreta communicare vollet. Ita Villalob. tract. 14. de Iudice diff. 10. n. 4. Nav. Et c.

Dixi charitatis saltem; quia etiam videtur Praelatus teneri secundum iustitiam; nam in quantum talis est, tenetur providere subditis de necessariis ad sublevamen, & remedium suarum necessitatum, præsertim quando agitur de defensione naturali à damnis gravibus imminentibus; subjungens Rodri; quod si reus ignorans haberet Advocatum (& id ipsum dic de docto, in quo casu non esset illi offerenda copia dictorum à testibus, ut dixi supra) & Iudex viderit, quod Advocatus non rectè suum exequitur munus, de eo dolum sentiens, vel latam culpam, aut ignorantiam; in hoc casu tenetur (etiam reo non petente,) dare dictam copiam. Ita Petr. ab Ang. c. 20. n. 7.

IUS REI IN EXCEPTIONES, ET DEFENSIONES.
Quæs.

1. **O** Vid, & quotuplex sit exceptio? Exceptio nihil aliud est quam allegatio eorum, quæ habet reus ad infirmanda, & reddenda nulla ea, quæ contra ipsum in processu prætenduntur, tam ex parte testium, quam iudicis, Accusatoris, vel Denunciatoris; & brevius, ex Panorm. in rubric. de exceptione. Exceptio est actionis, seu intentionis exclusio. Vnde ad 2. exceptio triplex est, Dilatoria videlicet, peremptoria, & mixta: Prima est illa, quæ causam non dissolvit, sed differt, ut quando allegatur defectus jurisdictionis in Judice, vel hic recusatur, &c. 2. est illa, quæ si probatur, totaliter causam dissolvit; ut quando probatur, delictum jam esse punitum in alio iudicio, vel aliqua afferuntur contra denunciationem, & accusationem. 3. denique est illa, quæ ex prima, & secunda participat; & ideo mixta vocatur, ut cum opponitur, Judicem esse excommunicatum, &c.
2. Quando supradictæ exceptiones fieri contingant? a. Dilatoria exceptiones à reo faciendas esse ante litis contestationem; Peremptorias verò, sive ante, sive post, dummodo apud Religiosos sententia adhuc data, & publicata non sit: Apud seculares verò (quæ apices servare tenentur) per specialem legem horum Regnum, etiam si sententia jam scripta a Judice, & Secretario subscripta, & consignata sit ad pronunciandum; dummodo non dum verè, & realiter pronunciata, & publicata sit; omnesque probandæ sunt intra terminum novem dierum, apud seculares, & inter Religiosos ad apices non obligatos, intra terminum, qui conveniens videbitur. Ita Fr. Ioseph à S. Maria trax. q. cap. 20. §. 3. Covarru. Gr.
3. An concedere tempus sufficiens reo ad sui defensionem sit de jure naturali? b. aff. ac proinde in nullo Tribunalii illud derigari potest. Ita omnes DD. communiter, inter quos Miranda q. 14. art. 5. concl. 3. docet, ipsius determinationem pendere ex circumstantiis, quas exigunt defensiones, & exceptiones; ac proinde arbitrio iudicis prudentis relinquendum esse putat; eiò vel maximè, quod substantiæ iudicij accidat, nec in indivisibili consistat. Ut plurimum tamen spatium 24. horarum concedi solet.
4. Quid sit Recusatio? c. esse allegationem Rei contra Judicem,

eu

et quod sit suspectus in ordine ad rectum iudicium, cuius praetexta ab illo se excusare vult. Ita Petr. ab Ang. cap. 21. num. 5.

5 An inter Religiosos locum habeat retusatio? Ex. quod recusatio (live fit de jure naturali, sive tantum divino) locum habet inter Religiosos contra Judices suorum delictorum, quando cause, ob quas sunt, claræ sunt, & manifestæ. Dixi contra Iudices suorum delictorum; quia nequeunt Religiosi recusare Provincialem, vel Visitatorem, quantumvis suspectum, accedenter ad consuetam visitationem faciendam unius Conventus. Rat. est; quia ex tali visitatione generali nemo infamatur; & alias quilibet impeditre posset officium Superiorum cum gravi Religionis noctumento. Est communis, & adeo recepta opinio, ut non sit opus citare Authores. Hinc est, quod secundum juris Canonici dispositionem (secundum quam recusatio in Religionibus regulari debet) quilibet Iudex Regularis, sive Ordinarius, sive Delegatus, & quodlibet Tribunal recusari possit, excepto Pontifice, Concilio Generali, & Cardinalibus. Ita *Miranda in Ord. iudic. q. 20. art. 3. Sam. &c.*

6 Quot requirantur ad legitimam recusationem? tria secundum jus Canon. requiri. Primum est, quod in petitione recusationis explicitè ponatur causa. 2. quod recusans se obliget ad illam probandam, sicut facere debet. 3. quod fiat recusatio coram ipso Iudice, qui recusatur, licet coram ipso causa recusationis probanda non sit, sed coram Iudice superiore, intuimando ipsi in recusatione, & protestando, ne ulla ratione in causa progressiatur, alias nihil eorum, quod faciet, in illum censurum praejudicium, ex cap. secundò requisitis 5. tertio postulatis, & cap. cum speciali de appellatis. Dixi secundum jus Canon. quia secundum Civile, non tenetur recusans dare causas expressas recusationis, ut tenet Glos. ex l. apertissime cap. de Iudic. jurate tamen debet recusans (ajunt DD.) se illam non facere animo differendi litem, sed ex justo timore, & suspicione, quam concepit de Iudice.

7 Quæ sit justa causa legitimæ recusationis? Multas solent Authores adducere causas; inter Religiosos autem sola inimicitia concepta contra reum, pro legitima admittitur, de qua infra: Cæteræ autem communiter recusandæ non sunt. Ita Ioseph à S. Maria, & Mart. à S. Ioseph in suo Epitome cap. 13. n. 4. qui addit, esse causam sufficientem, si Iudex consanguineus sit Actoris, vel Accusatoris intra 4 gradum, prout dicetur infra, de exceptionibus contra testes, quæ doctrina attentè videri debet; quia præsenti multum importat.

8 Quid

8 Quid agere debet Iudex recusatus? *r. quando Iudex recusatus oculo simplici, rectoque, nulla tinctus amaritudine passionis, intuitus recusationis causas, inventit eas esse sufficietes, vel probabiles; si est tantum Delegatus pro illa causa particulari, debet remittere causam ad Prælatum Superiorum, ut examinet recusationis sufficientiam, & determinet, quid agendum sit: si vero fuerit Iudex Ordinarius, sicut est Generalis, Guardianus, Visitator, & Vicarius per illos positi ad universitatem causarum, & quibus data est plenitudo potestatis (prout quilibet Prælatus facere potest) vel poterit ad parcendum laboribus, remittere causam ad Superiorum Prælatum, quod magis consentaneum est statui religioso; vel uno ex his tribus ut quibit.*

Primus est, remittendo causam alteri personæ gravi, & non suspectæ, dando illi potestatem illam recognoscendi, intellige, antequam secundum assumperit; nam si Iudices arbitri (ut modo dicetur) contra Prælatum definierint, non poterit iste remittere causam personæ gravi, ut dictum est, sed Prælato Superiori, nisi reus in illud consenserit. Ita *Panorm. num. 14. Marianus contra Clavium.*

Secundus est, disponendo, ut eligantur duo Iudices Arbitri, qui de legitimitate recusationis Iudicent; vel ambo ab ipsis partibus interessatis, si inter has fuerit lis, vel unus à Iudice, alter vero à reo intra tempus à Iudice designandum, si procedatur per viam inquisitionis; qui si determinabunt, causam non esse legitimam, poterit Iudex liberè progredi usque ad conclusionem causæ: si vero contraria, ille remittere debet causam vel Superiori, vel personæ gravi; ut supra; si in id reus consenserit. Quod si illi duo Arbitri concordare non possint, debet eos obligare Prælatus, ut tertium eligant, ut eorum sententia, cui iste consentiet, prævaleat. *Miran. q. 20. art. 2. concl. 8. Fr. Ioseph à S. Maria, &c.*

Tertius est, associando se alicui altero Religioso gravi, & non suspecto, cum consensu cuius, & coram quo celebrentur actus judiciales; ille tamen assumptus in socium debet esse à partibus recognitus, ut instrui possit in ordine ad actus processus. Ita *Fr. Ioseph à S. Maria in suo Tribunalij tract. 4. cap. 20. §. 6. Pax, Covarru. &c.*

9 An, & quanta debeat esse causa ad recusandum aliquem ex Diffinitoribus? Ad primum dico, quod licet, prout supra diximus, recusatio sit una ex exceptionibus dilatoriis, quæ fieri debet ante litis contestationem; habet nihilominus locum etiam post

post illam, si nova se offerat causa illam faciendi , dummodo sit ante publicatam sententiam : idcirco quando una causa per multos sententiari debet, sicut sunt illæ , quæ spectant ad Diffinitorium , quivis ex aliis sententiis recusari potest , ne assistat ad ferendam cum aliis sententiam , & ad cognoscendam causam . Est communis , cum his limitationibus tamen à reliquis Diffinitorii examinandis , videlicet , ut causa hujus recusationis sit gravissima , probabilis , & probanda à recusante ; alias graves poenas subire debet , & per hoc ad 2. Rodri. tom. 2. qq. q. 45. art.

1. *Pax. &c.*

10 An reus possit excipere contra testes ? *q. quod quando reus in suum favorem præsentat aliquem testem (qui examinari debet modo , & forma de cæteris dicta) contrà illum excipere non potest , etiam si contra ipsum reum loquatur , inquit & si à parte contraria in suum favorem præsentetur ; nisi in hoc casu nova causa contrà illum excipiendi se offerret ; quia tunc excipere potest.* Ita *Pax in praxi , temp. g. à nn. 26. Aragonius. &c.*

11 Quæ sint causæ sufficietes ad hoc , ut reus justè contra testes excipere possit *q. inter Religiosos ad tres reduci posse . Prima est , quando testis cum Accusatore per consanguinitatem , vel affinitatem intra 4. gradum ascendentium , & descendenter conjunctus est. 2. est , si testis testatus fuerit , juris ordine non servato , & id ipsum dicitur de Iudice . Sed quia istæ causæ radicantur in tertias ideo ad ipsam gressum facimus . 3. causa est inimicitia . Pro cuius intelligentia supponendum est , inimicitiam in tres gradus dividi posse , in capitalem scilicet , seu gravem , levem , & levissimam . Prima sufficiens est ad excipiendum contra reum , & Iudicem , & Testem . 2. licet non pertingat ad primam , reddit tamen testimonium defectuosum , ita ut non faciat semiplenam probationem , sed minorem ipsa . 3. tandem curarum non debet præsertim inter virtuosos . Ita Farinac. de testib. q. q. 3. n. 33. & 4. Petr. ab Ang. &c.*

12 Quomodo dignosci possit gravis , vel levis inimicitia ? Supponendum est , has inimicitias præbere aditum excipiendi , etiam si reus eis (dummodo non malitiosè) dedisset occasionem ; quæ ultrò probari aperte debent per duos testes contestes , & hoc vel per suos effectus claros , vel per suas causas evidentes , itaut in uno , vel alio nullus sit hæsitandi locus : excludere verò exceptionem , quando inimicus jam facta pace , reconciliatus est , dummodo reconciliatio non sit nova , vel recensinam istam semper est suspecta . Hoc supposito .

N. Ad

30. Ad quæs. , inimicitia gravis , quam iuta appellant capitalem, erit illa, quæ communiter suum principium , & originem trahit ex causis gravibus, sive in vita, sive in honore, sive in bonis (ut apud seculares , de qua hic mentionem non facio) vel si levibus ; inimicitia inde resultans, verè sit gravis: Vnde hæc est differentia inter causas graves, & non graves, quod ad præsumendum inimicitiam gravem, sufficit, quod causæ sint graves, & de illis constet, licet de inimicitia non constet; quando vero causæ non sunt graves , debet constare de inimicitia per suos effectus , quod in praxi relinquatur ad arbitrium prudentis Iudicis, ajunt DD. ad quem spectat mature examinare, quando inimicitia præsumenda sit gravis; quando levis, & quando levissima ; attentis qualitatibus personarum , aliisque circumstantiis. Ita *Monticellus in reper. de seftib. fol. 43. Campig. Mascar. &c.*

Hinc reputabitur primò , inimicitia capitalis inter Petrum , & Ioannem, si Petrus procuret, quod Ioannes removeatur ab officio, vel dignitate, ad quam electus , & in qua confirmatus est: si Ioannem infamasset, publicando aliquod ejus grave delictum secretum , verum , vel falsum: si illum vocasset latronem, iudæum. &c. aut gravem, & irrogasset injuriam, scripto, vel opere ; non vero si quid simile minasset , quia hoc tantum sufficeret ad dandam torturam , in casu , quo Ioannes inveneretur mortuus: quod si à Petro vero fuisset occisus, reputarentur affines Petri , & Ioannis inimici capitales , sicut & consanguinei usque ad 4. gradum. Ita *Baldus cons. 137. lib. 3. Farin. Menob. &c.*

Secundò intimi amici inimici , commensales , compatriotæ , vel ejusdem factionis à Iuristis reputantur inimici capitales . Sed hæc inter Religiosos, homines virtuosos non habent locum quantum ad inimicitiam capitalem , nec etiam ad aliam minorem, quando præsumptio timoris Dei est pro parte Religiosi. 3 Ille , qui fuit accusatus de aliquo delicto gravi , pro inimico capitali Accusatoris baberi potest : id ipsum dicit de teste, qui deposituit tale crimen de illo , etiam si accusatio , & testificatio secundum justitiam factæ fuissent , Ita *Rodri. tom. 2. qq. q. 15. art. 3. Glos. &c.*

4 Præsumitur etiam inimicitia gravis contra Iudicem ex parte Rei, qui eum sententiavit ad poenam graven, & licet illum non sententiasset, incarcерavit tamen cum infamia: inquit etiam contra Ministros, qui illum apprehenderunt, ac proinde talis reus inhabilis est ad testificandum contra Iudicem , & dictos Mi-

Ministros in eorum causis; Iudex tamen, & Ministri benè possunt testari in aliis causis contra reum, si suum officium secundum iustitiam exercuerint. Ita *Farinac.nu.64. usque ad 66. Et c.*

5 Qui dixit, se esse inimicum alterius, pro tali debet reputari; Item qui dixit, ego tali graviter nocerem, si possem; licet *Farinac.* in isto casu sentiat, non censendam esse inimicitiam gravem, sed tantum levem, si ille, qui talia verba pronunciavit, suam mentem non manifestaverit in aliqua actione ordinata ad talia dicta. Ita *Blanchus de indictiis nu. 106. Curtius, Et c.*

6 Gravem indicat inimicitiam (dummodo non fiat in punitiōnem, sicut fit à Parentibus cum filiis, à Magistris cum discipulis, &c.) non loqui amplius cum persona, cum qua antea quis agebat, nec illam salutare, vel alia reverentiae, & benevolentiae signa exhibere, quae solebat, & in Religionibus in usu sunt. Quod si hæc omnia fuerint per modicum tempus, non gravem, sed levem indicabunt inimicitiam. Ita habetur in cap. *si inimicus diff. 95. Et c.*

7 Quando circa mandata, & ordinationes Superiorum est inobedientia gravis, gravem etiam arguit inimicitiam in subdito contra Prælatum. Constat ex cap. *quoniam 24 q. 1. Mascard. Et c.* Ex dictis infertur, quod si Iudex sufficiens habeat fundamentum, ut aliquem existimet gravem Rei inimicum, non debet illum admittere ad testimonium ferendum, vel si jam facta testificatione, de tali inimicitia innotescat, non sunt curanda dicta talis testis: & hoc etiam si reus non excipiat; quia quod non excipiat, est, quia putat se non posse, & ita Iudex supplere debet, & multo magis si sit Regularis, ad quem etiam spectat agere officium Advocati, curando iustitiam reorum. Si tamen reus sciens testem esse suum inimicum, nihilominus consentiat in illius examen, seque illius dicto se subjiciat, facit fidem contra eum. Ita *Campeg. de sefib. regul. 23. in 7. fallen. Monsicellus, Mascard. Et c.*

13 Quid, & quotuplex sit conspiratio? Conspiratio est confederatio multorum contra aliquem, ut si aliqui convenienter in unum, determinantes inter se denunciatorem, & testes contra Prælatum, Religiosum aliquem, vel regimen; cui si accedat iuramentum, conjuratio appellatur. Vnde ad 2. duplex est conspiratio; una bona, idest in ordine ad vitanda mala gravia boni communis, -vel tertii, si fiat cum debitiss circumstantiis: Altera mala, in damnum etiam boni communis, vel tertii. Ita *Glos. in cap. si quis Clerici 11 q. 1. Petrus de Ancharrano, Syl. Et c.*

14 Quan-

14 Quando conspiratio mala , & illicita censenda sit ? Supponendum est , quod probatio delicti à conspiratoribus impositi , non debeat fieri per sola conspirantium testimonia ; haec enim non sufficiunt ad reum condemnandum : Quod si per aliorum testimonia probaretur delictum , non eximeretur reus à poena , & condemnatione , etiam si de con spiratione constet , & conspirantium testimonia etiam admissa fuerint . Hoc supposito . **q.** malam , & illicitam esse con spirationem , quando sit , non ad occur rendum malo praesenti , vel imminentis bono communis , sed ad præveniendum malo , quod evenire potest in futurum : & quamvis id in se malum non videatur , verè tamen est , propter gra via inconvenientia , quæ sequuntur plerumque ; ac proinde prohibita est . sicut variae con spirationes , & conventicula Religiosorum , quæ licet aliquando ex se malæ non sint , sunt tamen prohibitæ , quia possunt esse occasio alicujus inquietudinis in Communitatibus ; Item mala est conspiratio , quando ipsa probatur , delictum verò non , vel ipsius probatio manet dubia , ac proinde tanquam falsi calumniatores severè puniendi sunt con spirantes poena arbitraria . *Rodri. sv. 2. q. 9. q. 34. art. 2. Lucas de Penna , &c.*

15 Quid sit negativa coartata ? **b.** esse , quando reus per legitimos testes probat , tempore , quo commissum fuit delictum talij loco , se fuisse valde remotum à dicto loco ; vel quando probat contrarium ejus , quod illi imponitur ; vel denique tale delictum non fuisse commissum : quam exceptionem vocant etiam DD. peremptoriam ; ut si Petrus , qui dicebatur occisus , appareat vivus . Duxi *valde remorum* ; quia si reus fuerit in loco tam propinquo loco delicti , quod hoc poruerit committeres & statim recedere , in sui favorem nihil prodest exceptio , nisi addat per duos contestes , se perstitisse in eo loco , ubi delictum committi non potuit . Ita *Mascard. de prob. conclus.* 1624. d n. 6. *Paz. Jul. Clari*, &c.

16 Quid agendum sit , quando Iudex habet delictum probatum plenarie , & reus per testes probat negativam ? **v.** vel reus semiplenè , vel plenè probat ; si primum , cum infirmet priorem probationem , non debet condemnari ad totam , sed ad arbitriam poenam , vel ad torturam . Si 2. judicandum est in favorem Rei , si testes sint æquales in numero , & fide , itaut ob debiles circumstantias , casus remaneat dubius , quod moraliter videtur impossibile . Ita *Farinac. sv. de rebus. q. 63. num. 43. &c.*

17 An reus excipiat , si probet fuisse punitum de tali delicto ? **b.**

aff. si probat, adaequatè suisse punitum, ac proinde debet absoli vi, quæ exceptio vocatur peremptoria: si verò poena non fuerit proportionata delicto (quod præsumi non debet de paenis à secularibus iudicibus infictis) pro hac infligenda poterit iudex Superior iterum recognoscere causam. Hinc sit, quod delicta adaequatè punita, non debent iterum denunciari: per hoc tamen non tollitur, quod per modum accumulationis imponantur in reincidentia, ut innoteat, & puniatur hujus gravitas. Ita *Mirand. in Ord. judic. q. 1. art. 7. consil. 2. Fr. Ioseph a S. Maria, &c.*

18 Quid pro sua defensione efficere poterit reus, sibi applicando illam regulam, *semel bonus, semper præsumitur bonus* *q. 1.* Si reus verè commisit delictum, cuius indicia non sunt valde urgentia, ista dissolvit, si alleget, & constet de sua persona (etiam in iis, quæ illi imponuntur) non debere præsumi tale delictum à se commissum suisse; ex eo quod sit honio quietus, pacificus, timens Deum, & observans suarum legum: Si vero delictum sit sufficienter probatum, allegatio solùm deservire posset ad minuendum pœnam à jure taxatam, quando persona esset valde gravis, multumque servisset Religioni; multò magis hac exceptione uti poterit reus, quando delictum, vel non compisit, vel non proceditur secundum justitiam. Constat ex *i. non omnes ff. de re milit. & ex l. nobiliores, C. de commerciis, & mercat. Iul. Clar. &c.*

19 An reus excusat à poena, quando pars condonat offenditam *q. 1.* neg. imò iudex illum tenetur castigare, licet non cum tanto rigore ad vitanda scandalum in Republica. *Gomes. 1a. 3. variar. s. 1. nu. 10. & cap. 3. nu. 55. &c.*

20 An præsumptio reo favorabilis excipiatur, liberetque eum à paenam Dico primò. Si reus alleget, & probet, se cum moderamine inculpatae tutela vulnerasse, e. g. Petrum in sui defensionem, debet absolviri; si autem constet de excessu, debet puniri minori poena, vel arbitaria. Ita *Petr. ab Angelis. cap. 21. nu. 50.* Dico 2. Si Pater castigando filium, Dominus servum, Praelatus subditum, Magister discipulum poena usitata verberum, &c. similium, enormiter excedant, puniendi non sunt poena arbitria, sed minori: Imò si excessus non esset enormis, & insuper præter intentionem (non obstante, quod filius, discipulus, &c. essent in sacris iniciati) non proinde præsumendum esset, Patrem, &c. incutisse excommunicationem Canon. *Si quis suscitare, &c.* Quæ omnia intelligenda sunt, nisi constet id potius

ex odio, quam ex zelo iustitiae fecisse. Ita *Alexander* con. 73. lib. 3. & cons. 115. n. 3. lib. 5. *Menoch. Petr. ab Angel. &c.*

Dico 3. si reus cum juramento affirmeret, se ex justa causa aliquam actionem per jus positivum humanum prohibitam fecisse, debet absolviri, nisi constet contrarium, eò quod præsumptio stat ex sua parte. *Iul. Clar. num. 22. Villalob. &c.* Dice 4. Si quis, etiam sine causa ex repente furore, aut irritatus, & provocatus commisserit delictum, puniendus est poena arbitria; quia præsumitur vel non habuisse libertatem, vel si fecisse in sui defensionem: immo dabilis est casus, in quo irritatus, à tota poena excusat. Ita *Marfilius* con. 137. n. 8. *Iul. Clar. &c.* Hinc quæres.

21 Quis pro aggressore, vel provocatore censendus est, quando de hoc non constat? R. illum præsumi aggressorem, qui inventus fuerit bene munitus armis offensivis, & defensivis, praeter solitum; vel qui à natura est inquietus, & tumultuosus; vel qui inventus fuerit vulneratus, & male tractatus. Ita *Alcianus de præsumps. præf. 34. num. 4. Felinus, Blancus, &c.*

22 An ignorantia excipiat? Dice primò, quod ignorantia invincibilis, sive juris, sive facti, absoluè excusat à poena, sicut excusat à culpa. Ita communiter.

Dico 2. ignorantia venialiter tantum culpabilis, seu vincibilis venialiter tantum, sive juris politivi humani, sive etiam facti, immo & poenæ à tali jure pro transgressione alicujus legis naturalis, vel divinæ, impositæ, sive spiritualis tantum, ut sunt censurae, sive non spiritualis (ut contra San. tonet *Nas.*) excusat absoluè à poena à tali jure imposta, licet non ab illa, quæ ex parte juris naturalis illi correspondet: Secus verò ignorantia vincibilis mortaliter. Ita *Sua, tom. 5. sed. 10. num. 10. Petr. ab Angel. &c.*

Dico 3. Ignorantia quando non est crassa & supina, licet excusat à rigore poenæ per legem taxatae; non tamē excusat ab alia arbitaria (loquendo de poenis non spiritualibus, ab istis enim totaliter excusat) majori, vel minori, juxta majorem, vel minorem obligationem leges sciendi. Hinc Prælati majori pœna arbitria puniendi sunt. Est communis inter Iuristas. Ita *Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 34. num. 1. Farinac. &c.*

23 Quomodo reus probare debeat exceptionem ignorantie? R. per signa, & conjecturas verisimiles; quod si non habeantur, immo oppositæ appareant, eò quod lex sit stabilita, & fundata, ut in Religionibus, & reus sit persona virtuosa, & fide digna, juretque se transgressum suisse ex mera oblivione, & actuali-

- inadvertentia, tunc illi credendum est, & puniri non debet rigorosa, sed leviori poena proportionata negligentie. Ita *Petrus ab Angel.* cap. 21. nro. 62. Secus vero si persona non sit talis. Ita *Menochæ arbitriariis lib. 2. cap. 189. num. 8. San. 5c.*
- 24 An subditus excusat à poena taxata per Constitutiones, aut Regulam, quando ex immmediato mandato sui Superioris aliquid prohibitum penillas operatus est ? R. neg. si sit denuero eorum, de quibus certò constat, Prælatum non posse dispensare, nec potuisse dispensationem obtinere, et quod ad Capitulum spectet; quia in hoc casu non tenetur obediens: Alter discurrendum est, quando Prælatus vel dispensare, vel dispensationem obtinere potest, etiam si de hac non constet; quia præsumui debet in favorem Prælati præcipientis. Ita *Iul. Clar. 5. fin. q. 60. num. 15. Petr. ab Angel.*
- 25 An excusat à poena legis ille, qui ex consilio aliquius gravis viri, & docti, illam transgressus est, præsumptio se in illo casu potuisse contra legem operari ? R. aff. quia probabilitate operatur: imo etiam si præsumptio orta fuisset ex levibus fundamentis, Ita *Farinac. in praxi q. 90. num. 109. Iul. Clar.*
- 26 Si quis ex animo peccaminoso, e.g. furandi ingressus fuerit aliquem locum, ex quo fuit detecta proditio Civitatis, e.g. vel è contrà; non ex prava intentione peccandi, aliquid intrinsecè malum operatus est, ex quo per accidens effectus bonus fecutus est: ut si Capitanus contra ordinem Generalis pugnasset, quæ feliciter successit, an, & qua poena puniendus esset? R. quia in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debet; ideo primus puniendus est, licet non poena ordinaria, sed arbitraria minori. Secundus vero ab omni poena liberandus est. *Felin. Tiraq. de poena temp. causa 1. num. 2. contra Farinac.*
- 27 Qua poena puniri debeat ille, qui conatus est delictum committere, & effectus non est secutus ? R. quod si adsit lex præcipiens, conatum puniri, servanda est, & statuta poena applicari debet: Si vero non adsit, puniri debeat transgressor non poena rigorosa, correspondente effectui non secuto, sed alia minori arbitraria, attendendo ad delicti qualitatem, personæ conditio nem, aliasque circumstantias. Excipitur ab hac regula crimen Iesæ Majestatis, impugnationis Patriæ, simonia, propinatio veneni, &c. Ita *Panorm. Bertrandus lib. 7. cons. 228. nro. 6. 5c.*
- 28 An parva, vel magna ætas sit sufficiens causa ad mitigandam poenam legis in delinquentibus ? R. aff. quod relinquitur ad ar-

arbitrium prudentis, & Christiani Judicis. Ita DD. communiter.

29 Quid sit purgatio canonica? Non loquimur hic de purgatione vulgari, à vulgo inventa, ut quis tangat fertum ardens, &c. dum aliquæ harum sint contra rationem, aliquæ verò superstitiones. Ita ergo purgationem canonicam, esse objecti criminis innocentiae ostensionem debito modo.

30 Quomodo hæc purgatio fieri debeat? Si reum jurare debere per Deum, & Sancta quatuor Evangelia in præsentia Prælati; vel si delictum est publicum, coram tota communitate, quod tale delictum non commiserit: Debent insuper huic juramento interessere aliqui testes (ejusdem Ordinis, & status, cuius est reus, si haberi possint) numero remissio ad arbitriam Jūdicis, qui eodem modo, & forma Rei jurent, reum non commississe delictum, & credant, eum verūm jurasse; & isti vocantur compurgatores. Constat ex cap. quoties, S. porrō, & fin. de purg. Canon. Petrus ab Angelis cap. 21. num. 69.

31 An hæc purgatio sit in usu? Si neg. his temporibus, nisi in Tribunalis Sanctæ Inquisitionis: ita non est necessaria, nam vel delictum est plenè probatum, vel semiplenè: Si primum, erit vana; si 2. vel delinquens est Religiosus bonæ famæ, vel non: si primum, negando delictum sub juramento accepto à Judice in confessione, & sub præcepto illi imposito, cum illi exhibentur articuli, remanet sufficienter purgatus, & liber dismittendus est; vel poena arbitraria puniendus, si indicia non ad plenam pertingant, sed semiplenam excedant. Si 2. idest, persona est suspecta, & indicia non excedunt semiplenam probationem, idem dicendum est de ea, ac quando excedunt, videlicet poena arbitraria punienda est: immo existimat Petrus ab Angel. quemlibet Religiosum, si non habeatur alia probatio, quam infamia fundata in dicto unius tantum testis ocularis, qui contra justitiam, & charitatem, delictum occultum, & personale publicavit, & ex inquisitione Judex alia indicia haurire non potuit, negando delictum cum juramento, sufficienter purgatum remanere, & dictum infamoris pro suspecto remanere; quod videtur consentaneum Regularibus Prælatis, reorum Advocatis, maximè quod cum inquisitione facta suo muneri, & scandalo satisfecerint. Ultima exceptio est appellatio, de qua infra. Ita Petrus ab Angel. c. 21. n. 70. Tiraqu. Int. Clor. &c.

J U S , E T J U S T I T I A I N P R O P O N E N D I S
reo Articulis, & modo respondendi ad illos. Quares.

- 3 **Q**vi sint articuli ? &c. esse illa Capitula, quæ resultant ex dictis testium, & Rei confessione plenè, vel semiplene probata per testes oculares, vel per indicia æquivalencia, nec non per viam accumulationis, in ordine ad probandam Rei incorrigibilitatem, vel aggravandam circumstantiam reincidentiae: Item illa, quæ resultant ex delictis jam punitis, & pœnatis pro illis applicatis, de quibus non est emendatus; immo & pœnitentiam cum defectu est executus; de his enim omnibus confessio sumenda est, & per consequens hæc illi exhibenda. Si autem reus aliquid fassus sit, de quo non erat infamatus, non potest illi in articulis proponi, nisi sit in damnum boni communis, vel tertii, & nulla sit spes emendationis per correctionem secretam. Ita *Petr. ab Angel. cap. 21. num. 2.* Advertendum tamen est, quod articuli proponendi non sunt in generali, dicendo, imponitur illi, quod sit latro, murinuator, &c. sed ponni debent explicitè, & in particulari, determinando tempus, & occasionem, prout decernitur in *l. Libellorum, ff. de accusat.* alias impediretur justa defensio Rei, quæ ad jus naturale spectat, cum ab illis se defendere non posset, nisi negando, quod sœpè non prodest. Constat ex c. quoniā contra de probat.
- 2 An Prælati teneantur hæc capitula exhibere ? &c. aff. in causis gravibus; quia hoc spectat ad jus naturale se defendendū, nec excusat confessio Rei; quia hæc ordinatur ad contestationem causa, ut scilicet reus fateatur, vel neget ea, de quibus interrogatus est; copia autem capitulorum ordinatur ad tutelam, & defensionem, ut causa remaneat substantiata. Hinc est, quod pro confessione non conceditur tempus, benè verò pro responsione ad articulos, ad culpari Rei diminuendam, excusandumque se, vel ex toto, vel ex parte. Constat ex cap. qualiter, & quando 2. de accusat.
- 3 Quando hæc copia reo exhibenda sit ? &c. post ipsius confessionem, oblationem dictorum à testibus (si hæc necessaria sit) & auditis exceptionibus, quas reus adducit cum reliquis supra explicatis. Ita *Fr. Ioseph à S. Maria in suo Tribunali tract. 4. cap. 1. §. 4.*
- 4 An ad hoc ut reus ad Capitula respondeat, imponendum sit illici novum præceptum, novumque juramentum accipiendum sit?

Etiam ut illius dictum faciat majorem fidem, & constet, nihil eorum fuisse prætermissum, quæ pro illius poterant facere defensione, eò quod per præceptum ad id compulsus fuerit. Hoc præceptum debet scribi à Secretario, & à solo Prælato subscribi, & statim in calce præcepti ponendi sunt articuli, dicens, primò imponitur illi, &c. postea Secretarius notificat reo tale præceptum, eique illud consignat, simul cum articulis, in quorum calce designat diem, & horam, in quibus prædicta notificatio, & consignatio facta est. Ita Petrus ab Angel. n.4.
 Quid per tale mandatum reo præcipiendum sit. ut planè, & simpliciter respondeat veritatem ad propositos articulos, & omnia illa alleget, quæ faciunt in illius defensionem, significando illi, quod in omnibus secundum quod justitia exigit, audiendus sit, dandumque ipsi tempus, quod fuerit necessarium ad hoc, ut maturè, & prudenter respondere possit. Idem au. 3.
 Quale sit tempus reo concedendum pro responsione ad articulos. s. in hoc certam regulam assignari non posse, nec esse aliquod jus, quod illud determinet in particulari, sed tantum ut necessarium, nam in cap. Horiamur 3.q.9. ad Iudices dicitur: Es competentem legibus, & veritati terminum desit. Terminus autem competens, idem est ac necessarius; ac proinde quando iste non datur, reus justam causam habet appellandi, ut constat ex eodem cap. Hinc est, quod terminum competentem assignare, ad arbitrium Judicis spectet, qui attendendo ad circumstantias, & gravitates casus, illud tempus reo concedere debet, quod exigunt media, quæ hic, & nunc se offerunt pro sua iusta defensione, non autem quod reus petat, hoc enim superfluum posset esse, & otiosum. Vnde si reus deberet præsentare testes ad probandam negativam coarctatam, & essent distantes; vel ostendere deberet tales, vel tales scripturas, evidenter appareret, plus temporis concedendum esse à Judice in his casibus, quam in aliis, in quibus aliud reo non incumbit quam satisfacere oretenus, vel in scriptis, in quibus communiter in causis Religiosorum, spatium 24. horarum alignari solet. Quod si competenti spatio reus sponte renunciaverit, eò quod in promptu habet excusationes, Secretarius debet facere fidem, qua ratione reus illi tempori competenti tot horarum, vel dierum à Judice concessio liberè renunciaverit, ut constet. Judicem suæ obligationi satisfecisse. Petrus n.5. & 6. Postquam reus ad articulos respondit, Secretarius in calce responsioris ponet; hoc est, quod ad objecta respondit, & interrogatus, an id.

quid aliud baberet, quod diceret, vel in suum favorem allegari;
atque defensionem, respondit non babere: & ita causa censetur
conclusa, & terminata usque ad sententiam exclusive; & debent
Judex, Reus, & Secretarius se subscrihere determinando diem,
mensem, & annum. Ita cit. num. 9.

J U S A D C A R C E R E M.

Quares.

- 1 **Q**uae sint conditiones Carceris? *v. Carcerem esse introduxit in custodiani delinquentium: posse etiam habere ratione torturæ: Non debere habere annexas alias pænalitates, ut manicas, pedicas, compedes catenas, &c. nec debere esse teturum, obscurum, tenebrosum, ac horridum, nisi aliquid horum fortassis expediret ob periculum personæ incarceratedæ; aut ob defectum carceris parum securi; vel in poenam delicti aut ad extorquendam veritatem per modum torturæ, respiciendo semper super gravitatem delicti, qualitatem personæ, authoritatem, ætatem, & salutem personæ incarceratedæ, quod relinquitur ad arbitrium Judicis Christiani. Ita Men. b. de arbitr. lib. 2. casu 305. Farinac. &c.*
- 2 **A**n graviter peccent Prælati incarceratedo aliquem Religiosum sine justa causa, aut excedendo in qualitate carceris? *v. aff. ob grave detrimentum, quod illi inferunt, non solum infamando, sed etiam violenter, & injuriosè illum detinendo, ac proinde incident in excommunicationem Casqon. Si quis, &c. Und si ex injusto rigore sequeretur mors Rei, remanerent irregulares. Ita Alderet. lib. 1. cap. 10. n. 20. & 22. Tbo. à Ieu, Nav. &c.*
- 3 **A**n possit Prælatus incarceratedo Religiosum, antequam per summariam informationem constet, illum tale delictum commississe, de quo est infamatus, vel quod illi imponitur? *v. neg. etiam si tale delictum constet per semiplenam probationem. Excipe primò, quando Prælato constat, Religiosum fugam meditari, etiam si delictum non sit valde grave. Excipe 2. delicta valde atrocia, ut incontinentiæ, vel quæ merentur degradationem Clerici; in his enim proculdubio timetur fuga. 3. quando delinquens à Prælato comprehenditur in fraganti. 4. quando delictum, cui correspondet poena carceris est notorium, in quo casu notorietas sufficit etiam ad ferendam sententiam, absque eò, quod observetur ordo judicialis, ut infra dicemus. Demum quando particularia statuta uniuscujusque Religionis præcipiunt incarcerationem, si constet de delicto. Ita Alderet. Rodri. 19. 1. q. 9. 17. art. 4. Porsel. &c.*

4 An

4 An licetum sit Religiosis, sicut quandoque secularibus, è carcerē fugeret? Dico primò, nunquam licetum esse Religiosis fugere à carcere, vel clausura cum animo vagandi sine subiectione ad obedientiam. Est communis.

Dico 2. Quando Religiosus est incarceratus ob aliquod delictum, quod justè paenam gravem, etiam mortis meretur, nec ante, nec post sententiam potest fugere, etiam animo petendi à Praetate superiori inserviendam. Contraria opinio est probabilis.

Dico 3. Communiter, & regulariter loquendo, in nullo casu potest Religiosus fugere à carcere, vel clausura, etiam si iniuste sit aggravatus, & quantumcumque malum timeat, ad postulandam justitiam ab aliis Superioribus majoribus. Rat. est, quia talis fuga non sit absque notabili scandalo, & dedecore Religionis.

Dico 4. Quod si nonnunquam eveniet, quod aliquis Religiosus contra sequitatem à suo Prælato inferiori oppressus esset, patereturque malum aliquot grave, quod præponderaret scandalo, & damno, quod pateretur deum commune, & clare constaret de gravi iniustitia sibi illata, nec pataret alius aditus ad reddendum de ea certiorē Prælatum Superiorem, qui illum defendat, nec denique posset sibi præsumere, inferiorem Prælatum concessum licentiam Superiorēm adēundi, posset & carecere, & Conventu fugere, eo fine, ut se coram Prælato Superiori sistat, quia cum fuga non sit intrinsecè mala, dari potest aliquis easus, ut iste prælens, in quo sit licita, absque eo, quod adversetur statui religioso, Decretis Pontificum, & Concil. Tridentino sess. 26. de Regule. ut Ita Tho. de Iesu tractat. 3. cap. 12. num. 8. Martinus & S. Ioseph. Sideri. sc. 1. 15 c.

JUS A DICTATORIUM. Quares.

Quomodo Religiosi torqueri debeant &c. per disciplinas, jejunia, extensionem brachiorum ad modum Crucis an tempus determinatum, &c. (non vero per equileum, cordas, funes, &c. maxime in causis non ita gravibus.) attenta qualitate personae, gravitate delicti, &c. in Sacerdotibus loco torturæ applicanda est poena arbitratia. Hinc in tortuendo Praeclarus debet esse benignus, & non crudelis; si enim excederet, graviter peccaret, incurseret quo excommunicatio ipsius Canon. Ita Roder. tom. 2. qq. Regul. q. 14. art. 7.

- Requiri primit, ut non pateat alia via, per quam veritas indagari possit; ad hanc enim ordinatur tortura. Hinc quando delictum est plenè probatum, vel illud reus fassus est, non debet subjici torturæ. 2. Ut per illa, quæ in processu habentur, constet plusquam semiplene de delicto. 3. Ut delicta sint atrocia, quod in secularibus mercantur poenam mortis, mutilationis, aut perpetuas triremes. 4. Ut tortura non sit tam atrox, ut æquiveleat poenæ delicto correspondens. 5. adhibenda est post auditam Rei defensionem. 6. Non per manus secularium, sed ipsius Prælati (Cleric. III. in cap. Universitatis de sententi. excom.) vel alterius ab ipso deputati, pro quo habetur privilegiū Alex. VI. 7. Ut reus ultra unius horæ spatiū in tortura non detineatur Constatut. 5. Pauli III. Ad omnes. Denique, ut sit jejonus à decem saltem horis, ut sic sit minus valens ad resistendum torturæ. Ita Alderete lib. 1. c. 17. n. 2. 3. Fr. Mars. à S. Ioseph, Farin. &c.
- 3 Quomodo sententia torturæ esse circumstantiata, & executioni mandari debet? Ad primum dico, quod postquam Iudex in processu sententiam torturæ pronunciavit, quæ dicitur interlocutoria, debet cum Secretario illam subscribere, & reo notificare, & secundum ea, quæ respondebit, videri poterit, an statim sit executioni mandanda, an non. Si ab illa appellaverit, quid fieri debet, dicetur intra, totumque, quod actum fuerit, notare debet Secretarius. Vnde ad 2. dico, quod tempore torturæ presentes esse debent Prælatus, Secretarius, & duo testes, ante cujus initium Prælatus postulare debet reo novum juramentum, de his, quæ dicet, ipsiusque exhortari, ut fateatur veritatem. Advertat tamen Iudex, quod non debet interrogare reum sub adjunctione, nominando personam, e. g. an ipse commiserit delictum, vel Petrus, Franciscus, &c. Et nihil amplius, ne revelet aliquem, quem non potest, nec debet, ut se liberet à tortura, quæ omnia euia iis, quæ reus respondebit, Secretarius notet, & circa finem depositionis subscriptibat simul, cum Prælato, & reo, si posse, sin minus cum aliquo extestibus, sicut advertit Lex 1. S. qui questionem. ff. de qua. Ita Petrab Ang. cap. 4. sum. 1. ¶ 31. 2. 1.
- 4 An confessio, quam facit reus inductus ministris Judicis minantis illi torturam, vel quia de facto illi jubet sibi in loco torturæ, absque eò, quod procedatur ulterius, absolute dici possit spontanea, & libera, ita ut sufficiat ad hoc, ut in virtute illius condemnetur, probis pendere ex qualitate Rei, & severitate Judicis;

et; quia quedam minas, quæ in uno causabunt metum levem, in altero causabunt metum gravem, proinde relinquendum est penes arbitrium christiani, & prudentis Iudicis. Ita Petrus ab Angelis cap. 24. num. 9. contra Martil. Baldum, &c.

5 Quid operetur confessio delicti facta à reo in tortura, vel negatio illius? Ad primum dico, quod si reus in tortura, vel immediate antecedenter ad ipsam, quando scilicet, jam est nudatus, & preparatus ad illam, fateatur delictum, desistendum est à tortura, dandumque est ei spatium 24. horarum, ut in confessione illud ratificet coram Praelato, Secretario, & testibus extra locum torturæ, ubi non sunt instrumenta ad illam, alias nullius esset valoris confessio: Quod si confessionem in principio, vel medio torturæ factam retractet, inquions se confessum fuisse ex metu, non est dubium, quod possit iterari tortura; & idem est, quando nova, & urgentia indicia se offérunt, etiam si illa vice fuisse sufficiens tortura adhibita. Ita Rodri. q. 19. art. 9. Alderet. Mart. à S. Ioseph, &c.

Vnde ad 2. dico, quod quando reo data est sufficiens tortura, id est proportionata eum indicis, nihilominus ipse perseveranter negat, se purgat ab indicis, & probationibus, proinde absolvendus est. Constat ex Glos. 2. l. Editum ff. de quaest.

Hinc est, quod quando tortura est levis; ut est illa Religiosorum, & indicia gravia, reus negando non se purgat; ac per consequens talis defectus supplendus est per penam arbitrariam; & id ipsum fieri debet semper, quando indicia sunt urgentissima, & reus in tortura negat. Farinac. tom. 1. tract. de tortura q. 38. & 39. num. 8. &c.

Tota præcedens doctrina posita est potius pro tractatus comple-
mento, quam eo fine; ut tortura in Religionibus practicetur; imò cum Villalob. existimat Petrus ab Angelis, illius loco, semper reum condemnandum esse ad penam arbitriariam minorem ordinaria: Primb, quia cum ad torturam requirantur tot
conditiones, sitq; res adeò incerta, magnum adeò periculum ex-
communicationem Canon. incurriendi, si in ea excèderatur. 2.
quia cum tortura Religiosorum non consistat in chordis, fumi-
bus, & equleo, &c. sed in disciplinis, jejunis, & similibus, est
medium inefficax ad hoc, ut aliquis etiam inediocriter animo-
sus fateatur delictum: imò Vulpianus tenet, etiam in seculari-
bus plenam esse inconvenientibus: Si huc ergo in seculari-
bus tortura adeò efficaci, quid de inefficaci Religiosorum dicen-
duni erit?

J U S T I T I A S E N T E N T I A E. Queres.

- 1** **Q** Vot sint sententiarum genera? &c. esse duo; unum est eorum, quæ interlocutoriæ dicuntur, & sunt illæ, in quibus Judices determinant aliquid pertinens ad causam antecedenter ad illius definitionem; ut quando condemnant reum ad torturam, assignant terminum pro defensione, &c. Aliæ sententiae dicuntur definitivæ; quæ definitivè causam concludunt, vel condemnando, vel liberando reum. In his sententiis ferendis Judices Regulares respicere debent ad leges, & statuta suæ Religionis; in illis verò, de quibus nihil est determinatum, recurrere debent ad Ius Canonicum, eligendo semper benigniores, & pietati, ac misericordia conformiores: Indò Judices adhuc inferiores moderare possunt penas impositas per leges, aut per sententias Superiorum, si delicta non sint atrocia, nec delinquentes facinorosi, interveniatque rationabilis causa, exprimenda saltem innominatè in processu, dicendo se moderasse ob justas causas. Ita *Patern. in cap. 3. de paenit. & in cap. nisi de officio deleg. Coverru. Iul. Clar. &c.*
- 2** Que sint de substantia sententiae? &c. quod Iudex non potest ferre sententiam definitivam condemnatoriam sine legitima probatione testium idoneorum, vel sine confessione Rei, in iudicio facta, etiam si deprehenderetur in fragantiā licet sine processu extra Religionem sententiari aliquando solet, in Religionē verò semper processus formandus est, ut sententia cadat super allegata, & probata, & in futurum semper constet secundum iustitiam fuisse processum: Indò in causis dubiis non potest clari sententia certa, cum possessio sit pro reo, nec cum semiplena probatione tota pena legis, sive ordinaria, sive arbitraria. Ita *Sagaldeus in sua tabula fol. 259. Miranda, Petrus ab Angelis.*
- 3** Quomodo sententia pronunciari debeat. Supponendum priuò, pronunciationem sententiae post revisionem cause, differri debere usque ad sequentem diem; nam, ut ait Calistus I. *nos tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus.* Supponendum 2. Iudicem non teneri apponere causam, ob quam fert sententiam, sed sufficere, si dicat ob N. N. culpam. His suppositis. &c. quomodocumque in Religionibus pronuncietur sententia, sive de die, sive de nocte, sive Iudex sedeat, sive non, feriali die, vel festivo, in scriptis, vel in voce (dummodò Secretarius in scriptis coram testibus faciat fidem, Iudexque dicat, se ita judicasse, &

pronunciasset) semper obligatoria est; quia modus non varia substantiam, ut constat ex Clem. s^ep^e de verb. signif. Menob. &c.
 4 Ad quid teneatur iudex, quando reus legitimè, & sufficienter per testes convictus est de conatus delicto, e. g. homicidio, ipsi tamen iudici constat clare, & certè illum non fuisse occisorum r. ex officio, & charitate teneri ut omnibus mediis possibilibus, & non scandalosis ad reum liberandum, vel impediendo Accusatorem, vel divertendo testes, vel differendo sententiam (quod si ad eam ferendam cogatur, dicunt aliqui, ipsum teneri coram omnibus veritatem exponere) vel remittendo causam ad superiorem; vel denique, si haec omnia non sufficiant, potest iudex reum condemnare secundum allegata, & probata; In ore duorum, vel trium testimoniis, qui interficiuntur Dext. 17. & l. illicitas S. veritatis de offic. Præsidii. 11. fine admonentur omnes, quibus sententiæ executio demandata est, de damno, quod Religioni inferunt, quando non complent. Inio Villalob. putat, hos peccare mortaliter, si dent reis in carceratis maiorem victum quam illis definitum est, vel aliud sublevamentum.

J U S A D A P P E L L A T I O N E M. Quæres.

Q Vid, & quotuplex sit appellatio Appellatio in tota sua latitudine, est recursus Rei ad iudicem superiorem ob gravamen inferioris, sententia jam lata, vel ferenda contra eum. Vnde ad 1. duplex est appellatio. Vna impropria, semper tamen admittenda, & nunquam impedienda, etiam si sententia non excedat limites justitiae, & in qua Prælatus superior in pena dispensare potest, vel illam mitigare, est enim de jure naturali: Alia propria, & rigorosa, de qua in Tribunalibus controvertitur, quando admittenda sit: Prima est veridica informationis, querela, vel petitio devolutiva, non suspensiva jurisdictionis circa sententiam ferendam, vel latam, aut ejus executionem, quam reus Religiosus plerunque per literas facit ad suum Prælatum superioritatem intra Religionem habentem, petendo ut inspiciat suam causam, mitigando ex toto, vel ex parte rigorem sententiae latæ, vel ferendæ à iudice inferiori. 2. est provocatio cause à minori ad superiorem iudicem, non solum devolutiva, sed etiam suspensiva jurisdictionis in minore, qua ratione, illati, vel inferendi gravaminis, ita iniquitas ferendæ sententiae, vel executionis latæ suspenditur, ut si quid

- novum in causa processetit, nonum sit irritum, & nullum. Ita
Syl. verb. appella. 2. Sua: F. Ioseph à S. Maria Rydri. Nav. Sos. 15c.
- 2 An per appellationem suspendatur effectus censuræ absolutæ pronunciatae, vel alterius poenæ Ecclesiasticae ? *R. neg. nam si soli suspeditur jurisdictionis alterius procedendi.* Hinc quando reus per sententiam iudicis excommunicatur, interdicitur, Suspeditur, &c. ab officio, dignitate, ingressu Ecclesiæ, &c. non obstante appellatione, talia officia exercere non potest. Ita *F. Ioseph à S. Maria in suo Tribunali Relig. tract. 5. c. 9. §. 6.* Locuti sumus de poenis absolutis ; nam si essent conditionatae, per appellationem suspenderentur, si haec legitima esset, & fieret ante adimplementum, & intra terminum appellationis modò assignandum: quod dicitur de poenis per sententiam, dicendum est de quolibet præcepto superioris circa res exorbitantes ; ut si Provincialis mandaret Guardiano, quod ficeret hoc, vel illud sub poena suspensionis ab officio, vel excommunicationis. Ita *Syl. verb. ex com. S. ultimo Nav. 15c.*
- 3 Inta quod spatium temporis fieri possit appellatio à sententia rv. quod apud Tribunalia Ecclesiastica, & Regularia, appellatio fieri debet intra decem dies à notificatione sententia; apud secularia vero intra quinque : quod si reus intra dictum terminum non appellat, appellatio, quam postea faciet, pro nulla habenda est, & potest superior Iudex ulterius progredi in executione sententiae, nisi subsit aliqua justa causa, ob quam reus intra terminum appellationis responendum sit; ut e. g. est defecitus ætatis, &c. Verum est, quod si sententia fuerit injusta, non ob id quod reus non appellat, Iudex illam exequendo non peccabit graviter, licet in foro externo non puniatur, sicut puniretur, si reus intra terminum à Iure concessum appellaret. Ita *Mart. à S. Ioseph in sua Epistola cap. 19. n. 6. Syl. 15c.*
- 4 An sit admittenda appellatio, quando mandatum conditionale superioris restringitur ad 20. dies, subditus tamen appellat ante 20. & post decimum? *Neg. respondent Panorm. cum aliis. Sua. vero de censuris n. 3. cum Glos. in cap. præterea Coverru. 15 Nav.* tenent ut magis piam sententiam contrariam, ac proinde sequendam à Tribunalibus Ecclesiasticis; quia quamdiu non compleetur terminus à lege, & iudice præfixus, semper appellatio est legitima, & consequenter suspendit censuram, & aliam quamcumque poenam conditionalem.
- 5 An peccet mortaliter reus, qui appellat à sententia, quando certus est, illam esse justam? *R. aff. quia infert iudici gravamen*

calumniando illum in re gravi, & sine justa causa pretendendo illius jurisdictionem impedire; sicut etiam graviter peccat Index non admittendo appellationem à sententia; si liquido videret, illam esse justam: manifestum enim gravamen reo inferret, & superiori Iudicio ad quem appellatur. Ita *Persol. in dub. Regul. verb. appellare n. 1. Alderet. 15c.*

6 An reus dubitans de justitia sententiae, vel habens rationes probabiles de ejus injustitia poslit appellare? Ad primum. *w. aff. in Tribunalibus secularium: in Tribunalibus vero Regularium hoc non habet locum: quia in ipsis ex vi juris communis appellatio non admittitur, nisi in casu manifeste injustiae.* Ita *Sua. 10. 4. de Relig. n. 9. & 10. 15c.* Ad 2. dico, quod vel Index tulerit sententiam sequendo opinionem probabilitatem, vel non: si primum, non poterit reus regularis appellare ex ratione supradicta, secularis vero sic. Si 2. uterque poterit. Ita *Sua. Petr. ab Ang. 15c.*

7 Ad quem Iudicem spectet judicare de causis injustæ sententiarum. Supponendum est, quod reus Religiosus appellans in casibus manifestæ injustitiae, debet in appellatione ponere causas illius. Nunc *q. ad Iudicem, à quo appellatur, spectare* judicare de causis, quas si insufficientes invenierit, potest ulterius procedere, quamvis ab appellatione reus non desistat. Ita *Glos. in cap. 11. debitus honor verb. absque rationabilis causa de appell.* & *Deci.* Verum est; quod probationes causarum fieri debent coram Iudice, ad quem appellatur, ut dixi de recusatione.

8 An possit appellari à sententia Iudicis Arbitri? *B. neg. in potentiæ inconstantiæ, que arguit calumniam adversus Iudicem, quem quis sua voluntate elegit.* Hæc omnia Religiosis competent ex vi juris communis. Hinc quæres.

9 Quid possint Religiosi, attentis etiam particularibus privilegiis, omnibus quasi Religiosibus concessis, quibus appellatio interdictur? Notandum est, varia privilegia extare, interdictio Religiosis appellationem. Primum est Bonif. VII. Minoribus concessum. 2. Xisti IV. Ordini S. Aug. 3. Iulii 11. Fratribus, & Sororibus Prædicatorum. 4. Leonis IX. eidem Ordini, s. Pauli III. Societati; quæ omnia confirmata sunt ab Vrb. VIII. qui etiam per aliam Bullam, quæ incipit: *In Beati Petri sede* præcipit, ut in illis casibus, in quibus præfatis Religiosis est licitum appellare, ab eis observetur forma appellationis gradum. His suppositis.

w. primum, in sententiis, penitentiis, & mandatis Prelatorum;

quando conformantur legibus, & statutis Religionis, etiam si rigidius procedatur, non est licitum Religiosis appellare, appellatione propria, & juridica, etiam ad Prælatos superiores. Est communis; alias magna foret perturbatio, crescereque audacia, & temeritas subditorum contra Prælatos. Ita Alderes. lib.2. cap.2. §.num.8. & communiter DD.

Q.2. In sententiis causarum, quæ secum non afferunt gravem infamiam, nec poenas valde graves, etiam si aperte videatur aliquis excessus, appellatio juridica etiam ad Prælatos superiores intra Religionem, locum non habet inter Religiosos; bene verò naturalis: quod si hæc non sufficiat, injuriam si quam Religiosus patitur, Deo offerre debet, ut sic non pateat janua perturbationibus, quas ut membrum Religionis impedit teinetur. Ita Sua. t.2.4.de Relig. lib.2.cap.11.num.12.

Q.3. Regulariter loquendo, non licet Religiosis, præsertim Mendicantibus, juridicè appellare etiam intra Religionem, à sententiis, quantumvis notabiliter ipsos gravantibus. Ita Navar. conf.5.de appell. Sua. &c. Dixi regulariter loquendo: quia dari potest casus, in quo reo Religioso sit licita appellatio juridica; ut si reus pateretur, aut pati timeret injustitiam apertam in re valde gravi, nisi inferioris Iudicis jurisdictione suspendetur, & executio sententiae impediretur, nec cum simplici recursu per modum querelæ irreparabili damno, quod imminet, obviari posset; in isto enim casu appellatio juridica cum effectu suspensivo juvat ad defensionem, quæ de jure naturali est, & quam Pontifices in suis Decretis impedire non intendunt, bene verò in cæteris casibus. Ita Fr. Joseph. à S. Maria in suo Tribunali tract.5.cap.11. §.4. Alderes. Mart. à S. Joseph. &c.

20 Quinam sit ordo, & modus tenendus in appellatione juridicar. ut licita, & valida sit appellatio juridica, fieri debet à Prælato immediatè ad Provincialem, ab ito ad Generalem, ad hoc ad Diffinitorium Generale, à Diffinitorio generali ad Capitulum generale, deinde ad Protectorem, & denique ad Roman. Pontificem. Hinc à Bonif. VIII. Leone X. & Paulo III. excommunicantur omnes illi, qui prædictum ordinem infringunt, sicut & ipsi Iudices, qui talem appellationem admittunt. Deducitur etiam, prohibitam esse appellationem ad Tribunal Domini Nuntii, non solum per Bullam Vrb. VII. ubi illum nominatum excludit, verum etiam per privilegia Bonif. VIII. & Leo. X. Hoc totum intelligendum est, in casu, quo Nuntius non habeat maiorem, specialem, & extraordinariam à sua sanctitate juris-

ditionem; nam aliàs ad ipsum juxta jurisdictionis suæ formam fieri posset, servato debito ordine nuper dicto; quod qua via dignosci possit. Vid. Dia. 3. part. resol. 63.

L

Lacticiniorum abſentia. v. Ieiunium Ecclesiasticum q. 5. Voto promissa an obliget. v. Votum q. 38.
Lacus an possit Eucharistiam ministrare, Eccl. v. Sacramentum Eu-
cha. q. 62. Eccl.

Largitio munerum quando interdicatur. v. Dominium q. 17.

Latrones publici qui sint. v. Censura excom. contra, Eccl. q. 33.

Laudemium quid sit, Eccl. v. Contractus onerosi q. 33. Eccl. 36.

Legatum quid sit. v. Contractus gratuitus q. 23. Eccl. v. Contractus in
genere q. 16. Eccl.

Leges imperatoria, Eccl. quando obligens. v. Legis obligatio q. 9.

LEGIS MATERIA.

Quæres.

2 **Q**uid sit Lex? R. lex est voluntas ejus, qui præest populo debitè promulgata cum intentione obligandi subditos. De ratione legis est, ut sit justa, & possibilis non tantùm physice, sed etiam moraliter: Item perpetua, tam ex parte legislatoris, quam subditorum, & ipsius legis, nisi revocetur. Denique debet esse ad bonum commune ordinata, vel immediatè, ut leges tributorum latè in favorem Principis, vel mediataè, ut latè in favorem pupillorum; & per hoc differt à Privilegio, quod honum privatum respicit. Ren. tom. 1. fol. 55. q. 1.

2 Quotuplex sit lex? R. Lex, alia est æterna, quatenus ab æterno est in mente Dei: Alia naturalis, quatenus per lumen naturæ hominibus inseritur: Alia divina tantum, vetus, vel nova, quæ dicitur positiva Divina: Alia Divina, & naturalis, ut cum per eam præcipitur idem, quod naturaliter ordinatur. Denique, alia est humana, civilis vel Ecclesiastica, cuius authoritas venit à Deo, vel immediatè, vel mediataè. Hinc Pontifices Ecclesiasticam autoritatem habent immediatè à Deo, mediataè Episcopi. Communitates civiles habent immediatè à Deo, mediataè verò Principes non recognoscentes Superiorum. Ren. q. 2. ex D. Ibo.

3 An actus turpes, seu moraliter mali possint esse legis materia? R. actus turpes possunt à lege naturali prohiberi; item & Eccle-

siaistica. Est certum: à civili autem sub poena prohiberi possunt, licet non omnes: præcipi autem nequaquam; bene verò, ad majora mala vitanda, permitti. Rat. primi; quia lex fertur pro communitate; vitare autem omnia vitia non est communitatis, sed perfectorum: ergo, &c. Rat. 2. quia lex est ordinatio rationis: ergo, &c. Rat. 3. quia tunc tales actus sunt in bonum morale Communitatis. *San. Vafq. Merol. Ren. q. 3. contra Macchia-*
~~vel. nū~~ dicentem bonum politicum, sive honestum, sive non, esse materiam legis civilis, quod hæreticum est.

- 4 An actus indifferentes possint esse materia legi humanæ præcipientis, vel prohibentis? *R. aff.* si considerentur, quatenus in sua intrinseca ratione sunt utiles ad aliquod commune bonum à Legislatore intentum: Secus si secundum suam intrinsecam rationem considerentur ex obiecto indifferentes. Rat. primi; quia sunt ad commune bonum: ergo, &c. ex quo patet 2. *D. Tbo. Ren. q. 2.*
- 5 An actus interni possint esse materia legi *humana*; itaut talis potestas de facto hominibus à Deo sit concessa? *R. actus internos nullatenus cum externis connexos non posse esse materiam legis humanæ: actus verò internos, qui necessarii sunt ad esse physicum, vel morale externorum, indirectè præcipi posse.* Rat. primi; quia tales actus non ad bonum Communitatis, sed ad privatum singulorum spectant, cum ab ipsis solum cognoscantur, non à Communitate in cuius bonum lex tantum fertur: ergo, &c. Ex quo patet 2. Hinc quia ad esse physicum recitationis Officii, vel contractus, requiritur voluntas interna contrahendi, vel recitandi, &c ad eorum esse morale intentio, &c ad Officium attentio, utriquæ actus à lege præcipi possunt. Est communior contra *Vafq. & Cosi.* Non sic procedit in jejunio, vel eleemosyna in gratia, vel sine jactantia facienda; quia hi actus interni per accidens cum externis sunt connexi. *Vafq. Say. Azo. Ren. q. 3. &c. contra Nau. Sos. &c.*
- 6 An hæretici pure mentales comprehendantur sub excommunicatione Bullæ Coenæ? *R. neg.* sed requiritur actus, seu signum externum, non quocumque, sed quod sufficiens sit ad internam hæresim manifestandam. Constat ex dictis. Hinc à quolibet Confessario absolvi potest hæreticus pure mentalis. *San. Ren. q. 5.*
- 7 An incurrat excommunicationem prædictam hæreticus, qui hæresim suam occultam manifestat Confessario, non causa confitum capiendi, nec animo verè confitendi, sed illum per-

ver-

- vertendis. R. aff. quia sigillum non obligat tunc, cum confessio sit simulata. Azo. San. Ren. q. 6.
- 3 An pueri post usum rationis obligentur legibus humanis, vel ante ipsum lege naturali, vel divina? R. ad primum aff. exceptis quibusdam preceptis; ut est jejunium, &c. Rat. quia lex est obligatio *rationis*: ergo, &c. Ren. fol. 58. q. 1. Vnde ad 2. R. neg. quia lex est obligatio *rationis*: ergo qui incapaces sunt *rationis*, non obligantur. San. Merol. contra Mol.
- 4 An sicut pueri post usum rationis non tenentur ad annuam communionem, ita neque ad confessionem? R. neg. quia iure Divino, & Ecclesiastico omnes, qui peccant tenentur precepto confessionis: ergo, &c. Nec valet paritas de communione, quia haec ex cap. *omnis* precipit cum reverentia, quae in pueris non facilè invenitur. Ren. q. 2. San. contra Sor. Sæ. & D. Auto.
- 5 An pueri post septennium, sicut obligantur legibus, ita ligentur poenis à legibus impositis, vel ab homine, sive specialiter, sive per sententiam generalem? R. aff. si homo pueros intendat obligare: quia pueri impuberis sunt subditi legibus Ecclesiasticis: ergo valide innodari possunt censuris, &c. Ren. q. 3. De Janu. contra Vsq. Sæ, &c. absolutè negantes; & contra San. Sua. &c. concedentes, loquendo tantum de poenis à jure impositis; & denique contra Pala. excipientem poenas specialiter ab homine latas dumtaxat.
- 6 An si pueris ante septennium adveniat usus rationis, obligentur legibus? R. aff. quia lex est obligatio *rationis*: ergo, &c. De Janu. San. Mero. Ren. q. 4. contra quosdam apud ipsum.
- 7 An totaliter ebrios, & perpetuè amentes legibus obligentur? R. neg. quia hi comparantur pueris ante usum rationis: unde perpetuè amentibus Eucharistia, vel Vnctio in mortis articulo dari non potest. Sua. Mero. Ren. q. 5. contra San. De Janu.
- 8 An amentes possint, sicut pueri ante usum rationis, ad clausuram adiungi, vel possint illis porrigi carnes tempore prohibitorum? R. ad primum neg. quia licet amentes legibus non obligentur, & sic ratione sui ad clausuras adiungi possint; ratione tamen Claustralium, qui occasionem peccati vitare tenentur, adiungi nequeunt. Hinc aliquando ob tale periculum, nec pueri possunt adiungi. Sua. Azo. Ren. q. 6. &c. Unde ad 2. R. aff. etiam si sint ad tempus amentes. Rat. est eorum infirmitas. San. Bon.
- 9 An Religiosi exempti, & privilegiati obligentur legibus Synodalibus Episcoporum? R. neg. exceptis quibusdam casibus. Patet tum ex privilegiis; tum ex jure Trid. sciss. 6. de refor. cap. 3.

tum denique ex jure communi ex textu in cap. *Abbates*, §. *Monachis* 18. q. 2. *Sua Salo*. *Dia. Ren.* q. 7. &c. contra *Vasq. San.* &c. Casus autem sunt. 1. Si ex earum legum inobligantia scandalum oriatur. 2. Si Regulares sine licentia extra Monasterium degant, vel professionem emiserint. 3. In materia S. Officii. 4. In accessu ad Monasteria Monialium (licet in hoc, ut excommunicari non possint, non tantum exempti, sed privilegiati etiam debent esse, quales sunt Mendicantes.) 5. Quoad susceptionem Ordinum, Confessionem, Prædicationem, librorum imprecisionem, Festorum Diocesis observantiam, Indulgentias publicandas, & interdicta servanda. 6. Quoad processiones, & earum controversias; quoad Novitiorum renunciationem; quoad reddendam rationem piarum voluntatum; & quoad quæstuandum. 7. Quoad quartam legatorum, & quoad recipiendas Ecclesiæ de manu laicorum; quoad constructionem Conventuum, & quoad constructos, in quibus non habitant 12. Religiosi. 8. Quoad reclamationem contra professionem; Contra renuentes restituere Novitio restituenda. Denique quoad exorcizandum. *Cenedo*, *Pelliz.* licet hic contrarium fientat de exorcismo.

15 An personæ Ecclesiasticae obligentur legibus civilibus justis, & non contrariis immunitatis. aff. in conscientia, & quoad vim directivam; non autem coactivam. Rat. primi; quia tales leges à Sacris Canon. approbantur ex Can. *in adjutorium diff.* 10. ergo, &c. Hinc est, quod tales Ecclesiastici solùm indirectè ratione legis Ecclesiasticae obligantur. *De Ienu.* Rat. 2. quia puniri non possunt à Legislatore civili: ergo, &c. *Mol. San. Say. Ren.* q. 8. &c. contra *Nav.* absolute negantem.

16 An personæ Ecclesiasticae teneantur solvere justas gabellas à Principe seculari impositas? R. neg. quia eò ipso, quod gabella tangit bona Ecclesiasticorum est injusta, & illam imponentes incurrit excommunicationem Bullæ Coenæ: Imò nec etiam imponi possunt super bona patrimonialia Clericorum, sive hi ad eorum titulum sint ordinati, sive non; quamvis in hoc ultimo sensu (contra *Bavodillam*) ea bona non videantur Ecclesiastica; quia in *Canon.* 18. Bullæ Coenæ dicitur; *gabellas imponi non posse personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis:* ergo, &c. *Dia. Ren.* q. 9.

17 An imponi possit gabella solvenda ab Ecclesiasticis ob publicam necessitatem; ut pro reparatione murorum Civitatis, pro

ma-

manutentionē exercitus , vel Civitatis peste grassante ? R. pro necessitate pestis imponi posse , concurrentibus certis conditionibus ; ut si scilicet laicorum facultates non sufficient , adsit Pontificis consensus , exiganturque gabellæ à personis Ecclesiasticis , ut declaratum fuit per Bullam Vrb. VIII. concessam pro Ducatu Mediolasensi . Pro aliis necessitatibus nequaquam posse : Rat. utriusque; quia prædicta necessitas tantum, æquallyter respicit Clericos, & laicos , & ideo ea solum dicitur publica. *Leff. Ren. q. 10. contra Henr. & Vival.* inclientes muro- rum reparationem.

18 Verum Legislator ferens legem , suis legibus obligetur ? R. obligari in conscientia, & quoad vim directivam, si materia communis est ipsi Legislatori; & hoc non directe , & per se, ut vult. *De Iano.* sed per accidens ratione juris naturalis dictantis, caput suis membris conformari debere : Secus quod ad vim coactivam. Primum constat ex cap. cum omnes de consi. cui accedit ratio naturalis prædicta. *Say. Leff. Ren. q. 11. contra Sua. & Lay.* Probatur 2. quia coactio venit ab extrinseco, passo non conferente vim, sed renitente, ex Phylos. 3. *Ethic. cap. 1.* ergo, &c.

19 Vtrum lex obligans in conscientia Legislatorem , obliget illum sub peccato mortali, si materia sit gravis ? R. aff. quia non est ipse Legislator, qui seipsum obligat, sed lex naturalis : ergo censetur obligatus sub mortali. *Ren. q. 12. Say. Sua. &c. contra Leff. Fili. Bon. &c.*

20 Vtrum advenæ , & peregrini teneantur legibus illius territorii, in quo reperiuntur? Dico primò supradictos teneri, si constituant domicilium , vel animum habeant ibi manendi pro majori anni-parte, etiam si in suis locis illis legibus non obligentur . Dico 2. eos teneri etiam si intentionem non habeant ibi manendi, si scandalum oriatur , vel in suis locis leges obligent . Dico 3. si non habeant animum ibi manendi , nec leges obligent in suis locis , adhucque scandalum , si leges non serventur , etiam tenentur ; dummodò ibi non sint solum transeuntes . Primum dictum non indiget probatione , sicut & 2. Probatur 3. quoad primam partem ; quia supradicti inobser- vantes puniuntur; excommunicantur enim, si cum Monialibus loquantur, arma deferant, &c. ergo, &c. *De Iano. Nav. Leff. Ren. q. 13. &c. contra Syl. Ledes. &c.* dicentes teneri dumtaxat , si constituant domicilium, & contra *Lay. San. &c.* dicentes teneri tantum , si habeant animum , &c. Probatur 2. pars ; quia aliquando adimpleti legis specialem requirit moram ; ut est au-

- ditio facri: è contrà, est jejunium: ergo, &c. *Lef. San. contra Sua.*
- 21 An sicuti peregrini non obligantur legibus Territorii, per quod transeunt, ita neque vagi: n. vagos obligari, alias nullis legibus tenerentur; cum nullibi domicilium habeant. *Fag. Bon. Fili. Ren. q. 15. Et c. contra Lay. Dia. Sanci. Et c.*
- 22 An qui expleto jejunio Quadragesimali in aliquo loco venerit, ubi nō est peractum, teneatur ibi jejunare; vel è contrà, ad primum neg. quia leges semel obligant: ergo, &c. *Fili. San. Bon. Ren. q. 15. Et c. contra Pon. Vofq. Vnde ad 2. n. teneri; quia nondum explevit jejunium: ergo, &c. Merul. Et c. contra San. Lay. Bon. Et c. dicerites non teneri etiam si accedat ad eum locum, ut non jejunet.*
- 23 Vtrum peregrini teneantur legibus sui Territorii, dum alibi versantur, ubi non sunt usu receptae. neg. quia si leges sunt locales non obligant nisi in eo loco existentes: immo etiam si sunt juris communis, non obligant, ubi non sunt usu receptae: ergo, &c. *Bon. San. Sua. Ren. q. 16. Et c. contra Syl. D. Antonin. Et c.*
- 24 Si quis data opera recederet à loco sui domicilii, ubi servatur Festum, ad locum ubi non servatur, an possit ibi servilia exercere? n. aff. quia exitus ei non interdicitur: ergo non est pecaminosus: ergo, &c. *San. Nav. Ren. q. 17. Et c. Nec valet paritas de jejunio Quadragesimali; nam illud observare tenetur quis in quocumque loco reperiatur; observantia autem Festorum obligat solum, ubi tale Festum servatur.*
- 25 An qui sic data opera recedit in die festo à loco sui domicilii, teneatur prius audire sacrum? n. aff. si perventurus sit ad locum, post tempus obligationis ad Missam: Secus è contra. Rat. 2. quia non tenetur quis audire sacrum hac, vel illa hora, sed differre potest usque ad ultimam: ergo, &c. ex quo patet primum. *Bon. Dia. Lef. Ren. q. 18. Et c. contra Fili. Nav. Sua. Et c. absolutè affirmantes.*
- 26 An si quis sit discessurus à loco sui domicilii, ubi non jejunatur, in locum, in quo jejunatur, possit antequam discedat frangere jejunium? n. aff. quia in eo loco non est obligatio jejunii. Hinc non tenetur postea ad jejunium, teneretur tamen si in suo loco non fregisset; quia tunc non esset violatum præceptum: quod intelligendum est de jejunio, non autem de abstinentia à carnibus, licet has antea comederit; quia harum abstinentia est dividua, & obligat semper, & ad semper, non sic abstinentia à cibo. *San. Lef. Ren. q. 19. Et c. contra Sanci. Dia.*
- 27 An è contra possit quis frangere jejunium, antequam discedat à loco,

à loco; ubi jejunatur? N. aff. si certò sciat, se per venturum ad locum, ubi non jejunatur eodem die. Rat. quia jejunium est individuum: ergo si serò non obligat, nec etiam manè. San. Less. Dia. Res. q. 20. 69c. contra Cosi. De Iano. &c.

28 An Episcopus excommunicare possit alloquentes cum Monialibus exemptis? R. aff. quia Episcopus prohibet talern allocutionem, uti Sedis Apostolicæ Delegatus: ergo id potest etiam cum loco exempto. Ren. q. 21.

LEGIS OBLIGATIO.

Quæst.

1 **V**Trum lex humana, præceptiva quidem, non penalit, obligare possit in conscientia sive ad culpam? R. aff. loquendo de lege Canonica, ex illo Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Eibnicus, & Publicanus. Idem dicendum de civili, etiam quatenus pure humana est; quia Legislatores civiles ferunt leges, ut Ministri Dei, & per potestatem à Deo acceptam, juxta illud Prov. Per me Reges regnanti, & legum conditores justa discernuntur: ergo, &c. Tum quia lex Divina, & naturalis jubent servandas etiæ leges humanas: ergo, &c. Dua. D. Tbo. Ren. fol. 67. q. 1.

2 An Regulæ Cancellarie, stylus Curiae, & declarationes Card. obligent in conscientia? R. ad primum neg. quia prædictæ regulæ sunt factæ pro foro fori: Vnde donatio facta ab Episcopo infra 20. dies ante ejus obitum, valet in conscientia, licet sit contra regulas Cancellarie. Valerus. Ad 2. eodem modo R. quia stylus non est lex, cum non promulgetur, & quandoque mutetur. Leon. Cara. Fag. &c. Vnde ad 3. dico, pro utraque opinione adesse rationes probabiles, & classicos Autores apud Ren. q. 2. dicentes declarationes Cardinalium habere vita legis, vel non habere, cum non promulgantur: sed in hoc non oportet sapere plusquam oportet, consulit Dia.

3 An lex civilis, vel Ecclesiastica in materia gravi possit obligare sub levi, vel è contrario? ad primum aff. & ad 2. neg. in materia omnino levi, præscindendo à fine gravi. Rat. 2. quia id neque potest ipse Deus de lege ordinaria: Secus de absolute, & suprema authoritate. Tum quia leve non est capax obligationis gravis. Est contra S. q. quoad Legislatorem Ecclesiasticum. Rat. primi, quia materia gravis est capax obligationis levis. Est contra V. q. Hinc quia finis præcepti de non comedendo pumè fuit gravis, obedientia scilicet, & subiectio: ideo, &c. Ren. q. 3.

- 4 Vnde cognosci possit, legem obligare sub culpa gravi, vel leviter ex intentione Legislatoris expressa per verba legis; *Vt ordinamus strictè, vel sub praecepto; In virtute Sancta Obedientie; sub pena maledictionis eterna, &c.* Item precipimus, jubemus, interdicimus, &c. *San.* Quod si intentio Legislatoris non sit expressa, colligi poterit obligatio ex materia gravi, vel leviter item ex levitate, vel gravitate poenae, ut excommunicationis majoris, Suspensionis, Interdicti, Irregularitatis, &c. nisi ad terrorum ponantur; etiam si harum quædam ob solum veniale incurri possint. *San. Ren. q. 4. contra Nav. Say. &c.* Item mutilationis, mortis, exilii perpetui. *San.*
- 5 Vtrum leges imponentes poenam temporalem aliquando obligent ad solam poenam, non culpam? *R.* id pendere ex sola Legislatoris voluntate. *Ren. q. 5.*
- 6 Vtrum lex obliget cum periculo vitae, aut alterius valde gravis nocimenti? *R.* neg. loquendo de lege humana. Idem dicendum de Divina naturali positiva; secus de negativa, de quibus *Ver. Actus humani q. 45. & 46.* Hinc Cartusianus comedere potest carnes, si haec necessariae sint ad vitæ periculum evadendum; ut si non sint alii cibi præter carnes. *Imò Vasq. contra Less.* dixit teneri, & *Satas*, contra *Vasq.* etiam si ad sint alii cibi præter carnes, si hi non sint sufficienes ad evadendum vitæ periculum. *Rat.* quia lex Ecclesiastica non obligat cum vita periculo. Tum quia lex naturalis prævalet consuetudini: ergo, &c. *Ren. q. 6.*
- 7 In quo consistat promulgatio ad obligationem legis requisitat? *R.* non sufficere editionem solemnam, sed requiri ordinariè publicationem; quia lex requirit obedientiam subditorum: ergo, &c. *Ren. q. 7. contra aliquos.* Dixi ordinariè: quia aliquando sufficit, si in corpore juris sit clausa, vel successu temporis per publicam notitiam, & famam publicetur. *Merol.*
- 8 Vtrum ut lex obliget, sufficiat una promulgatio facta in uno Regno, vel requirantur plures pro pluralitate locorum? *R.* loquendo de lege civili, requiri plures non ex natura rei, sed jure positivo, ex Auth. *Vt facta nova confit. collatione 5.* Secus loquendo de jure Canonico, ex consuetudine sic introducta, ut Bullæ, & responsa Pontificum Romæ tantum promulgantur; & prædicta Auth. quoad leges Ecclesiasticas non est acceptata. *Sua Vasq. Fili. Ren. q. 8. &c.*
- 9 An leges statim, ac publicatae sunt, incipient obligare? *R.* leges Imperatoriae obligant post duos menses, à publicationis die, ex Auth.

Auth. cit. Ren. q. 9. Cæteræ verò sive Ecclesiasticæ, sive Civiles, quæ Imperatoriis non subduntur, statim obligant, sed non statim omnes, nisi post morale tempus. Rat. primi; qui Auth. cit. loquitur tantum de legibus Imperatoriis, nec est acceptata quoad Ecclesiasticas: ergo, &c. *Va/q. Mol. Et c. contra Nav. S. A. Et c.* Rat. 2. quia si ad legis obligationem requiritur promulgatio: ergo & morale tempus, ut promulgata dici possit: ergo, &c. *Sua. Bon. Et c.*

10. An ad hoc ut lex obliget, requiratur acceptatio, seu populi consensus *vñ*, neg. quia præcepto Superioris tenentur subditi obedire: ergo à fortiori legibus: ergo, &c. *Sua. Lay. Ren. q. 10. Et c. contra Axo. Bon. Et c.*

11. An populus peccet sine causa non acceptando legem sufficienter promulgatam *vñ*. aff. nisi Superior haberet voluntatem non obligandi ad legem, nisi acceptetur. Rat. quia lex obligat etiam si non acceptetur: ergo peccat populus non observando legem: ergo, &c. *Say. Sua. Ren. q. 11. Et c. contra Nav. Val. n. Et c. quorum opinio. damnata est ab Alex. VII. prop. 28.*

12. Vtrum cessante fine adæquato legis, cesset obligatio legis? Suppono finem adæquatum legis cessare posse, vel totaliter, respondeo scilicet totius Communilitatis, vel in aliquo tantum casu particulari: & utroque modo cessare posse, vel contrarie; ut si ejus observantia esset peccaminosa, iniqua, aut saltem incommoda, difficilis, aut etiam præter intentionem Legislatoris; vel negativè, si in tota materia legis, vel in aliquo casu non inveniretur finis legis, seu ratio motiva Legislatoris. Hoc supposito. Dico primò, cessante fine legis contraria, sive pro tota Communitate, sive non, cessat lex; quia tunc observantia, vel esset dura, vel iniqua, vel contra Legislatoris intentionem. *Ren. q. 12.* Dico 2. cessante fine legis negativè, totaliter tanien, etiam cessat lex; quia sicuti hæc ferri non potest, cum finem boni communis non habet, ita, &c. *Caje. Ledes. D. Tbo. contra Soram.* Dico 3. cessante fine legis negativè, sed in casu aliquo particulari tantum, non cessat lex. Rat. quia non cessat causa adæquata; nam id, quod cadit sub legis determinatione, judicatur secundum id, quod communiter accidit, non quod in aliquo casu accidere potest. Tum quia finis legis est commune, non particulare bonum; alias pro viris perfectis cessaret obligatio jejunii, & lex fornicationis pro prævente bonam educationem prolis, &c. quæ omnia sunt falsa. *Sua. San. Lay. Va/q. Bon. Say. Et c. contra Nav. S. A. Cara.* quibus adde Illusterrimum de Verde.

13 Vtrum

13 Vtrum lex, quæ cum fertur non est ad bonum commune, & sic invalida, fiat deinde valida adveniente fine legis, seu ratio communis boni? R. neg. quia quod à principio non valet, convalescere non potest. *Ren.* q. 13. contra *Nav.* & *Hux.*

L E G I S M O D U S O B L I G A N D I . Quæres.

1. Vtrum obligationi legis satis fieri possit per actum non bonum *ex circumstantia?* R. aff. loquendo de lege humana; quia finis legis, & modus hanc adimplendi (nisi hic sit de intrinseca ratione actus) non cadit sub lege. *Sot.* *Bon.* *Nav.* *Ren.* fol. 72. q. 1. Secus loquendo de lege naturali Divina; quia haec præcipere potest modum actus, cum illum punire possit: ergo, &c. *S. Tho.* *Sot.* contra *Nav.*
2. An implens opus promissum per votum, vel juramentum ob malum finem, satisfaciat illis? R. aff. quia votum, & juramentum sunt lex quedam particularis: ergo sicuti legi, ita & voto satis fieri potest per actum non bonum *ex circumstantiis*. *Sua.* *Ren.* q. 2. &c.
3. An obligationi legis, vel præcepti satis fieri possit per actum non liberum, violenter v. g. recitando horas, &c. &. neg. loquendo de præceptis affirmativis: Secus de negativis. Rat. primi; quia præcepta affirmativa obligant homines ad exercitium actus politivi humano modo: ergo, &c. Rat. 2. quia negativa præcepta prohibent exercitium actus positivi, & humani: ergo impleri possunt sine omni actu positivo, & humano: ergo, &c. *Sua.* *Sot.* *Ren.* q. 3. &c.
4. An pueri, vel famuli, qui coacti interset sacros metu scilicet Pedagogi, vel Domini satisfaciant? R. aff. etiam si hi habeant actualem voluntatem non audiendi sacram. Rat. primi; quia ea coactio minuit, non tollit libertatem. Rat. 2. quia licet peccent propter illam voluntatem, satisfaciunt tamen; eis enim non remanet obligatio audiendi aliud sacram. *Azo.* *Mol.* *Ren.* q. 4. contra *Sua.*
5. Vtrum ad adimplendum præceptum requiratur explicitè intentio, non tantum exequendi opus præceptum, sed etiam satisfaciendi præcepto? R. neg. quia prædicta intentio est actus internus, qui in casu præcipi non potest. Ita communiter *DD.* apud *Merol.* *Ren.* q. 5.
6. An debens 100. alicui, satisfaciat debito, si immemor debiti tandemdem illi donet? R. aff. si illa debeat ex gratitudo titulo:

Secus

- Secus si ex oneroso, & debito ex iustitia, quæ respicit æqualitatem rei ad rem, quæ tunc non servatur, cum solvatur debitum, non ut debitum. *Merol.Ren.q.6.¶c.* Hinc Beneficiatus non satisfacit suo debito per eleemosynas quascunq; antea factas.
- 7 An audiens missam ex devotione non intendens per illam satisfacere præcepto, illi satisfaciat? *R. aff.* quia lex non est in potestate operantis, cum à voluntate legislatoris dependeat: ergo posito, quod facit opus, sequitur, &c. *San.Less.Ren.q.7.* cum aliis 24. relatis à *Lean.* contra *Nao.Azo.* ¶c. Idem dicendum de poenitentia à Confessario injuncta. *San.¶c.* Aliter discendum est de voto, & juramento, quæ dependent à voluntate voventis, & jurantis: ergo, &c. *Sua.Lay.Conc.* contra *San.Bona.Dia.¶c.*
- 8 An possit quis unico actu diversis obligationibus satisfacere? *R. aff.* si pro eodem die incident obligationes; quia eadem Missa satisficeri potest diei Dominico, & festo alicujus Sancti. Est communis. *Ren. q.19.*
- 9 Si alicui imponatur auditio Missæ die festo pro poenitentia; an unico sacro satisfacere possit, &c. *R. neg.* nisi aliter constet de mente Confessarii; quia poenitentia utpote afflictiva intelligenda est de opere voluntario. Idem dicendum de voto. *Merol.San.Sua.Ren.q.10.¶c.*
- 10 Quis habuit poenitentiam audiendi Missam singulis diebus per mensem, an diebus festivis teneatur duas Missas audire? *R. neg.* Rat. est benigna interpretatio intentionis Confessarii, volentis tantum Missam quotidie: Idem dicendum si Confessarius imponat pro poenitentia duas Missas in die festo; vel unam ei, qui non solet audire Missam. *Dia.Sua.San.Ren.q.11.¶c.*
- 11 An quis per eleemosynam collatam extremè indigenti, quam debet ex præcepto charitatis, possit satisfacere poenitentiae, vel voto de eleemosyna facienda? *R. aff.* quia ea est intentio Confessarii, ut illa detur maximè indigenti: ergo, &c. *San. Sd.Ren.q.11.¶c.* contra *Sua.Say.¶c.* Idem dicendum ad2. *San.Azo.¶c.*
- 12 An satisfaciat poenitentiae, qui dat eleemosynam, quam ut materiam incertam pauperibus restituere debet? *R. neg.* quia materia incerta debita est ex iustitia: ergo, &c. Idem dicendum de eleemosyna danda pro voto, & poenitentia: quia hæc etiam impleri debet per opus voluntarium, quando non constat a me: & Confessarii. *Azo.Merol.Ren.q.13.*
- 13 An satisfaciat quis poenitentiae de eleemosyna facienda, hanc dando fratri indigenti? *R. neg.* si poenitens est dives: Secus si au-

- pauper; quia in primo sensu dumtaxat tenetur erga fratrem ex justitia; ergo, &c. *Sanc. Merol. Ren. q. 14. contra Henr.*
- 14 Quando unico actu non potest satisfieri pluribus obligationibus, ut in casu supra dicto, cui obligationi censeatur satisfactum, si quis intendat omnibus satisfacere, credens id posse? s. censi satisfactum omnibus pro rata, si opus sit divisibile, ut est eleemosyna; majori vero obligationi, si indivisibile, & opus absolute non requirat expressam intentionem satisfaciendi. Hinc præcepto audiendi sacrum quis satisfaciет, non voto, aut poenitentia; quia illud est ex dispositione Ecclesie, & consequenter strictius obligat, votum vero voluntarium, & poenitentia est ex voluntate Confessarii. Dixi, & opus, &c. quia tunc satisfaciет minori obligationi, voto e. g. dandi decem pro eleemosyna, non justitia; si illa decem hoc etiam titulo restituere debeat; quia restitutio requirit expressam intentionem satisfaciendi. *Merol. Ren. q. 15.*
- 15 An quando idem opus dupli obligatione debetur, sit duplex peccatum ejus transgressio? r. esse unum si obligationes versantur circa eandem materiam, & spectant ad idem motivum virtutis; ut omissione ieiunii diei *Quadtagesimæ*, & vigiliæ, &c. *San. Vafq. Ren. q. 16. contra Nav.*
- 16 An sit unum peccatum, si omissitur Missa debita ex die festo, & poenitentia? s. esse duplex; quia licet sit eadem materia, virtus tamen est duplex, Religionis, & poenitentiae. *San. Ren. q. 17.*
- 17 Si obligatio Missæ sit debita ex voto, & præcepto, an ejus transgressio sit duplex peccatum? r. aff. quia licet virtus sit una, motivum tamen est duplex, ut scilicet fides Deo servetur, & particularis cultus Deo detur. Idem dicendum de voto, & jureamento; quia hoc est ex motivo, ne Deus in testem falsi adducatur. *San. Ren. q. 18.*
- 18 An si conjugatus cum conjugata adulteretur, unusquisque duplex peccatum committat? r. aff. quia est duplex materia numero, sicut qui unico istu plures occidit. *Lay. San. Lugo Ren. q. 19. &c.*
- 19 An omittens officium ratione ordinis, & beneficii duplex peccatum committat? r. neg. quia licet obligatio officii ratione beneficii, proveniat etiam ex virtute justitiae; hoc tamen est minus principaliter; principaliter enim utraque obligatio provenit ex virtute Religionis. *Salas. Ren. q. 20. Henri. &c. contra Fag. San. &c.*
- 20 An posuit quis eodem tempore diversis actibus pluribus obligatione-

- gationibus satisfacere ? R. aff. quando unus actus alium non impedit; quia nullo jure diversitas temporum præcipitur, quando actus sunt compatibles. *Sot. Henr. Caje. Ren. q. 21. 9c.*
- 21 Qui tenetur audire Missam ex præcepto, paenitentia, & voto, an satisfaciat audiendo tres Missas simul in tribus altaribus? R. aff. si diversitas temporum non præcipiatur, & altaria sint ita conjuncta, ut verificetur, quod audiens sit moraliter præsens; quia actus celebrandi ex se non sunt successivi; alias non possent simul plures Missæ celebrari: ergo, &c. Tum quia potest eodem tempore quis satisfacere etiam recitationi officii: ergo, &c. *Faus. San. Sa. Ren. q. 22. 9c.*
- 22 An satisfaciat qui unam medietatem ab uno, & aliam ab altero Sacerdote simul audit? R. neg. quia una pars Missæ ex sui institutione alteri succedit, quæ est regula ad cognoscendum, quando diversitas temporum præcipitur in satisfaciendo uno, vel pluribus præceptis, ut in casu: ergo, &c. *Fag. Ren. q. 23. contra Bon. Hur.* quorum opinio damnata est ab *Innoc. XI. op. 53.*
- 23 An satisfaciat præcepto Missæ, qui duas medietates à duobus sacerdotibus successivè audit? R. aff. quia imprimis datur successio; deinde non præcipitur una Missa integra integratæ physica, sed moralis; alias non satisfaceret, si ob mortem prioris Sacerdotis, perficeretur Missa ab altero Sacerdote. *Nau. Sot. Ren. q. 24. contra Lugo. Ako.*
- 24 An qui non potest adimplere totum præceptum, teneatur ad partem, quam potest? R. aff. si materia sit dividua; Secus si non; quia in primò tantum casu in parte salvatur ratio præcepti, (quando salvatur, quod cognosci potest, cum ejus transgressio est peccaminosa), non in 2. *San. Merol. Ren. q. 25. 9c.* Opposita de officio Diuino damnata est ab *Innoc. XI. op. 54.*
- 25 Quis habet psalmos, & non lectiones, vel è contrà, tenetur ne ad officium? R. virtute condemnationis semper tenetur quis ad partem officii, quando hæc est materia sufficiens ad transgressionem; eadem enim est materia transgressionis, & obligationis: Vnde dubium, tam loquendo de officio duplici, quam simplici, resolvi potest juxta dicta *Ver. Hora Canonica*, ubi assignatur materia ad transgressionem sufficiens. *Ren. q. 26.*
- 26 An qui non potest solus recitare officium, teneatur cum socio recitare? R. aff. quia præceptum obligans ad finem, & ad numerum etiam obligat: ergo, &c. Nec valet dicere usum privilegii esse liberum; nam præterquamquod assumptum in casu supponit falsum, videlicet esse privilegium recitare cum socio.

tunc tamen dictum est verum , quando talis usus non est necessarius ad adimplitionem præcepti. *Sua. Azo. Ren. q. 28. contra Sanch. Dia.*

27 An peccet is, qui impedimentum ponit, ne leges, & præcepta implere possit ? *q. neg.* si impedimenta non sunt proxima, & per se intrinseca præceptis; quia durum esset imputare in causam remotam, quæ sunt juris humani . Hinc qui nociva comedit, prævidens se ob id missam, &c. omisurum, non peccat, sicut qui venationes, vel pilæ ludos, &c. suscipit , prævidens deinde jejunare non posse, quia illa impedimenta sunt remota, & hæc per accidens se habent , cum multi talia facientes soleant jejunare. Imò idem dicendum si impedimenta sunt proxima, & intrinseca, & præcepta de benignioribus , & non ita strictè obligantibus : sic non peccat excommunicatus non procurando absolutionem, ut audiat sacram; benè verbè, si non procurèt, ut in Paschate communicet; quia hoc præceptum strictius , illud autem benignius obligat. *Conc. Nav. Fag. Ren. q. 29. Et c.*

28 An possit quis talia impedimenta ponere in fraudem legis, nè scilicet hanc observet? *q. neg.* quia licet non peccet quis calida comedendo, prævidens ex hoc pollutionem ; non potest tamen per talem comedionem pollutionem intendere : ergo ita , & si non peccet quis ponendo impedimentum ad impletionem præcepti, non potest tamen ex eo impedimento in observationiam præceptorum intendere. *Ren. q. 30. Morot. ex San. Et Sua.*

29 An prævidens impedimentum ad observationem præcepti, teneatur anticipare impletionem? *q. aff.* quando est intra tempus obligationis præcepti: sic tenetur quis anticipare missæ auditionem, Confessionem, vel Communionem, quando pro ultima diei hora, vel anni termino prævidet impedimentum; non tamen tenetur anticipare hodie jejunium castinum . *Fag. Sos. Syl. Ren. q. 21. contra Azo. loquendo de Communione.*

30 An qui ex infirmitate excusatus fuit à recitatione horarum statutis temporibus pro uno die, teneatur postea eas recitare, si eodem die convalescat? *q. aff.* si infirmitas contingat in principio diei, & in fine illius infirmus convaluit ; quia tunc est in termino, in quo obligatur ad officium recitandum (dummodo ex infirmitate non oriatur debilitas.) Quod si infirmitas contingat in fine diei usque ad mediam noctem, non proinde peccabit omitendo Officium ; quia non tenetur quis ad horas statutis temporibus. *De Iano. Ren. q. 32.*

*Legislator an teneatur suis legibus , Et c. v. Legis materia q. 18. Et c.
Dicitur

Le.

Lenocinium committens quando sis denunciandus. v. Denunciasio contra, &c. q. 1.

Lex quid sit, quoë ejus conditiones, &c. v. Legis materia q. 1. &c. quando obliges. v. ubi. v. Conscientia q. 44. &c. Civilis, vel Ecclesiastica quomodo obligare possit. v. Legis obligatio q. 3. Humana, Divina, vel Naturalis, an quandoque excusat. v. Actus humani q. 35. &c.

Libellum quid sit. v. Contractus onerosi q. 26.

Licentia sacra, vel expressa qualis sit. v. Dominium q. 3. Licentia concionandi an dare possit Parochus. v. Confessio annua q. 33. Licentia pœnitentis quando uti possit Confessorius, &c. v. Sacramenta Pœnit. materia prox. q. 28. &c. Licentia extorta per preces importunas an sit valda. v. Actus humani q. 34.

Ligamen quando dirimas matrimonium, &c. v. Sacramenti Matri. &c. q. 27. &c.

Literas aperire quando sit mortale. v. Restitutionem quis, &c. q. 21.

Litis contestatio quid sit, & an spectet ad apices juris. v. Iustitia, &c. modus, &c. q. 25.

Locatarius dubitans an res locata sua culpa perierint, an, &c. v. Conscientia q. 42.

Locatio quid sit, &c. v. Contractus onerosi q. 24.

Locationi fundi doctilis an teneatur stare uxori post mortem mariti. v. Contractus in genere q. 35.

Locus exemplius quoad censuras. v. Censura q. 21.

Lucida intervallo quando presumantur. v. Conscientia q. 62.

Lucrum cessans, & damnum emergens. v. Contractus grauiissi q. 61. Quando restituui debest. v. Restitutionis quantitas q. 14.

Ludus an sit materia voti, &c. v. Votum q. 25. Quando impenses obligationem restitutionis. v. Restitutionem quis, &c. q. 9.

Luxuria an admittas parvulaem materiam. v. Luxuria q. 7.

L U X U R I A.

Quæs.

1 Quid sit, & quæ ejus species? At, ad primum Luxuria est virtutum oppositum castitati per excessum. Fili. Vnde ad 2. species luxuriæ sunt sex, scilicet Fornicatio, Adulterium, Incestus, Stuprum, Rapto, Peccatum contra naturam, & Sacrilegium. Rem. i. fol. 259. q. 1.

2 Quid sit Castitas, & quotplex? Castitas est virtus moderativa voluptatum carnis. Fili. Et est triplices, virginalis, quæ excludit omnem copulam carnalem; conjugalis, qua quis ab alia copula

- copula se abstinet; & vidualis, qua quis post licitam, vel illicitem copulam, ab alia se abstinet. *Azo.* Item ex *Fili.* alia est perfecta, quae dicitur virginalis, & prohibet omnes carnis voluptates; alia imperfecta, quae illicita tantum prohibet, & licetis moderatè utitur. *Ren.q.2.*
- 3 Quid sit Virginitas? *R.* virginitas est virtus integratem carnis, & immunitatem à contagio libidinis *per persuasione* tueri intendens, ex *D.Aug.* Hinc ut virginitas sit specialis virtus, voto firmari debet. *Ren.q.3.*
- 4 An virginitas, quae est virtus amittatur per voluntariam pollutionem, vel deliberatum actum, quo desideratur copula carnalis, vel pollutio? *R.* ad primum aff. qua pollutio est contra propositum immunitatis à contagio: nec refert, quod sequatur sine amissione integratatis corporalis, quia hæ spectat tantum ad virginitatem naturalem. *Sot.Caje.D.Tbo.* *Ren.q.4.* contra *Majo.* Hinc patet ad 2.
- 5 An virginitas prior virtus amitti possit sine peccato? *R.* aff. quia de facto virgo per copulam matrimonialem amittit virginitatem virtutis absque peccato. *Azo.Ren.q.5.* contra *D.Tbo.* & *Caje.*
- 6 An possit consecrari virgo, quæ voluntariam pollutionem sine amissione integratatis est passa? *R.* aff. quia Ecclesia non intendit virginitatem virtutis, cum consecrat. *Pelliz.Sa.¶c.* Imò & consecrari potest si vi occulte sit amissa integratitas corporalis. *Fili.Pelliz.¶c.* Quod si voluntarie, peccabit Monialis se consecrando sine dispensatione, si hanc sine infamia ab Episcopo obtainere potest. *Fili.Sua.Tamb.Ren.q.6.¶c.*
- 7 An in luxuria detur parvitas materiæ? *R.* neg. nam sicut complacentia quamvis modica de furto, homicidio, blasphemia, &c. semper est mortalis, quia versatur circa obiectum de se grave: ita, &c. Tum quia inchoatio actus inmortalis est mortalis: sed talis est delectatio venerea, quantumvis minima: ergo, &c. *Dia.Pala.San.Ren.q.7.¶c.* contra *Bon.* *Sot.Sala.Miran.* &c. illam admittentes etiam in re venerea, præciso pollutionis periculo: quorum opinio à *Vercelli* reputatur erronea, scandalosa, temeraria, periculosa, &c.
- 8 An osculum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis, sit peccatum mortale? *R.* aff. quia sensualitas non casta, qualis est illa in casu (casta enim in eodem casu non interdicitur) non distinguitur à luxuria, & re venerea; sed in horum ma.

materia non datur parvitas: ergo,&c. *Cara.Ren.q.8.* contra *Pa-
la.Tamb.Hurc.Syl.* &c. quarum opinio damnata est ab Alex.
VII.prop.40.

LUVURIA SIMPLICIS FORNICATIONIS. Quæres.

- 2 **Q**uid, & quotuplex sit fornicatio? R. fornicatio est illicitus concubitus naturalis soluti cum soluta, *non virgine*; nam tunc dicitur stuprum. Vnde ad 2. duplex est fornicatio; alia habet concubitum vagum, modò cum una, modò cum alia, & dicitur simplex; alia è contrà, & dicitur concubinatus, qui est retentio mulieris affectu maritali in propria, vel aliena domo. *Ren.tom.1.fol.262.q.1.*
- 3 An fornicatio sit mala in se, vel quia prohibita? R. esse prohibitam, quia malam per legem naturalem prohibentem incertam, & malam educationem prolis, & nolentem prolein privari jure exigendi debitam educationem. *D.Tho.Scot.&c.* Nec valet dicere, adesse Xenodochia, vel posse in casu particulari prolein benè educari, & sic in casu particulari licitam esse fornicationem: Non valet inquam; quia id, quod cadit sub legis determinatione judicatur secundum id, quod communiter accidit, & non secundum id, quod in aliquo casu accidere potest. Tum quia non cessat lex in casu particulari; & adhuc hoc permisso, tunc tantum cessat, quando cessat finis adæquatus, quod non est in casu, cum in fine prohibitionis fornicationis attendatur etiam, ut matrimonia manuteneantur, & consequatur utilitas, & securitas foeminarum, & virorum, quæ omnia præveniri non possunt. Est contra *Dura.* &c. quorum opinio damnata est ab Innoc. *XI.prop.48. Ren.q.2.*
- 3 An sit fornicatio copulam habere cum alterius sponsa? R. esse fornicationem cum sponsa de futuro: adulterium vero cum sponsa de præsenti; quia cum hac tantum est matrimonium, ratum quidem, licet non consummatum. *Azo.Fag.Ren.q.3.*
- 4 An aliquando fornicatio non sit peccaminosa ob invincibilem ignorantiā? R. affl. apud rudes, & agrestes, qui vident permititi meretrices; quia in his tantum potest dari ignorantiā invincibilis (etiam per totum vitæ tempus) conclusionum, quæ ex principiis universalissimis juris naturalis deducuntur, ut plurimas uxorum, &c. *Fag.Tamb.Ren.q.4.* &c. contra *Syl.Nev.* absolute negantes.
- 5 An inter conjuges possit esse peccatum simplicis fornicationis?

- ¶. aff. si non servent debitum sicutum , si coeant tempore menstrui , quae sunt venialia ex se : item si cum periculo effusionis extra vas coeant: aut petant, vel reddant, quando eis non licet, quae sunt mortalia ; & denique si coeundo ad alios cogitent, quod non excusat à mortali. *Ren. q. 5.*
- 6 An sit peccatum fornicationis inter conjuges uti copula ad finem sanitatis tuenda, vel ex fine tantum delectationis in ea? aff. & veniale dumtaxat; quia minus principaliter copula est instituta ad remedium concupiscentiae: ergo, &c. *Azo. San. Ren. q. 6.* contra *Dia.* excludentem omne peccatum: Imò dicitur cum *Tamb.* veniale tantum esse , et si expressè excludatur in concubitu finis prolis multiplicandæ ; & nullum esse, si justa adsit causa id optandi , motivo scilicet, paupertatis , &c. quia adsunt alii fines , quibus copula cohonestari potest . *San.*
- 7 An uti copula diebus festis, vel tempore communionis , sit saltem veniale fornicationis? & ad primum neg. quia diebus festis tantum servilia prohibentur , nec finis prohibitionis cadit sub præcepto. *Azo. Fag.* contra *D.Tbo.* Vnde ad 2. R. aff. si copula sit ob puram delectationem intenta; quia tunc est venialiter mala: ergo, &c. *San. Ren. q. 7.*
- 8 Quando sit peccatum fornicationis reddere , & petere debitum inter conjuges ? & quando quis incestum committit cum consanguinea sue uxoris usque ad 2. gradum , semine intra vas naturale emiso , vel consentit ut alter conjux incestum committat, non potest petere, potest tamen reddere ex cap. 1. de eo, qui cognoscit consanguineam ; Item interdictum petitio ratione cognationis spiritualis , præcisa necessitate , vel ignorantia , cap. si vir de cognatione spirituali. Denique prohibitur petitio, non autem redditio ratione voti simplicis castitatis ante matrimonium emisi , vel post consumatum sine conjugis licentia. Rat. primi; quia fortius est vinculum matrimonii : ergo suspenditur obligatio voti matrimonio contraria; ut est debiti reddito, non petitio. *San. 2.* colligitur ex cap. quidam de conversatio conjugum; ubi afferitur, votum illud valere quoad partem, quae non obstat matrimonio , quae est non petitio : ergo ad non pertendum tantum tenetur. *San. Ren. q. 8.*
- 9 An ratione voti non contrahendi matrimonium , impediatur quis reddere , & petere ? Casus procedit, quando vovens non distinguit inter contractum , & consumationem ; si enim vovit non contrahere tantum, non peccat consumando , non sic si utrumque intendit . & igitur , sic voventem post consumatum ma,

matrimonium posse petere ; quia licet peccaverit contrahendo,
non tamen amplius tenetur voto ergo, &c. *San. Ren. q. 9.*

10 An ratione voti simplicis Religionis impediatur quis reddere,
& petere debitum ? Ex dictis quæst. 8. videtur respondendum
aff. sed &c. neg. quia vovens aliquem statum , non se obligat ad
illius leges, donec illum statum recipia assumat, ut erga officium
patet in vovente Ordines sacros: ergo, &c. Non sic procedit in
voto castitatis , quod importat privationem petendi debitum,
qua non tollitur per subsequens matrimonium consumatum.
Azo. Ren. q. 10.

11 An committat duplex peccatum adstrictus voto castitatis ,
unum contrahendo, aliud consumando matrimonium, etiam si
tantum reddat ? &c. neg. quia ex Extrav. Joan. XXII. promotus
quis ad Ordines sacros post matrimonium ratum , non tenetur
Religionem ingredi , licet possit castitatem promissam ingre-
diens Religionem observare : ergo neque tenetur Religionem
ingredi, qui post votum castitatis , matrimonium contraxit, &
non dum consumavit. *San. Ren. q. 11. contra D. Tbo.* Idem dicen-
dum de eo , qui post matrimonium ratum , votum castitatis
emisit , non peccare scilicet , reddendo , & consumando . *San.*
Hinc sequitur, petentem duplex peccatum committere ex di-
ctis supra.

12 An sit licitum conjugi innocentii petere , & reddere debitum
conjugi adultero. Supponendum est, conjugem adulterum ha-
bere jus petendi debitum ab innocentio , si hic nesciat adulte-
rium, quia poenam à seipso subire non debet : immo etiam si in-
nocens sciat , & sciendo censeatur remisisse injuriam . &c. nunc
neg. si adulterium sit publicum ex cap. *sicut crudelis* 32. q. 7.
Rat. est scandalum . Vnde innocens dimittere debet nocentem,
si hic sit uxor , nec adsit periculum incontinentiae . *San. Azo.*
Quod si adulterium non sit publicum , potest innocens petere,
& reddere , quia cedere potest juri suo , & scandalum cessat .
Ren. q. 12.

13 In quo casu etiam in adulterio teneatur conjux innocens red-
dere debitum ? &c. teneri in casu , quo conjux innocens post
adulterium alterius conjugis ipse quoque in adulterium inci-
derit. 1. in casu, quo uxor ex consensu viri tacito, vel expresso
adulteretur. 2. si maritus post adulterium cognovit uxorem ;
quia innocens per signa externa, confabulationem scilicet, vel
risum, immo etiam mente (nisi aliud in oppositum explicit) re-
mittere potest talam poenam. *Tamb. Ren. q. 13.*

- 14 An peccet maritus , qui copula incepta , deficit à seminando , præciso tamen pollutionis periculo , quando uxor jam seminavit , vel è contrà ? *R.* ad primum aff. Rat. quia sicuti est peccatum uxorem provocare ad pollutionem , frustrato fine generationis , ita illam copula provocare ad seminandum viro non seminarante . *Tamb.* Vnde ad 2. *R.* neg. quia senen uxoris non deservit ad generationem . *Res. q. 14.* in quo casu ob eandem rationem potest uxor immediate post , tactibus se excitare ad pollutionem . *Bon. Fag. Sar. contra Dia. Cara.* Ex quo deducitur id non posse virum . *Dia.* contrariam Baucii male olere apud S. C. Indicis attestans .
- 15 An sicut potest uxor in easu prædicto tactibus se excitare ad seminandum , ita possit mulier fornicans ? *R.* neg. sine novo peccato mollitiei , quia ad integrum copulam , sola uxor licet jus habet: ergo , &c. *Dia. De Janu.* contra *Cara.*
- 16 Quid sit concubinatus , & quæ conditions ad illum requirantur ? *R.* ad primum concubinatus est retentio mulieris affectu maritali in propria , vel aliena domo . Vnde ad 2. de jure Canonico requiritur prima ad concubinatum consuetudo peccandi . 2. animus perseverandi . 3. requiritur facilis , & liber accessus ad mulierem . *Veric.* Denique ex cap. si cum pridem de renunciatione , & ex *Trid. sess. 24.c. 8.* domi suæ propriæ , vel alienæ debet concubinarius concubinam detinere . *Res. q. 16.*
- 17 Quot copulæ requirantur , ut possit dici quis concubinarius ? *R.* requiri tres , aut quatuor ; dummodò non eodem die occurrant , & adsit animus , &c. nam his concurrentibus , tres , aut quatuor actus inducunt consuetudinem requisitam ad concubinatum . *Azo. Velicel.* *Res. q. 17.* contra *Say. Nav.* unum actum requirentes .
- 18 An ad concubinatum requiratur , quod concubinarii sint soluti ? *R.* de jure Canonico (quidquid sit de civili) concubinati dicuntur , sive copula sit inter conjugatos , vel solutos , vel voto adstrictos , sive consanguineos ex *Trid. cit. cap. 13.* *Res. q. 18.* contra *Fari. & Fag.* exigentes fœminam solutam .
- 19 An sit absolvendus publicus concubinarius , antequam concubinam è domo ejiciat ? *R.* neg. si retentio sit voluntaria , & occasio proxima peccandi : Secus è contra , ut quando sine infamia , "gravi incommodo , &c. concubina diuitti non potest . Rat. primi; quia tunc deficit propositum , & sic dolor ergo , &c. Rat. 2. quia tunc retentio non est peccaminosa . *Bon. Fili.* *Res. q. 19.* &c.

20 Quas

20. Quas poenas incurrit cncubinarii publici, qui scilicet confelli sunt in iudicio delictum, vel sunt convicti per sententiam, vel per publicitatem facti delictum celare non possunt? & posse post trinam monitionem ab Episcopo excommunicari, si sint seculares, ex Trid. cit. contra Fag. Say. &c. Si verò Ecclesiastici post primam monitionem privantur tertia parte fructuum Beneficii: quod si perseveraverint, suspendi possunt, vel à beneficiis, vel ab Ordine, & si sic suspensi non resipuerint, beneficiis, Officiis, pensionibus perpetuo priventur, & tandem ex-communicatione plectantur, videlicet per sententiam. Fag. contra Azo. à qua tamen appellare non possunt; quia Trid. dicit, suspendantur, excommunicatione feriendos esse, &c. nec quævis appellatio, aut exemptio praeditam executionem impedit, aut suspendat. Ren. q. 20.

LUXURIA STUPRI. . Quare.

1. **Q**uid sit stuprum? &c. esse puellæ virginis deflorationem per fractionem claustrum virginakis. Dicitur, per fractionem, &c. quia etsi sōmen fit intra vas emissum, non dicitur stuprum, si absque fractione carnis id accidat, quod contingere potest. Ren. tom. 1. fol. 271. q. 1.
2. An sit stuprum, si virgo consentiat, & consequenter habeat malitiam distinctam, à simplici fornicatione? &c. aff. sive puerilla sit in potestate parentum, sive non; quia virgo non potest sīgnaculo illo renunciare, cum non sit ejus domina, nisi ad usus licitos. Tum quia percutiens Clericum consentientem, incurrit excommunicationem: ergo, &c. Bon. Fili. Azo. Ren. q. 2. contra San. Sot. Fag. &c.
3. An delectatio morosa in virginem sit peccatum stupri, expri- mendum in confessione? &c. neg. si delectatio conjunctam non habeat intentionem violandi claustrum, quia in ea violatione consistit stuprum, & actus specificatur ab obiecto. Ren. q. 3. contra Azo. Hinc delectationes morose sunt ejusdem speciei: si delectatio sīstat in re venerea tantum, & ad obiectum non sit ordinata reduplicative, e. g. ad conjugatam, ut conjugatam, nec se extendat ad executionis desiderium. Pala.
4. Quas poenas incurrit stuprator? &c. de jure Canonicō tenetur stuprator in foro externo, vel puellam ducere, vel dotare, si non sit æqualis conditionis, sive ipsa consentiente, stupraverit, sive non. Less. immo etsi eam corruptam invenerit. Fag. Præter 2.

poenam, Clericus incurrit poenam depositionis à Judice Ecclesiastico infligendam. *Ax.* non autem à seculari; hic enim solum stupratorem secularē cognoscere potest, & ipse solus, & hoc ex consuetudine, sive interim virgo consenserit, sive non (dummodo ex *Fag.* non consenserit sub spe futuri matrimonii; nam tunc ad Ecclesiasticum spectat.) De jure namque stuprum virginis consentientis est mixti fori; secularis vero tantum, si virgo non consenserit. *Fas. Ren. q. 4.*

- 5 An has penas debeat stuprator in conscientia? *R.* primū ad nihil teneri stupratorem, si delictum sit occultum, & virgo æque bene nupsit: qua aperitio claustrī est alterius ordinis, & malum irreparabile, & dōs data à parentibus danda erat. *Ren. q. 5. R. 2.* teneri stupratorem in conscientia, si matrimonium promisit; ut patet. *R. 3.* si virgo æquè bene non nupsit, & stuprator ei matrimonium non promisit, tenetur in conscientia eani ducere, vel dotare, si vi, vel fraude eam defloravit: Secus si ipsa consentiente; quia volenti, & consentienti nulla sit injuria. *Leff.*
- 6 An stuprator teneatur copulatiæ, vel disiunctiæ ad eam descendam, vel dotandam? *R.* ad utrumque teneri in foro externo, si puella, & pater consentiant in matrimonium; nisi dispar sit utriusque conditio, ex cap. 1. & 2. de adulteriis. *Affidus contra Lay. Iul. Clas.* Secus in foro conscientiæ, etiam interveniente vi, vel fraude; quia damnum, ad quod tenetur stuprator, sufficienter reparatur, sive dote, sive matrimonio. *Affid. Nav. Leff. &c.*
- 7 An sit in potestate puellæ defloratæ petere dotem, vel matrimonium; idem queritur de stupratore? Causus procedit, quando virgo vi deflorata fuit sine promissione matrimonii, & ipsa dissentiente, nec est dispar conditio. *R.* optionem in utroque casu esse penes puellam defloratam dumtaxat; quia hæc passa est injuriam, & stuprator hanc intulit: ergo, &c. Tum quia optio impossibilis est respectu utriusque, ut contra *Leff.* & *Tamb.* docent *Ax. Fag.* & *Ren. q. 7.*
- 8 An deflorator, qui matrimonium promisit, ad hoc teneatur, si priori voto castitatis impediatur? *R.* aff. sive defloratæ notum fuerit votum, sive non. *Rat.* primū quia potuit tunc foemina putare de illo voto, ut solet, fore ut peteretur dispensatio ergo, &c. *Rat. 2.* quia obligatio matrimonii oritur ex justitia: ergo, &c. *Ren. q. 8. Tamb.* contra *San.* negantem, si puella novit votum, & contra *Nav. Lay. Rodri. &c.* absoluere negantes.
- 9 An in casu positivo petenda sit dispensatio à defloratore, qui voto

caſtitatis eſt adſtrictus? *N.* aff. non ad contrahendum, ſed ad debitum petendum, quod non potest, ratione voti non ablati, ſed ſuſpensi; & hoc in favorem pueræ tantum, cui promiſſio matrimonii facta eſt, undē hæc tantum petere potest debitum, non autem vir. Hinc ſi poſt mortem pueræ, vellet aliam duce-re, indigeret diſpenſatione; quia votum non fuit ablatum, ſed ſuſpensum, cujuſ ratio eſt; quia votum utpote debilius vinculum, eſtit matrimonio, ne hoc impediretur, ad quod ſufficit tantum ſuſpensiō ipsius. *Leſſ. T amb. Ren. q. 9.*

10 An ſi vir pueram ſolum tactibus impudicis tetigit ſub promiſſione matrimonii, ad hoc teneatur? *N.* aff. ſi promiſſio ſit facta ſolis tactibus, ſive publicis, ſive ſecretis, niſi diſpar ſit conditio; quia ratione contractus obligatur promittens: Secus ſi fuerit facta tactibus, ſive publicis, ſive ſecretis, & etiam copulæ, & hæc non fuerit ſecuta. Verum teneretur ad dannum ſecutum, ex oſculiſ publicis, e. g. *T amb. Ren. q. 10.* & patent.

11 An virginī ſpontē conſentienti teneatur ſtuprator ad flogem, vel matrimonium, ſi hoc, & illam promiſit? *B.* ad utrumque teneri ratione contractus ultrò, citròque obligatorii, præcifa-tamen diſparitate, vel alia cauſa excufante; ut ſi ſuperveniret impediſſementum dirimens, cujuſ diſpenſatio obtineri non poſſet: Si mulier poſtea cum alio fornicata fuerit: ſi ſe virginem finxit: ſi magnum ſeandalum ex matrimonio timeretur; & de-nique ſi fit magna diſparitas, non ſolum nobilitatis, ſed etiam opulentiae. *T amb. Dia. Ren. q. 11.*

12 Si puerla non inveniatur virgo, & ei ut tali, vel quas commu-niter talis æſtimabatur, ſit facta promiſſio, an, &c. *N.* ad nihil teneri ſtupratorem, ſi puerla voluntariè conſentit; quia promiſſio fuit conditionata, & puerla defloratorem decepit: ergo, &c. *Leſſ.* Idem dicendum, cum puerla de virginitate interro-gata, tacuit; quia promiſſio intelligitur facta ſecundum conſe-tudinem non ducendi corruptas. *Leſſ. Fag.* Aliter diſcurren-dum eſt, ſi facta promiſſione per vim, & metum extorquere-tur copula; quia tunc ſi non ratione promiſſionis, ſaltem ratio-ne injuriæ in fama (ſi factum non fuerit occultum, & fama non amissa culpa pueræ) teneretur. *Say. Ren. q. 12.*

13 An qui defloravit virginem ſicut promittendo dotem, vel ma-trimonium, teneatur ad illa in conſcientia? *N.* neg. ſi puerla-advertit ad deceptionem, vel advertere poterat; ut ſi fit valde inſeroris conditionis, ſed tantum teneri ad aliqualem dotem, ratione danni ſecuti. Teneretur tamen ad id, quod promiſit, ſi

puella non potuit advertere , & matrimonium sit aequalis conditionis , vel paulo inferius . Rat. primi ; quia tunc puella non præsumitur seducta : ergo , &c. Rat. 2. quia id promittenti debetur in poenam factæ promissionis . *Say. Ren.q. 13. contra Praepos.* negantem teneri *ad matrimonium* factè promissum .

14 An stuprator teneatur ad dotem , vel nuptias , si stuprata post stuprum bene & commodè nupsit , vel Monasterium ingressa est ? *R.* ad primum aff. si de illis in defloratione intercessit pactum ; si autem per vim fuit stuprata , tunc licet , ut dictum est , dos , vel nuptiae debeantur ; tamen si æquè bene nupsit , nec dos , nec nuptiae debentur ; quia hæc eo casu debentur ratione damni illati : sed si æquè bene nupsit , nullum fuit secutum damnum : ergo , &c. *Less. Ako. Fili. Et c. contra Affid. Med.* absolutè affirmantes . Vnde ad 2. *R.* neg. maximè si puella fiat Monialis ; quia sic nullum patitur damnum . Tum quia post deflorationem , & mortem puellæ nihil parentibus debetur : ergo , &c. *Ren.q. 14.*

15 An stuprator teneatur in conscientia ducere stupratam , cui matrimonium promisit , si ista cum alio postea fuerit fornicata ? *R.* neg. quia ob fornicationem potest quis recedere à prioribus sponsalibus : ergo à fortiori , &c. *San. Less. Fag. Ren.q. 15. Et c. Iud.* nec damnum ex defloratione restituere tenetur ; quia non teneatur ad matrimonium (per quod illud compensare poterat) ergo , &c. *San.* contra *Ako.* absolutè affirmantem , & contra *Nov.* affirmantem in casu vis , & fraudis .

16 An deflorator teneatur ad has poenas , si deflorata illas remisit *R.* neque puellæ , neque Patri teneri (si illa sit sub Patris potestate) Primum probatur per 2. quia parentes non habent jus in signaculum , & famam puellæ , nisi dependenter ab illius voluntate ; nam potest hæc nubere inferiori contra Patris voluntatem , in quo casu , nec puellæ , nec parentibus maritus deberet aliquid restituere : ergo per accidens , & indirectè irrogatur injuria parentibus : ergo non oritur obligatio in conscientia . *Bon. Less. Dia. Ren.q. 16. contra Affid. D. Tbo. Caje. Et c.* dicentes teneri ad aliquid parentibus .

17 An deflorator teneatur virginem dotare , vel ducere ante Judicis sententiam ? *R.* aff. si tenetur tantum ex promissione , quia scilicet virgo , stante ipsa , consenserit . Rat. est contractus ex sua natura obligatorius : quod si teneretur in poenam , quia scilicet , vi , & fraude eam defloravit , tunc non teneretur ante judicis sententiam , cum commune sit apud omnes , neminem teneri ante

ante Judicis sententiam ad pœnam positivam , qualis est supra-dicta (quod de negativa , seu privativa loquendo sic opinantur etiam *De Janu.* & *Sos.* contra *Vasq.* & *Pala.* quorum rat. est; quia nemo tenetur sibi damnum inferre.) *Ren. q. 17.*

18 Si virgo fuerit solis precibus, & importunis blanditiis, vel munieribus deflorata, an, &c. *B.* neg. nisi cum supradictis uniretur etiam metus aliquis saltem reverentialis . Rat. primi ; quia virgo , ut amplius non vexetur , consentit : ergo voluntarium potius augetur: ergo, &c. *Bon.* &c. contra *Nav.* *Affid.* *Med.* &c. Rat. 2. quia tunc adesset involuntarium: ergo, &c. *Bon.* *Dia.* *Afid.* &c. *Ren. q. 18.*

LUXURIA ADULTERII. Quæres.

1 **Q** Vid, & quotuplex sit? *B.* ad primum Adulterium est alieni thori violatio. *Gelas.* *Papa.* Vnde ad 2. triplex est adulterium , vel conjugati cum soluta , vel solutæ cum conjugato , vel conjugati cum conjugata. *Ren. som. 1. fol. 278. q. 1.*

2 An adulterium conjugati cum conjugata sit duplex peccatum necessariò confitendum? Supponendum est, adulterium ex parte foeminæ dumtaxat, gravius esse peccatum, quam adulterium ex parte viri dumtaxat ; quia illud per seminum commixtionem, generatione in impeditur; irrogat injuriam proli legitimæ; facit contra bonam educationem prolis, &c. nec fuit permissum in lege veteri, & per leges civiles punitur: Secus 2. Hoc supposito . *B.* ad dubium aff. quia violatur fides duorum matrimoniorum: ergo est duplex peccatum: sicut si quis eodem i&t duos percuteret. *Fag. de Lugo.* *Ren. q. 2. &c.* contra *S. Guimenium,* &c.

3 An per copulam sodomiticanæ alterius conjugis committatur adulterium? *B.* aff. sive ea habita sit cum soluto, vel soluta , si-
ve cum propria uxore; quia violatur fides conjugalis per quemcumque actum venereum , cui cedere conjux per consensum in sodomitiam non potest , cum etiam per eam fiat injuria statui matrimoniali. *San. Azo.* *Tamb.* &c. contra *Macbadum* loquendo de sodomia cum propria uxore: in quo casu non sufficit in confessione dicere ; peccavi contra naturam. cum conjugata , vel cum conjugata consentiente altero conjuge, non explicata persona conjugis; quia sic vel explicatur injuria alterius conjugis, præter confidentem, vel consensus alieni viri : quæ omnia non sunt vera. *San. Tamb.* *Ren. q. 3.*

4 An sit adulterium accessus ad sponsam alterius ? *B.* esse adulterium,

rium, si sponsa sit de præsenti, necessariè aperiendum in confessione: fornicationem verò si accessus sit ad sponsam de futuro; quia per matrimonium ratum acquirit sponsus jus in sponsam, non per sponsalia tantum: ergo, &c. *Fag. T. amb.* An autem haec circumstantia sit aperienda? *R. cum Ren. q. 4. neg.* quia non est adulterium: ergo non mutat speciem: ergo, &c. *Vival.* *Covarrù.* &c. contra *San.* affirmantem ex parte sponsæ, non sponsi de futuro.

- 5 An sit peccatum adulterii in conjugatis delectatio morosa de obiecto libidinoso? *R. neg.* quia in matrimonio traditur jus in corpus, non in mentem conjugis; est enim mutua corporum traditio: ergo, &c. *Lug. Hurr. Guimenes. Ren. q. 5.* &c. contra *Bon. Vafq. &c.*
- 6 Quas poenas incurvant adulteri? *R. nostris temporibus, lege ci-vili adulteri puniuntur poena mortis, l. quamvis in fine, Cod. ad legem Iuliam de adulteriis.* Insuper poena infamiae, ex *I. 2. S. milles, ff. de bis, qui notantur infamia.* Jure autem Canonico, adulteri excommunicantur, cap. *inselexximus de adulter.* Denique in foro conscientiae adulteri amittit jus petendi debitum, quam poenam non incurrit, nisi à Judice, vel conjugi ei infligatur. Vnde si conjugi ianocenti non sit notum adulterium, potest alter petere debitum: quia non censetur innocens velle infligere poenam, quam ignorat: quod si sit notum, potest quidem petere amicabiliter, sed non juridicè. *San. Ren. q. 6.*
- 7 Ad quid teneatur adultera, quæ ex adulterio filium concepit, ne noceat veris filiis? *R. teneri resarcire damnum filiorum mariti per bona extradotalia, si habet: si verò non, tenetur filium spurium ad Religionem dirigere;* & si id non potest, non teneatur se prodere cum periculo vitæ, infamiae, &c. quia de duobus malis minus est eligendum. Hinc tenetur adulteri ad damnationem illata marito, & filiis legitimis, si tenetur ipsa adultera. *Soy. Vafq. Less. Ren. q. 7.*
- 8 An adulteri teneatur restituere damna hospitali, cui commisit educandam prolem spuriam? *R. neg.* sive sit dives, contra *Less. & Nova.* sive pauper; quia hospitalia, ex *Ren. q. 3.* sunt instituta non solum ad subveniendum pauperibus, sed etiam divitibus, præcavendo infamiam, abortum, &c.



LUXURIA INCESTU S.

Quares.

- Q**uid sit, & quotplex? si incestus est congressus cum consanguinea, vel affine intra gradus prohibitos; hoc est, utique ad 4. gradum, inter consanguineos, vel affines ex copula licita; & inter affines ex illicita usque ad 2. Vnde ad 2. incestus, alius est ex consanguinitate; alius ex affinitate; & hic vel ex copula licita, ut cum quis cognoscit consanguineam uxoris intra 4. gradum; vel illicita, ut cum cognoscit matrem, & postea filiam, aut duas sorores, consobrinas, aut aviam, & neptem, aut eam, quam pater, aut frater, aut avus, aut consobrinus antea cognoverat. *Ren. tom. 1. fol. 281-q. 1.*
- 2.** An incestus in gradu consanguinitatis differat specie ab incestu in gradu affinitatis? R. aff. quia vinculum consanguinitatis est naturale, & intrinsecum, affinitatis vero est voluntarium, & extrinsecum, cum impositum fuerit ex voluntate, & pracepto Ecclesiæ. *Leff. Fag. Ren. q. 2. contra D. Tho. Dia. Cara. &c.*
- 3.** An gradus consanguinitatis specie differant inter se; & idem queritur de gradibus affinitatis? R. ad primum. Primum gradum consanguinitatis, sive in recta, sive transversali linea specie differre ab aliis. Alios vero inter se usque ad 4. gradum nequaquam; quia in eo primo gradu consanguinitatis de jure naturæ est irritum matrimonium, non sic in cæteris. *Ren. q. 3. contra Tamb. etiam primum negantem.* Vnde ad 2. gradus affinitatis ortæ ex copula illicita, sive in recta, sive in transversa linea, non distinguuntur inter se; idem dicendum de licita. Rat. primi; quia affinitas orta ex copula illicita est jure tantum Ecclesiastico inventa; unde jure naturæ non irritatur matrimonium inter eos affines. Est certum. Rat. 2. (loquendo de linea recta) quia in primo gradu consanguinitatis in linea recta est irritum matrimonium jure naturæ ob reverentiam debitam parentibus ratione superioritatis, ortum ex esse naturali, & naturali generatione; quod non verificatur in privigno, e. g. respectu novercæ: ergo, &c. Hinc constat de linea transversa; nam si in linea recta non est irritum matrimonium in primo gradu affinitatis: ergo à fortiori, &c. Tum quia Adonias filius David petiit Abisac sumamitidem in uxorem, quæ quidem fuerat uxor Davidis. Item Jacob habuit duas sorores in uxores. Et denique Julius II. dispensavit, ut Henricus VIII. nuberet Catharinam Reginam Angliae, quæ antea nupta erat
- Eduar-

- Eduardo ejus fratri. *San.* & *Fag.* contra *Fili.* & alios distinguen-
tes primum gradum à secundō. *Ren.* q. 3.
- 4 An copula habita cum consanguinea uxoris , matrimonio tan-
tum rato, sit incestus ? *R.* neg. quia ad incestum prærequisitur
seminatio intrà vas ; incestus enim esse non potest sine affinitate,
vel consanguinitatē, quæ contrahi nequit nisi per sanguinis
commixtionem: ergo matrimonio consumato , & non tantum
rato: ergo, &c. *Fag.* *Ren.* q. 4.
- 5 An sit incestus peccare contra naturam cum consanguineis,
vel affinibus in gradu prohibito ? *R.* neg. quia in incestu re-
quiritur sanguinis commixtio , & sic seminis emissio intrà vas
naturale. ergo, &c. *Dia.* *De Janu.* *Ren.* q. 5. &c. contra *Fili.* &
Caje. dicentes esse incestum quoad malitiam , non verò in or-
dine ad poenas, aut ad impediendum matrimonium .
- 6 An copula habita cum cognatis cognitione spirituali, vel lega-
li, sit incestus? *R.* neg. ex se, licet possit dici incestus ex legē
humana, quatenus copula est cum ea, cum qua non potest con-
trahi matrimonium. *Rat.* est ; quia Ecclesia non prohibuit ta-
lem conjunctionem ex virtute pietatis, sicut fecit cum coga-
nis, & affinibus, sed ex virtute Religionis, quia est irreverentia
Sacramento: ergo non est incestus , sed sacrilegiam explican-
dum in confessione. *Pon.* *Tamb.* *Azo.* *Ren.* q. 6.
- 7 An committat verum incestum confessarius copulam habens
cum filia spirituali? *R.* neg. licet ex *Ren.* q. 7. *San.* &c. contra
Bona. exprimere debeat in confessione hanç circumstantiam,
ob speciem malitiam sacrilegii. *Rat.* est; quia licet confess-
arius sit Pater spiritualis, nullam tamen cum filia spirituali co-
gnationem spiritualem contrahit , utpote quæ tantum in Bap-
tismo, & Confirmatione contrahitur. *Azo.* *Fili.* *Bon.* &c. contra
De Janu. dicentem esse incestum spiritualem .
- 8 Quam poenam incurrat conjux incestuosus in gradu affinitatis,
(in gradu enim consanguinitatis nullam poenam incurrit ex
San.) *R.* incursero poenam privationis petendi debitum tan-
tum, & hoc usque ad 2. gradum. *Rat.* primi; quia per copulam
fit affinis uxori , & sic impeditur inter eos matrimonium , si
non esset contractum : ergo cum iam reperiatur contractum,
faciet quod potest, ergo, &c. *San.* *Nav.* *Tamb.* *Rat.* 2. quia affi-
nitatis post Trident. non impedit matrimonium nisi usque ad 2.
gradum: ergo ita discurrendum de debiti petitione, cum copu-
la sit matrimonio accessoria: ergo, &c. *Dia.* *Nav.* *San.* contra
Joan. & *S. Thoma* extendentem usque ad 4. *Ren.* q. 8.

LVXVRIA RAPTUS.

Quæres.

- 1** **O** Vid sit Raptus? Ante responsonem. Nota, raptum multipliciter definiri poenes multiplicitatē, & varietatem acceptōrum, & poenarum, ex variis p̄ribus ipsi correspondentiū; &c. nunc. Raptus jure ciyili, est violenta abductio honestæ fæminæ de loco ad locum causa libidinis explendæ: Jure autem Canon, est violentia illata alicui Personæ, vel ejus Parentibus causa libidinis explendæ. Denique jure novo Trid. sess. 2.4. de refor. est violenta abductio fæminæ de loco ad locum causa matrimonii ineundi. Per ly *violentia illata*, secundæ definitionis, differt ipsa à prima, & tertia; quia harum viجوꝝ requiritur abductio de loco ad locum duumtaxat. Per ly *vel ejus parentibus*, differt à tertia, & convenit eam prima; nam jure Trid. si fæmina consentiat, dissentientibus Parentibus (intellige causa matrimonii ineundi) non est raptus, nec raptor ipius poenis subjacet; quia Concilium intendit libertati matrimonii favere. Per ly *alicui Personæ*, differt à prima, quia ly *Persona* respicit fæminam etiam in honestam: Imò etiam virum; ut si fæmina rapiat virum quod non verificatur in prima, & tertia definitione. Vnde per id differt etiam à tertia. Per ly denique *causa libidinis explendæ*, differt à tertia, & convenit cum prima; nam etiam si non sit causa matrimonii ineundi, vel consummandi erit raptus, quod non verificatur in 3. San. Ren. tom. 1. fol. 285. q. 1.
- 2** An si quis rapiat fæminam, ut cum alio matrimonium ipçat, dicatur verè raptum committere? &c. neg. de jure Trid. et si raptor ex proprio motu hoc faciat: quod si ad alterius instantiam fecisset, esset raptus ex parte mandantis, non ex parte mandatarii; licet hic incurreret excommunicationem, & alias poenas contra auxiliantes à Trid. impositas: hoc ultimum cogitat ex verbis Trid. loc. cit. Et *nibilaminus*, &c. Probatur primum, quia ex Trid. requiritur, ut raptus sit causa matrimonii ineundi, & rapiens in casu ad hunc finem non rapit. Vnde constat 2. Ex quo infertur, rapientem posse cum rapta matrimonium contrahere, nec teneretur illam prius in tuto poneret: Duxi, jure Trid. nam jure Canon, & Civili, rapiens in casu, verè diceretur raptor; quia haec jura non requirunt, ut quis rapiat ad finem matrimonii. San. Fag. Ren. q. 2. &c.
- 3** Au dicatur Raptor, qui fæminam causa matrimonii, vel libidi-

nis, conatus sit abducere, & non potuit; vel qui abduxit, & postea in ipso itinere resipiscit, & reducit ad locum pristinum? **R.** de jure Canon. esse raptum in utroque casu ex ejus definitione; quia tunc raptor violentiam intulit. De jure vero Trid. in primo casu non esse raptorem. Secus in 2. Rat. utriusque quia sit vel non, abductio de loco ad locum. Denique de jure civili, in primo casu, nec esse raptorem, dicimus cum San. ex eademia ratione, per quam patet etiam 2. quia jam abduxit. **Ren. q.3.**

A. An abductio sponsæ facta à sposo invitatis parentibus dicatur verè raptus? **R.** de jure civili, etiam si sponsa consentiat, dicitur raptus. Idem dicendum de jure Cano. & Trid. si nolens abducatur: Secus si nolens. Primum probatur ex I. unica, C. de raptu Virg. 2. probatur de utroqne jure; quia infertur foeminae injuria; nam ex utroque jure non potest cogi sponsa stare sponsaliibus, si sint de futuro, & si sint de praesenti, nec potest cogi, cum habeat bimestre ad deliberandum: ergo, &c. **San. contra Less. & Tamb.** Probatur 3. de jure Cano, ex c. penultimo de raptoribus; & rat. est; quia jure Canon, tunc tantum est raptus, cum sit causa libidinis explendæ: ergo, &c. **San. & Fag.** Probatur de jure Trid. quia per hoc raptus dicitur, si causa sineundi, non consummatio matrimonium foemina abducatur; nam tunc supponitur matrimonium per sponsalia contractum. **San. Ren. q.4.**

A. An dicatur raptus, si foemina abducatur de agro, in quo repetitur ad domum? **R.** neg. de jure civili, quod requirit traductionem causa foeminani abducendi, non causa commodiioris copulæ habendæ. **San.** Idem dicendum de jure Trid. quod ad raptum supponit traductionem de loco ad locum, quod non verificatur in casu **San.** Denique Jure Canonico dicitur raptus; quia ad hunc eodem jure sufficit sola, & qualiscumque violentia: ergo, &c. **San. Ren. q.5.**

A. An si foemina volens sit abducta, & postea posnireat, vel si à principio noluit, & postea consentiat, dicatur raptus? **R.** Respondet. **San.** in primo casu non esse raptum, sed copulam vi extortam: in 2. vero sic; & hoc jure civili. Primum probat; quia jure civili, raptus violentiam dicit: ergo, &c. 2. probat quia à principio fuit violentia illata, & in raptu initium est confundendum, cum in eo delictum consummetur. Idem dicendum statuit, de jure Trid. ob rationes prædictas. De jure vero Canon. in utroque casu esse raptum dixit, quia eo jure ad raptum sufficit qualiscumque violentia. **Ren. q.6.**

7 An si foemina importunis precibus , vel fraudibus , & dolosis persuasionibus abducatur , dicatur raptus ? *R. aff. de jure civili* . Si foemina sit sui juris , preces violentiae aequiparentur , intercedatque metus , etiam reverentialis ex l. 3. ver. 5. *Si quis volentem ff. de libero homine exhibendo*. Et ex l. 1. S. persuadere , *ff. de servo corrupto*. Idem dicendum de jure Trid. loquendo tam en de precibus , non autem de dolosis verbis . Jure denique Cano. foliae preces non faciunt raptum , benè vero fraus , & dolus , & id saltem impropriè , id est raptum in confessione explicandum , ut potè non tantum contra castitatem , sed etiam contra justitiam . *San. Ren. q. 7.*

8 An sit raptus pueræ volentis , sed ignorantibus parentibus ? *R. aff. de jure civili* ; quia tunc si non contradicito , saltem nolitio expresse parentum intervenit , quod sufficit ad injuriam ipsis inferendam , quam foemina remittere non potest . Idem dicendum à fortiori , invitatis parentibus . *San. De jure vero Trid. non est raptus* ; quia Trid. intendit matrimonii libertatem . *San. Et denique neque de jure Cano. est propriè raptus* ; quia ad hanc requiritur violentia , unde potius dicitur fuga . *Buss. Bon. &c. aperienda tamen in confessione* . *San. contra Less. Dia. quia est distinctum specie peccatum à simplici fornicatione. Ren. q. 8.*

9 An si foemina rapiat virum , vel aliam foeminam , sit propriè raptus ? *R. Jure Canonico esse raptum* ; quia adeo violentia , & injuria contra justitiam . *San. Tamb. De jure vero Trid. in primo casu non esse raptum* ; unde inibi iter eos matrimonium potest , si vir consentiat , licet non ponatur in libertate , quia *Conc. loquitur de raptore , non de raptrice* . *Fag. San. Dia. &c. contra Henr. Aver. am. &c. Denique de jure civili , neque esse raptum* ; quia neque raptus puerorum dicitur propriè raptus , jure civili . *San. Ren. q. 9.*

10 An raptus foemina meretricis sit propriè raptus ? *R. neg. de jure civili* . *San. ex l. unica Cod. de raptu Virg. Secus de jure Trid. dummodò causa ineundi matrimonii meretrix rapiatur* ; quia hic raptus est contra libertatem matrimonii . *San. Idem* dicendum Jure Cano. ob violentiam contra justitiam , & diversam à simplici fornicatione : ergo , &c. *San. Rep. q. 10.*

11 An ad raptum requiratur , ut subsequatur copula ? De jure civili loquendo , *R. aff. si raptor noluit habere copulam* ; quia non potuit , secùs si noluit , & potuit . *San. De jure vero Cano. absolute requiritur copula , adhuc ut matrimonium posse* *&c.*

sic nullum ; quia impedimenta matrimonii , ut potè pœnalia sunt restringenda : Secus considerata dumtaxat violentia . De jure denique Trid. non requiritur , cum hoc puniat rapientem causa tantum matrimonii . *San. Ren. q. 11.*

12 Quibus pœnis afficiantur raptore*s* ? *R. de jure civili* (etiam consulentes, &c.) afficiuntur pena mortis , & publicatione bonorum, quæ transeunt in dominium vel raptæ, si non consensit, vel parentum, si sic, ex l. *Raptore*s**. *Cod. de raptu Virg.* Imò ex *Azo. & Fili.* à parentibus impunè occidi possunt etiam faventes, &c. De jure Cano. omnes prædicti excommunicantur. *C. & quis Virginum* 22. Denique de jure Trid. excommunicantur supradicti ipso facto, & post Iudicis sententiam fiunt perpetuò infames , omnium dignitatum incapaces: Rursus raptor teneatur raptam dotare, etiamsi eam duxerit, matrimonium item est nullum donec rapta in tuto loco sit posita, & denique si raptor, vel fautor sit Clericus degradatur . *Trid. Jeff. 24. de refer. c. 6. Ren. q. 12.*

LUXURIA SACRILEGII.

Quæres.

- 2 **Q**uid sit, & quotuplex ? *R. sacrilegium est violatio rei sacrae.* *Jeff. Glos.* Vnde ad 2. sacrilegium vel est ratione Personæ sacrae tantum, vel ratione loci sacri tantum, vel Personæ simul, & loci . *Fag. Ren. tom. 1. fol. 289. q. 1.*
- 2 An si Persona sacra habeat votum simplex castitatis , & etiam Solemne, duplex sacrilegium committat ? *R. neg.* quia talia vota non nisi accidentaliter differunt . *Fili. San. Ren. q. 2. &c. contr. Sot. Fag. &c.*
- 3 An si persona sacra sit Sacerdos , & Religiosus , committat duplex sacrilegium ? *R. neg.*, quia Ecclesia annexuit ordini sacro votum castitatis, non autem præcipit castitatem servandam in ordine sacro , ut volunt Autores contrariæ opinionis : ergo ratione voti, non præcepti oritur obligatio: ergo, &c. *San. Dia. Azo. Coni. Ren. q. 3.*
- 4 An peccans contra votum castitatis teneatur statum religiosum explicare , si sit Religiosus ? *R. neg.* quia non differunt specie simplex, & solempne votum : ergo , &c. Idem dicendum de peccantibus cum Religiosis , vel ordinibus sacris adstrictis . *Dia. Fili. San. Ren. q. 4. &c. contra Lay. Rodri. Conc. &c.*
- 5 An sit duplex sacrilegium , quando Persona sacra rem habet cum sacra ? *R. aff.* quia unum sacrilegium committitur ratione

ne propriæ Personæ , alterum ratione Personæ , cum qua quis rem habet ; à paritate duplicitis adulterii conjugati cum conjugata : ergo , &c. *Leff. Lugo. Tamb. Ren. q. 5. contra Martin. d. S. Iosepb.*

- 6 An adstrictus voto castitatis committat sacrilegium, si solutum tactibus polluat , præciso periculo voluntariae pollutionis in ipso? *R. aff. quia sic polluendo , peccat contra castitatem : ergo qui sic patitur se pollui à Religioso , violat personam sacram: ergo , &c. Tum quia impossibile est , vt in casu non adsit scandalum, vel ut Religiosus alium tactibus polluat absque periculo pollutionis, vel delectationis in seipso ; ut volunt Nicolaus Mosciensis ex Prædicatorum Familia , & Cara. Vnde meritò opinio Nicolai fuit expuncta per Tribunal S. Inquisitionis Hispan. ergo , &c. Ren.q.6. &c. alii.*
- 7 An adstrictus voto castitatis peccet contra votum , si morosè tantum delectetur de objecto turpi ? *R. aff. quia estò iste talis non habeat intentionem venerea exequendi , adhuc peccat mortaliter peccato delectationis morosæ: ergo peccat contra votum. Ren.q.7. Qui menius , qui contrariam Eusebii de Herrea putat improbabilem .*
- 8 Quæ seminis effusio requiratur in Ecclesia, ut dicatur committi sacrilegium , & Eccleiam pollui ? *R. sufficere unam integrum seminis effusionem , non enim una sine altera seminis gutta effundi potest. Vnde frustra DD. laborant alii assignando unam, alii unam, vel alteram. Ren.q.8.*
- 9 An occulta seminis effusio habita in Ecclesia sit sacrilegium ? *R. aff. licet per eam Ecclesia non censeatur polluta , quia violatur sanctitas loci , nam cum pollutio occulta sit publica, censemur Ecclesia polluta : sed notitia hominum non polluit Ecclesiam , sed tantum declarat illam tanquam pollutam vietandam: ergo signum est ex facto præcedenti, & si occulto, fuisse pollutam. Leff.Sua.Bon.Ren.q.9. &c. contra De Janu. &c.*
- 10 An licita copula in Ecclesia, qualis est conjugalis , sit sacrilegium ? *R. neg. sive publica , sive occulta sit , & ex necessitate sequatur, ut si conjuges ex longo tempore amplius se contine-re non possint : Secus si talis necessitas desit . Rat. primi: quia nulla injuria loco sacro infertur , cum id potius in Dei , & Ecclesiæ reverentiam fiat , quam in Ecclesiæ injuriam. Tum quia Ecclesiæ præcepta non obligant in casu magnæ necessitatis, maximè animæ, ut in nostro : ergo, &c. ex quo patet : San. Ren. q.10. &c.*

- 11 Qualis censeatur in casu posito diuturna habitatio, &c quod tempus requirat? R. ex Ren. q. 11. hoc remittendum esse arbitrio prudentis Confessarii, spectata conjugum aetate, &c. est contra quosdam alios requirentes tres, alios 6. alios 15. alios 30. dies. Adverte tamen posse conjuges post unum, vel alterum diem in casu necessitatis posito, se conjungere, si sciant per longum tempus in Ecclesia mansuros; quia jam tenere dicimus, quae statim, & sine dubio possidere incipimus. *Fag.*
- 12 An sit sacrilegium copula publica habita in Sacrificia, Campanili, vel testo Ecclesiae (intellige à parte exteriori) R. neg. quia supradicta sunt extra Ecclesiam, cum non spectent ad divina Officia peragenda. *San.* Idem dicendum de pollutione in dormitorii, refectoriis, &c. *Dia. Ren. q. 12.*
- 13 An copula habita in Ecclesiae janua sit sacrilega? R. aff. si sit à parte interiori januae; vel si ab exteriori, adeo tamen Coemeterium benedictum, cum hoc ad Ecclesiam spectet. *San. Fag. Syl. &c.* Idem proportionaliter dicendum de Confessionariis, si sint, vel non intra Ecclesiam; vel partim intra, partim extra, ut sunt illi Monfalius, in quibus pollutio à parte Ecclesiae est sacrilegium, non autem illa à parte Monasterii, nisi divisio esset mobilis. *San. Fag. Ren. q. 13.*
- 14 An habere copulam in Oratoriis privatis, sit sacrilegium? R. aff. si Oratoria sint erecta auctoritate Episcopi, quamvis nec etiam benedicta sint; quia talia Oratoria non possunt ad usus profanos redire, tanquam religiosa, ex cap. ad bac de Religiosis domibus. Quod si talia non sint, copula non erit sacrilega, licet de licentia Episcopi ibi celebretur; quia non sunt loca Religiosa. *Lay.* Idem dicendum de Oratoriis erectis in dormitorii. *San.* vel domibus privatis. *Tamb.* Et quamvis modò dicta Oratoria non possint designari, nisi Episcopi auctoritate nunquam tamen erigantur auctoritate Episcopi; hæc enim valde differunt. *Ren. q. 14.*
- 15 An Ecclesia, quæ cepta est ædificari, vel quæ diruta est, censetur locus facer, itaut, &c. R. ad prius aff. si auctoritate Episcopi cepta sit; quia tunc gaudet immunitate: ergo, &c. *San. Covar. & Sylvius contra de Jans.* &c. Vnde ad 1. R. neg. si Ecclesia auctoritate Episcopi diruta sit, nec sit spes reædificationis; quia non gaudet immunitate. *San. Ren. q. 15.*
- 16 An cogitationes, & desideria turpia habita in Ecclesia sint sacrilega; & idem queritur de aspectibus, confabulationibus, nuptiis, & tactibus in honestis, sive hæc omnia sint inter solutos, sive

five non, & absit periculum pollutionis ? q. ad primum aff. si à copula in Ecclesia non præscindant: Secus è contra ? Rat. primi; quia non censetur Ecclesia pollui, cum talia desideria præscindunt à copula, & consequenter à seminis effusione, per quam Ecclesia polluitur. Vnde constat 2. Nec obstat paritas de occulta seminis pollutione, quæ est sacrilegium, nec tamen Ecclesiam polluit: nam licet hoc verum sit, violatur tamen loci sanctitas, quod non evenit in casu nostro. *San. Ren. q. 16.* Vnde ad 2. q. neg. quia ex cap. *finali de consacr.* Ecclesia polluitur seminis, aut sanguinis tantum effusione: ergo, &c. Nec valet dicere, quod violatur saltem loci sanctitas, sicut in occulta pollutione; nam in hac violatur, quia ea tantum ab Ecclesia prohibetur, non verò tactus, &c. si absit periculum pollutionis. *San. Cara. Fag. &c. contra Sus. Azo. &c.*

LUXURIA PECCATI CONTRA NATURAM. Quæres.

- 1 **Q** Vid sit, & quot ejus modi? & ad pri. peccatum contra naturam est omnis actus libidinosus extra modum à natura institutum: Modi verb sunt tres. Primus dicitur mollities, 2. bestialitas, 3. sodomia. Innaturalis concubitus non est contra, sed præter naturam. Denique sodomia imperfecta in vase non debito cum persona diversi sexus, reducitur ad speciem perfectæ sodomie. *Ren. tom. 1. fol. 296. q. 1.*
- 2 An hi modi specie differant inter se? & aff. quia in unoquoque ex his mōbris adeat. specialis malitia, specific ab aliis diversa, videlicet in non servando vase naturali, debita specie, & dualitate sexus: ergo, &c. *Leſs. Fag. Ren. q. 2. &c. contra Cara.* cuius opinio damnata est ab Alex. VII. prop. 24.
- 3 Quid sit pollutio, & quibplex? & pollutio est voluntaria seminis effusio, absque copula. *Ren. q. 3. ex Fag.* Vnde ad 2. pollutio vel est diurna, vel nocturna, & hæc vel tota in somno, vel partim in somno, partim in vigilia.
- 4 An omnes pollutiones sint ejusdem speciei? & aff. ex se: Secus ex diversitate obiectorum, vel circumstantiæ adjunctæ. Patet responsio. *Azo. Ren. q. 4.*
- 5 An procurare pollutionem alterius manibus, sit species distincta explicanda in confessione? & aff. idem dicendum, è contra. Rat. est scandalum. Imò hoc potest esse specie diversum, & consequenter distinguendum, ut si quis pollueret uxoratum, vel Personam sacram, &c. vel è contra. *Tamb. Ren. q. 5.*

- 6 An contactus pudendorum pueri, vel pueræ impotentis ex imperfecta ætate seminare, sit peccatum specie distinctum à vera pollutione? *q. aff.* esse tantum tactus impudicos. *Tamb.* quod verificatur etiam de frigidis, & spadonibus. *Vericel.* non autem de mulieribus. *Ren. q. 6.* contra *Vericel.* qui postea se retractavit. *Rat.* est; quia pollutione suam speciem desumit à vera seminis emissione. Hinc infert *de Janu.* eunuchum coeuntem cum muliere peccare peccato impudicitias, & mulierem solum teneri dicere, pollutæ sum tactibus alienis.
- 7 An qui tactibus pollutionem procuravit, teneatur explicare pollutionem fecutam fuisse? *q. aff.* quia tota malitia obiectiva est explicanda: ergo, &c. Tum quia licet pollutio illa sequens non sit voluntaria in se, cum à voluntate impediri non possit, est tamen voluntaria in causa: ergo, &c. *Henri. Pala.* *Ren. q. 7.* *Ec. contra Sos. Salas.* *Vericel.* qui postea se retractavit.
- 8 An aliquando pollutio diurna possit non esse: peccatum mortale? *q. aff.* etiam si prævideatur, dummodo absit periculum consensus; ut si quis naturaliter patiatur fluxum seminis; vel ex causa necessaria, utili, vel convenienti, corporis, sive animæ sequatur, ut equitando, audiendo confessiones, legendo de materiais confessionis, chirurgiam exercendo; vel necessariò in pudendis tangendo; vel amplexando, aut deosculando fœminas juxta morem Patriæ. *Rat.* est jus ad supradictas causas. *Axo. Less. Sd. Vafq. Ren. q. 8. Ec.*
- 9 An pollutio non intenta, sed prævisa in causa illicita, id est non necessaria, vel utili, sit peccatum mortale? *q. neg.* loquendo de pollutione nocturna, & de diurna discurrendo, erit pollutio mortalis dumtaxat, si causa illicita sit in genere luxuriae, ut sunt tactus, aspectus, & cogitationes impudicæ: non autem si causa non sit in genere luxuriae, e.g. nimius cibus, vel potus. *Rat. primi;* quia ea causa non potest dici concurrere ad futuram pollutionem nocturnam, si non causat præsentem. *Sanci.* cui assentitur. *Ren. q. 9.* item *Cara. Ec.* *Rat. 2.* quia causæ illæ per se concurrunt ad pollutionem, non per accidens, & per oppositam rationem probatur tertium. *Dia. San.*
- 10 An licitum sit pharmacis, vel licitis mediis pollutionem procurare ad sanitatem, vel vitam tuendam? *q. neg.* quia præferendum est bonum speciei bono individui: ergo, &c. *Ren. q. 10.* Tum quia alijs unusquisque in omni casu necessitatibus illam si bi licitam faceret; est enim delestatio in pollutione valde vehementis. *San.* *Dia.* qui oppositam *Turri.* vocat improbabilem, & dignam gravi censura temeritatis saltem.

11 An

12 An licitum sit expellere semen corruptum, etiam si praevidetur seminis emissio, & pollutio? R. neg. quia non defunt alia media, quibus expelli possit qualitas illa corrupta absque pollutionis periculo; quæ assignat *Vericel.* dicens, quod vel natura resolvit, vel in somnis expellit, vel iars inedia consumit, exercitio attenuat, balneis exalat. &c. *Rebell. Sel. Dis.* &c. contra *Sanci. Reginal. Bon.* &c. item contra *San.* & *Fili.* quos *Dis.* defendit dicens, eos non fricationibus, ut putant alii supradicti, sed medicamentis id licitum esse dixisse. Et *Tambait San.* id solum admississe in foemina, que ex semine corrupto symptomata patitur, itaut non sit sui compos, quod observavit *Ren. q. 11.* in quadam nobilissima foemina.

13 Quandoniam nocturna pollutio sit peccaminosa? R. quando consideratur in causa, & in causa ipsa intenditur; non autem si consideretur in se, & secundum te, vel si in causa, in ea pollutio non intenditur. *Say. Fag.* & constat ex dictis. Hinc potest pollutio nocturna esse peccaminosa primò in desiderio ob delectationem tamen carnalem. Est contra *Pat. 2.* in procuratione. 3. in non removendo causam (in qua carnem, contra *Fag.* intendatur pollutio) *Loy. S. Ren. q. 12.*

14 At fit peccatum optare pollutionem in somnis, vel complacere de habita ob bonum sistenti? R. neg. Rat. quia ea non est actus liber, sed quedam naturalis evanescens ergo, &c. Tum quia complacencia est tantum desiderium de corporis sanitate, vel delectationum securitate; ergo, &c. *Rat. q. 13.* contra *Sel. M. 4.* *Zedef.* &c. & cohers *Pat. 2.* dicentem non esse mortale, illam desiderare etiam ob carnalem delectationem, quod communiter improbat. An autem optare illam, cum propria sua delectatione sit licitum vide *Ren. loc. cit.*

15 An sit peccatum nocturna pollutio, si commotio spirituum sit in somnis, effusio vero seminis in vigilia absque complacencia in ea? R. neg. si effusio sive in semiplena, sive plena vigilia supponat in somno principium decisionis seminis. Si vero non, erit peccaminosa si decisio sit in plena vigilia: Secus si in semiplena. Rat. primi; quia cum semen est decisum, non est in nostra potestate, ut non effusat: ergo, &c. *Fili. Fag.* &c. contra *Totes. Rat. 2.* quia tunc cohiberi potest: ergo, &c. Rat. 3. quia tunc non adest plena deliberatio: ergo, &c. *Ren. q. 14.* ex *Aza.*

16 Quid sit bestialitas? R. bestialitas est concubitus cum re animata diversa specie ab homine; ut est ovis, gallinna, &c. etiam *Deemon incubus,* vel succubus, qui cum homine coeundo, addit-

- etiam malitiam sacrilegii , item sodomitæ si coitus non sit in
- vase naturali ; immo , & adulterii , vel sacrilegii , si appareat sub
- forma viri , vel mulieris conjugatae , vel Monialis professæ . *Fili.*
Ren. q. 15.
- 16 An hoc peccatum differat specie ex diversitate specifica bel-
luarum ? *B.* neg. & sive brutum sit masculum , sive foemina :
- unde species belluarum non sunt explicandas , excepta specie
Demonis , ratione sacrilegii . *Rat.* est ; quia talis diversitas bel-
luarum est physica , non moralis , & materialiter se habet in
ordine ad malitiam intentam , quæ est abusio seminis circa
tempore diversæ speciei . Idem dicendum de sodomia habita cum
mare , vel foemina ejusdem speciei ; quia haec ad perfectam
etiam sodomitam spectat , & differentia est tantum in genero
entis , non moris . *Bon. Busi. Fili. Ren.* q. 16. *¶ c.*
- 17 Quid sit sodomia ? *S.* Sodomia est coitus inter duos , non servato
vase , seu instrumento debito . Dicitur , *inter duos* , id est sive
ejusdem , sive diversi sexus . Dicitur , *non servato* , *c.* in quo so-
domia differt à ceteris vitiis supradictis . *Ren. q. 17.*
- 18 An agere , & pati in actu sodomitico sint circumstantiae expli-
candas in confessione ? *B.* neg. quia tam agens , quam patiens
sodomiæ peccant , & concidunt ut una causa , & uer-
que eadem poenam incurrit , cum in correlativis dispositum
sit uno censetur dispositum in aliis . *Ren. q. 18.* *Dia.* qpi. contra
de Leg. Tamb. Iacob. *¶ c.* sicut 17. Authores . Hinc uterque cap-
tivæ reservationem inquit . *Floronus.* *¶ c.*
- 19 Ali sit explicanda circumstantia pollutionis in paciente in actu
sodomitico ? *B.* aff. quia ordinaria sequi non solet : ergo non
spectat ad sodomitam , sed ad mollitatem . Hinc non est explican-
da in agente , quia in hoc semper intelligitur . *Pon. Dia. Ren. q. 19.*
- 20 An concubitus viri cum muliere in vase præpostero sit vere , &
propriè sodomitæ ? *B.* aff. tunc ex ejus definitione : tum etiam ,
quia non differunt in genere moris . Sodomia viri cum muliere ,
vel cum viro , sed tantum in genere entis . *San. D. Tbo. Cana.*
Ren. q. 20. *¶ c.* contra *Fag.* de *Ianu.* *¶ c.* consequenter eximen-
tes peccantem sodomitice cum foemina à reservatione , & Gle-
ticum à poenis contentis in Bulla Pitt V.
- 21 An sodomia mptet speciem ex circumstantiis mutantibus spe-
cieris ? *B.* aff. ex aliquibus circumstantiis ut ex circumstantia
voti , rapens pueri , &c. ex aliis vero non , ut ex circumstantia
virginitatis foeminae , quæ per sodomitam non violatur , ex *Dia.*
Carr. *¶ c.* Item ex circumstantia consanguinitatis , vel affinita-
tis ,

21. ex qua non sequitur incestus, ex dictis supra. de *Ies. Ren. q. 21.*
 22. An sodomia habita cum propria uxore specialem malitiam habeat, ultra sodomiam? & esse etiam adulterium; quia ex parte utriusque violatur fides in matrimonio data ad actum naturalem, non innaturalem. *Sos. Ledes. Dio. Ren. q. 22.* &c. contra quosdam apud *San.*
 23. An sit sodomia incipere copulam cum uxore in vase præpostero absque periculo pollutionis, ut se præparet vir ad naturalem copulam? & esse inchoatam sodomiam, si membrum introducatur in vas præpostorum, etiam si non sit animus ibi consummandi, quia difficile est, ut non adsit pollutionis periculum. Tum quia est actus, alterius ordinis luxurie: ergo non potest referri ad copulam conjugalem. *Ren. q. 23.* *Sos.* qui contraria *Nav.* & *Ovandi* intelligendam esse dixit ex viris doctissimis, si superficialiter tantum vir copulam sodomiticam inchoaret.

M Accarapi latine paffilli esculentis an comedii possit in die jani junii in pane, & aqua voto promissi. *v. Vetus q. 4. fol. 65.*
 Magia quid sit. *v. Superstitione q. 1. 1.*
 Maleficium solutionem petere an, &c. *v. Scandalum q. 1. 6.*
 Maleficium quid sit, &c. *v. Superstitione q. 1. 3. fol. 14.*
 Mandans, consulens, vel rasam babens percussionem Clerici an, &c.
 v. Censura excom. si quis, &c. q. 4. &c. An eodem modo iugiter se
 babeant. *v. ibi. q. 5. v. Homicidium q. 2.*
 Materia necessaria vel sufficiens Confessionis qua sit. *v. Sacramentum
 Paenit. materia remota q. 2.*
 Matrimonium quid sit, &c. *v. Sacramentum matris ubi, &c. q. 25. &c.*
 Medicus quomodo in medendo. *v. Conscientia q. 2. 2.*
 Mendacium leve in Confessione an, &c. *v. Sacramenti Paenit. mera-
 ria prox. q. 19.*

M E N D A C I U M. Quare.

Q Vid sit, & quotuplex i.e. ad primum mendacium est testificatio falsi scienter facta ad decipiendum proximum. Dicitur *falsi*, idest taliter in mente concepti. Dicitur *ad decipiendum*, &c. non quod requiratur intentio fallendi, sed tantum dicendi falsum. *Anno.* Vnde ad 2. mendacium, aliud est iocosum; Aliud officiosum; (quod ad propriam, vel alterius utilitatem enunciatur) Aliud perniciosum. *Ren. som. 1. fol. 49. 1. q. 1.*

- 2 Quod si mendacium sit peccatum mortale? R. id est sum, & officiosum esse veniale ex suo genere; perniciosum vero ex suo genere mortale, nisi materia sit levis: & universim omnia sunt mortalia, si juramento firmantur, vel dicantur cum gravi damno proximi, aut in rebus Fidei, pietatis, &c. ut si quis assertat falsas reliquias ut veras. *Ren. q. 2.*
- 3 An mentiri in confessione in materia levi ad ipsam spectante, sit mortale i. e. esse mortale sacrilegii, non mandacii si alia materia extra materiam mendacii non adducatur; veniale versus mendacii (contra *Caj.*) si sic. Rat. primi, quia tunc sit irritum Sacramentum, ut patet. *Ren. q. 3. Azo. Et c. contra Fabr.* dicentem esse veniale, etiam quando quis non confitetur alia peccata vera.
- 4 Si quis in confessione volens celare occisum, nominet Paulum pro Petro, an peccet mortaliter? Res. aff. quia ex suppositione quod velit manifestare individuum, tenetur ad verum; alias diceret in confessione peccatum, quod non fecit. *Lug. Vafq. Tamb. Ren. q. 4.*
- 5 An peccet mortaliter Concionatio leviter mentiendo in confessione ipsius, quae ad officium spectant? R. neg. si mentiatur in nominibus DD. quos citat, vel in citandis veris locis scripturarum: Secus si mentiatur in praedicando falsas doctrinas, falsa miracula, in publicando falsas Indulgencias, vel falsas Sanctorum vites, etiam si materia sit levis; ut si loquum, vel circumstantiam voluntariè in historia Sacrae Scripturae mutaret. Rat. primi; quia illud parum referat ad officium, cum nihil juvet ad Populi instructionem: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc quantum iste est, evacuat veritatem miraculorum indulgentiarum, &c. *Azo. Pili. Bon. Ren. q. 5. contra Caj. Nas. absolute affirmantes, & contra Angelum, & Rosell. abstinentes negantes.*
- 6 An mentiri in materia levi in iudicio sit mortale? R. neg. si non firmetur mendacium juramento: quia in confessione sic mentiri, non est mortale: ergo, &c. *Fili. Nav. Ren. q. 6. Et c. contra Caj. Syl. Et c.*
- Mendicantes an anticipare possint prandium. v. *Jejunium Ecclesiasticum q. 3. 7.*
- Mentiens in iudicio, vel in Confessione, quando sit mortale. v. *Mendacium q. 3. Et c. 6.*
- Merces ultione an vilescant. v. *Contrattus otherosi q. 3.*
- Metu extorta in contrattibus, an sint restituenda. v. *Actus humani q. 49.*

Metus

Metus quid sit , &c. v. ibi. q. 26. &c. Metus in voto an; &c. v. Conscientia q. 60. Quando dissoluit matrimonium, &c. v. Sacramentii matri. q. 21. etc.

Militares Calatravae, etc. an gaudeant privilegio Canonis. v. Censura excom. si quis, etc. q. 4. etc. An confessor possit non approbatio ab Episcopo loci. v. Sacramentii Poenit. Minister Ordin. q. 7. Eorum Superiorum an possint vota irritare. v. Votis irritatio q. 4.

Ministri an praebant jus ad inquirendum . v. jus Praelatis ad , etc. q. 6. num. 11.

Minister Ordinis quis sit. v. Sacramentum Ordini. etc. q. 64.

Ministrare Sacramentum sub conditione an sit licitum. v. Sacramentum in genere q. 15. Ministrare Eucaristiam in peccato an, etc. v. Sacramentum in genere q. 21. Eam administrare currendo , sine Rota, etc. an, etc. v. Sacramentum Eucha. q. 72. etc.

Ministrari Sacraenta habenti obicem an possint. v. Sacramentum in genere q. 30.

Missa offerri an, et quomodo possit pro excommunicato. v. Censura excom. majoris q. 51. etc. Missa, ejus attenatio, intentio, assistentia; etc. v. Missam audire, etc. v. op. 53. Inno. Ejus applicatio quomodo, quando, etc. v. Sacraenta majorum, etc. q. 45. etc. An audiri possit in Oratoriis privatis. v. Sacramentum Eucha. ut, etc. q. 30. Missa de Requie, an dici possit in festis duplicitibus, etc. v. ibi. q. 39. etc. Missa votiva an celebrari possit in majori hebdomada . v. Sacraenta majorum, etc. q. 55. Inservire illis quando possit excommunicatus. v. Censura excom. majoris q. 30. Voto promissa quomodo satisfacientia. v. Votum q. 36. Missam interrumpere, tamque celebrare festinanter sine lumine, missali , etc. horis, et locis indebitis, etc. in ea aliquid omittere, e.g. Gloria, Credo, etc. v. Sacramentum Eucha. ut, etc. q. 13. etc.

MISSAM AUDIRE QUI TENENTUR. Quares.

- I** N seculares tantum teneantur audire Missam , si ejus auditio ex cap. Missas de consec. diff. 1. eis tantum præcipitur in teneri etiam Religiosos , & Ecclesiasticos , etiam Episcopos, immo & ipsos Sacerdotes non celebrantes; nam si eo cap. præcipitur secularibus , à fortiori Ecclesiasticis , qui magis Deo va- care debent. Tum quia ex cap. omnes fideles de consecrat. omnes hi comprehenduntur. Sua. Ren. tom. 1. fol. 551. q. 1.
- II** An possit Sacerdos ad satisfaciendum præcepto celebrare tan- tum contritus in casu inopiae Confessarii ? **34.** neg. etiam si ne- cef-

cessitas urgeat; quia fortius est præceptum confessionis , quam audiendi sacrum. Fili. Sus. Coni. Ren.q. 16. &c. contra Dia. Rodri. Syl. &c.

- 3 Si pueri ante pubertatem legibus Ecclesiasticis non tenentur, an teneantur audire sacrum? &c. aff. si ad annos discretionis pervenerint; quia in cap. *omnis viriusque sexus* obligantur fideles ad confessionem, cum ad annos discretionis pervenerint: ergo à fortiori ad præceptum Missæ. *Fag. Dia. Ako. Ren. q. 27. &c. contra D. Antonin. Marchani. &c.*
- 4 An excommunicatus toleratus peccet non audiendo Missam? &c. neg. si non vocetur, aut invitetur ad Missam; quia nisi vocetur, non potest communicare cum aliis in Divinis: Quod si vocetur (ut fieri potest, cum possit fidelis invitare Sacerdotem toleratum ad celebrandum, ut docet *Fag. contra Dia.*) peccabit, si non audiat; quia tunc potest in Divinis Officiis communicare: ergo, &c. *Ren. q. 3.*
- 5 Vtrum si per excommunicatum stet, quin absolvatur, peccet non audiendo sacrum? &c. peccare tantum si culpa sua gravi non absolvatur, (non quidem contra præceptum, quia nemo tenetur tollere *remotum* impedimentum ad *adimplendum* præceptum, & rursus hoc obligat, dum nullum est impedimentum) sed in negligenter se gerendo: *Lay. Dia. Ren. q. 4. &c. contra aliquos dicentes peccare etiam contra præceptum.*
- 6 An excommunicatus, qui die festo audivit sacrum, teneatur eodem die si absolvatur iterum audire? &c. neg. quia sicuti qui ante promulgationem diei festi audivit sacrum satisfecit festo, ita, &c. *Ren. q. 5. Dia. ex Pallav. contra Saucium.*
- 7 An qui tempore interdicti habet privilegium Cruciarum audiendi sacrum, teneatur, &c. &c. &c. aff. si specialiter non sit interdictus, nec illi causam dederit; quia per privilegium auferuntur impedimentum interdicti: ergo remanet obligatio missæ. Tuni quia principium illud, quod nemo teneatur uti privilegio, fallit in casu, quo privilegio uti est in salutem animæ: ergo, &c. Et licet cum quis domi est impeditus, non teneatur audire missam in suo Oratorio ex privilegio, hoc est quia tale privilegium est odiosum, derogatorium juris communis. *Fag. Sua. Cenedus. Ren. q. 6. &c. contra Avil. Henri. &c.*
- 8 Vtrum in carcerem detrusi peccent non audiendo sacrum? &c. non peccare contra præceptum, etiamsi sua culpa gravi non habent è carcere liberari: quia præceptum audiendi missam non obligat ad tollendum remota impedimenta ad illius implementationem. *Fag. Merul. Ren. q. 7.*
- 5 Vtrum

9. Vtrum qui domum habet loco carceris, vel qui infirmi sunt teneantur audire missam, si Oratorium domi habeant? R. neg. etiam si stipendiatum habeant Sacerdotem, vel hunc gratis celebrantem; quia privilegium celebrandi in Oratoriis privatis, licet sit favorable animæ, est tamen odiosum: ergo, &c. *Dia. Pellez. Merol. Ren. q. 8. Et c. contra Azo. Sor. Et c. absolute affirmantes, & contra sua. Escob. Et c. absolute negantes, & contra Tambo. Et Marchi. dicentes non teneri, si stipendio debeat Sacerdotem querere; secus è contra.*
10. An teneatur missam audire, qui longius ab Ecclesia distat? R. neg. si distantia (loquendo de viris) sit per unam levcam. *Fag. Fili. & de foeminis loquendo si sit ultra unum milliare italicum, sint tamen delicatae, nec possint currum habere: Secus si rusticæ sint, & mediæ plebis. Denique concludit Dicastil. non teneri nec feminas, nec viros intra mediani leucani, si ningat, vel notabiliter pluat. Sed melius ex Ceso. id remittendum est prudentis arbitrio. Ren. q. 9.*
11. Verum viduæ post obitum viri excusentur per aliquod tempus ab auditione missæ? Et idem queritur de puellis, quæ iussu parentum, domi se continent? R. ad primum, in hoc standum esse consuetudini, attenta conditione uniuscujusque, etiam per annum viduæ domi se contineant, ut in Hispania, & Lusitanis, dummodo ad alia negotia non egrediantur, nec Episcopi id prohibuerint, nec denique id extendant ultra sui status conditionem. *Tole. Fag., Et c. Vnde ad 2. R. solum Parentes peccare, si patientur aliunde puellas ad choreas, &c. exire: Secus si domi retineant ad pudicitiam servandam. Ceso. Franciscus de Lugo. Ren. q. 10.*
12. Vtrum teneantur audire missam matres, vel nutrices, quæ suos infantulos domi relinquere non possunt, & si ad Ecclesiam deferant, sacra perturbant? R. neg. quia domi relinquere periculum est, & ad Ecclesiam deferre scandalosum: *Lay. Nav. Idem dicendum de pastoribus, ait Azo. dummodo se vicissim adiuuare non possint. De conductentibus vero animalia onusta ad comedabilia vendenda, aliter discurrendum est, cum primum querere debeant Regnum Dei: Imò in Civitate Neapol. solent esse Cappellæ in quibus assitti potest missæ, etiam à platea. Ren. q. 11.*
13. An teneantur audire missam, qui domi infirmum habent, quem relinquere non possunt? R. neg. etiamsi assistentia sit tantum utilis ad remedia e. g. adhibenda, quia non est creden-

dendum, piam Matrem Ecclesiam, ita stricte auditionem missæ præcepisse. *Fag. Ren. q. 12.*

14 Vtrum teneantur fideles assistere missæ diei Parasceves, si illa die incidat Festum Annunciationis? R. neg. quia missa illius diei non est missa, cum ad hanc requiratur consecratio. Tum quia accessit declaratio S. Cong. quam assert *Gavau.* apud *Dia.* Hinc tenentur, si festum incidat in Fer. V. vel Sabbatho; in quo casu, aliqui apud *Dia.* concedunt in die Sabbathi plures missas celebrari posse, ad hoc ut Populus satisfacere possit, sua obligationi. *Ren. q. 13.*

15 Quæ pars sit notabilis in missa, ex cuius omissione sequatur transgressio lethalis? R. parvam esse partem omittere ab initio missæ usque ad offertorium exclusivè. *Ren. fol. 517. q. 1. Lay.* Rat. quia penes communem, *Coni. D. Bona. Syl. Ec.* parva quantitas est, omittere usque ad Evangelium exclusivè, & penes *De. Lugo. Henri.* usque ad Evangelium inclusivè; si audiatur Evangelium S. Ioannis in fine, cum præcipiatur missa usque ad Benedictionem: sed penes *Ren.* & *Lay.* symbolū non est pars ordinaria missæ: ergo, &c. Omittere vero parvam quantitatem, quæ sit de essentia sacrificii, est mortale; qualis autem sit hæc quantitas, discrepant DD. *Marchani* dicit esse consecrationem, quia tenet hanc esse de essentia, quod negat *Huri.* sine dubio tamen erit, sumptio, & consecratio. *Lug. Pelliz.*

16 An non potens assistere toti missæ, teneatur ad illam partem, quam potest? R. si non potest assistere parti essentiali, ad nihil tenetur: Secus è contra, quia cessante parte essentiali, cefsat præceptum. *Lug. Pelliz.* Hinc non potens assistere, nisi usque ad consecrationem inclusivè, ad nihil tenetur; quia sacrificium nisi solum in consecratione consistit, sed etiam in oblatione, & sumptione: ergo, &c. *Ren. q. 2. De Iana. contra Bon.*

17 An satisfaciat, qui successivè audit duas medietates, sed inverso ordine? R. aff. quia qui inverso ordine recitat officium, satisfacit, ergo, &c. Tum quia licet non physicè, moraliter tamen potest unum sacrificium dicu. *Dia. Fag. Nav. Ren. q. 4. contra Lugo. Tol. Fag. Ec.*

18 Quæ assistentia requiratur ad missam? R. assistentia ad missam est moralis, & humana præsentia ad ipsam arbitrio prudenter, quod modò clarius fiet. *Ren. fol. 519.*

19 An satisfaciat, qui missæ assisteret è fenestra domus, in qua plu-

- platea interdist. n. neg. etiam si non esset magna distantia; quia non intercedit moralis connexio inter Templum, & domum: ergo, &c. *Fisi. Dia. Ren. q. 1.* contra *Lug. Tamb. Pasq. Et c.*
- 20 Vtrum satisfaciat, qui è Choro Ecclesiæ sistente post Altare, in quo celebratur, vel qui post parietem, vel pilastrum Ecclesiæ missam audit, quæ celebratur in Ecclesia, vel Cappella? R. ad primum, & 3. aff. ad 2. verò neg. Rat. primi; quia nec murus Chori est ad dividendum Religiosos ab Altari, sed tantum ad eos ab oculis adstantium occultandos, nec pilastrum. Ecclesiæ est ad dividendum unam partem Ecclesiæ ab alia: ergo qui ibi sunt, moraliter præsentes sunt; ex quo R. ad 2. *Lago. Pelliz. Ren. q. 2. Et c.*
- 21 An satisfaciat, qui missæ præcipue solemnii inserviendo, nunc recedendo, nunc accedendo ignem, & faces deferendo, partem notabilem omiserit? R. aff. etiam si extra Ecclesiam recedat; quia etiam sic censetur moraliter præsens, cum tunc magis cooperetur sacrificio, quam alii, qui assistunt. *Ren. q. 3. Dia. ex Dicastil. contra Bonæ. Pelliz. Et c.*
- 22 Quæ sit humana præsentia requisita ad missam? R. ad hanc requiri primò attentionem quasdam moralem ad missam, 2. intentionem, vel formalem, qua quis expressè vult missam audire, vel virtualem, qua quis si non expressè & non habet tamen contrariam intentionem non audiendi. Rat. utriusque; quia actus audiendi missam est actus Religionis ad cultum Dei spectans: ergo, &c. *Fag. Sua. Aka. Ren. q. 4. Et c.*
- 23 Quæ attentio requiratur ad missam, interna, an externa, ap- utraque? R. externam requiri, quæ constitit in negatione actionis externæ incompossibilis cum missa & internam verò nequaquam, quæ est applicatio mentis, vel ad Deum, vel ad res divinas, vel ad verba. Rat. primi; quia alias non censetur quis moraliter præsens: ergo, &c. est communis.. Rat. 2. quia Ecclesia non potest præcipere actus internos, maximè cum internis non connexos, ut est in casu nostro, cum ab Ecclesia tantum præcipiatur actio humana, quæ salvari potest cum interna distractione, ut patet in distractè confabulante cum amico. *Coh. Lay. Dia. Lug. Et c. Ren. q. 5. contra Fag. Cara. Et c.*
- 24 Si quis in missa cum amico confabuletur, an satisfaciat illius præcepto? R. neg. etiam si discontingat, & de re levj confabuletur. Est contra *Fili.* Rat. primi; quia confabulationes ilæ continuantur in eadema missa, sicut plures modicæ absen-

tiae à missa : ergo sicuti si hæc pertingant ad notabilem absentiam satis facit quis præcepit, ita, &c. Rat. 1. quia parum refert, quod colloquia sint levia, cum aliunde externam attentionem impedian. *Fag. Ren. q. 6.* contra *Med.* absolute, & pro toto tempore missæ id permitterent, amicè tamen.

25 Vtrum satisficiat, qui in missa divinum officium recitat, vel sua peccata confitetur ? *q.* ad primum aff. quia missa, quæ ordinata est ad orandum bene compatitur cum oratione vocali officii divini. *Azo. Nav. Tol. &c. contra Angel. & Russell.* Vnde ad 2. *R.* neg. quia licet illa actio sit pia, & religiosa, incompatible tamen est cum missa, cum tollat externam attentionem; non enim potest utrumque simul adimpleri. *Ren. q. 7.* contra *Reg. Pelliz. & Tamb.*

26 Quæ intentionis requiratur ad missam ? *R.* requiri intentionem audiendi missam; quia hæc humano modo audiri debet : ergo, &c. Vnde non satisficeret, qui in Ecclesia esset ad expectandum amicum. Non autem requiri intentionem satisfaciendi per illam præcepto ; quia præcepta non obligant ad formalem obedientiam, sed tantum ad materiale, ut scilicet, sponte, & voluntariè actu humano opus injunctum per ea exequamur. *Ren. q. 8. Fag. Dia.*

27 An satisficiat, qui positivam intentionem habet non satisfaciendi per hanc, sed per aliam ? *R.* aff. quia licet requiratur intentionis audiendi missam, & faciendi id, quod præcipitur ; non requiritur tamen intentionis neque formalis, neque virtualis satisfaciendi per illam præcepto: ergo, &c. *De Ianu. Vasq. Ren. q. 9. contra Nav. Azo. &c.*

28 An in casu praedicto requiratur, ut quis postea mutet intentionem illam satisfaciendi per aliam ? *R.* neg. quia iam est factum præcepto: ergo, &c. Tum quia non requiritur intentionis ex dictis, satisfaciendi per illud opus præcepto: ergo, &c. *San. Valen. Vasq. Ren. q. 10. contra Leff. & Tamb.*

29 An quis auditio manè facio, cum non erat festum, teneatur iterum ad illud, si postea publicetur festum indictum à Summ. Pont. vel Episcopo ? *R.* neg. quia ad satisfaciendum præcepto, sufficit si fiat opus præceptum, etiamsi nulla adsit intentionis satisfaciendi præcepto: ergo, &c. Tum quia si quis manè recitaverit officium, vel communicaverit, non tenetur postea, nec ad officium, nec ad communionem, si eodem die ordinetur, vel in mortis articulum incidat: ergo, &c. *De Lug. Pelliz. Ren. q. 11.* Idem dicendum de eo, qui audiendo missam ignoravit esse diem festum. *Tamb.*

My-

- Mysteria fidei credenda qua sint.* v. *Sacramentum Bapt.* q. 43. & 44.
Mollities quid sit, quotplex, etc. v. *Luxuria peccati contraria*, etc. q. 30.
etc. An sit jure naturae prohibita. v. *Op. 49. Inno.*
Monasterium quando obligatur pro Religioso. v. *Contractus in gene-*
re q. 32. etc.
Monetam falsam expendens, quando teneatur ad restitutionem. v.
Restitutionem quis, etc. q. 12.
Monialis procurans sui abortum, an incidas in excom. v. *Censura ex-*
com. si quis, etc. q. 3. *Monialium subiectarum Confessor. quis sit.* v.
Satisfactio per Jubileum q. 15.
Monitorium quid sit, etc. v. *Denunciatio ex vi monitorii q. 1.* etc.
Mulieres an possint esse testes. v. *Justitia, et modus, etc. q. 4.* *Mulieres*
superstitiose an sint denuncianda. v. *Denunciatio in materia, etc.*
q. 11. etc.
Multiplicatio specifica, vel numerica peccatorum unde sumatur, etc.
*v. *Sacramenti Pœnit. materia prox. q. 34. etc.**
Munus à manu, à lingua, etc. v. *Simonia q. 1.* v. *Contractus gratui-*
ti q. 55.
Murmuratio quid sit. v. *Detractio, etc.*
Mutuum quid sit, etc. v. *Contractus gratuiti q. 37. etc.*

N

- N**ecessitas extrema, quoctplex sit. v. *Restitutionis ab, etc. q. 10.*
Negativa coactio quid sit, etc. v. *Jus Rei in exceptione, etc.*
q. 15. etc.
Negative se babere circa delectationem venereum an, etc. v. *Delecta-*
tio morosa q. 7.
Notorium juris, vel facti quid sit. v. *Censura excom. si quis, etc. q. 10.*
Novitii etiam babitu non induit an gaudeant privilegio Canonis. v.
Censura excom. si quis, etc. q. 12.
Novitiorum vota an irritari possint. v. *Voti irritatio, etc. q. 3.* *Eorum*
contractus. v. *Contractus in genere q. 32.*
Novitus cui possit conficeri. v. *Confesso annua q. 25.*
Numerus peccatorum an sit exprimendus, etc. v. *Sacramenti Pœnit.*
materia prox. q. 40. etc. *Numerus ieiunum requisitus ad reum con-*
demnandum. v. *Justitia, et modus, etc. q. 5.*
Nutibus conficeran, etc. v. *Sacramentum Pœnitent. materia prox.*
q. 52. etc.

O

O Bice recessione an Sacra mentia conferant gratiam. v. Sacra mentum in genere q.29.

Obligationi legis quomodo satisfieri debeat. v. Legis modus, etc. q.1. etc. Occasio proxima peccandi quando impediat absolutionem, etc. v. opis. 61. 62. et 63. Inno. v. Sacramenti Pœnit. materia prox. q.15.

Occidens, vel mortuans in Ecclesia an gaudeat immunitate. v. Censura excusm. contra, etc. q.17. etc.

Occidere, occiso invasoris, furis, etc. quando licita, etc. v. Homicidium q.6. etc. v. opi. 30. et 33. Innoc.

Odiu in quid sit, et an odium Dei, et proximi specie differant. v. Invidia q.5. et 7.

Officium Divinum. v. Hora Canonicae. v. Legis modus, etc. q.19. 24. etc. v. opi. 34. Inno. An recitari possit audiendo Missam. v. Missam audire, etc. q.27.

Onus imponendum moribundo in articulo mortis. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. q.15. et 16.

Opinio de validitate Confessionis, vel de gravitate peccati commissi, an, etc. v. Conscientia q. 13. Opinio pœnitentis an possit sequi à Confessario. v. Conscientia q.14. etc. Opinio heretica, erroris, se- meraria, etc. qua sit, etc. v. Conscientia q.25.

OPINIONES DAMNATÆ. Quæres.

QVæ sit varietas damnatarum opinionum? q.1. alias opiniones, alias esse damnatas ab Alex. VII. alias ab Innoc. XI. alias de- nique ab Alex. VIII. quarum messis non est præsentis factis quippequæ ad Dogmaticos potius, quam ad Moralistas spe- ctant: primas vides jam putificatas in hoc Quodlibeto, sicut & illas Innoc. XI. sed quia hæ speciali indigent examine, ideo ad illarum celerem explanationem, gradum facimus. Prima ergo opinio damnata hæc continet.

OPINIO I.

Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinio- nem probabilem de valore Sacramenti, relictæ tuitiore; nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurriendi; Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Quærest?

Quæres? Quodnam sit motivum hujus damnationis? *B.* esse reverentiam debitam omnibus Sacramentis *equaliter*, quæ in ipsis conferendis proculdubio periclitaretur, utendo Minister, etiam in casu necessitatis, opinione minus probabili, *relictæ* tutioni, & probabiliori simul, in iis, quæ valorem illorum *æqualiter* concernunt; ut sunt Materia, Forma, & Minister (non verò jurisdictio Ministri, & subiectum Sacramentorum) exponerentur enim Sacraenta periculo nullitatis, quod evitare non potest opinio probabilis, non valens reddere veras res, Sacraenta constituentes, si à parte rei ex intentione Christi Domini tales non essent. Ita *Gladius Gedeonis, Moja, Torrez. &c.* Duxi, *relictæ* tutioni, & probabiliori simul; quia si opinio esset tuctior, sed non probabilis, quia ab Ecclesia non consueta, ac proinde practice improbabili; ut illa statuens necessariam esse contritionem statim post commissum peccatum; vel illa *Caje.* requirentis ad pœnitentiæ Sacramentum, ut necessariam contritionem, saltem existimatam talem, tunc nec reverentia Sacramento debita periclitaretur, sequendo quis minus tutam, nec consequenter in hoc sensu daninata fuit. propositio prædicta ab Innocentio. Duxi, *omnibus Sacramentis* *æqualiter*, ad includendum in condemnatione limitationem illam, scilicet nisi obſer^{ta} lex, &c. factam à *Merol. Caspe. contra Med. Alanum*, & alios.

Duxi utendo Minister, etiam in casu necessitatis, ut excludantur opiniones *Dis. Bon. &c.* contrarium in hoc casu statuentium: & rat. est, quia quamvis casus sit necessitatis, in eo tamen Sacramentum certò periculo nullitatis exponeretur, & incertè provideretur saluti spirituali proximi: sed in nullo casu licitum est, patrari malum certum ob bonum incertum: ergo, &c. *Glad.* addens multò minus licere uti materia, vel forma probabilitantū, ad evitandam mortem à Tyranno comminatam. Verùm in his casibus Sacraenta conferri possent sub conditione; ut constat ex Ritual. Rom. quia sic, & saluti proximi, & reverentia Sacramenti sufficienter provideretur.

Duxi, in iis, &c. ut inde sciatur, damnationem non loqui de iis, quæ non spectant ad Sacramentorum valorem, quorum opiniones probabiles sine ullo absurdō sequi possunt. Tum quia damnatio strictè interpetranda est. Tum etiam, quia non periclitaretur reverentia Sacramento debita: tales sunt in Sacramento Pœnitentiæ, e. g. opiniones circa peccata dubia, circa dimidiare confessionem, circa manifestationem circumstantia-

rum aggravantium, & similiū, quæ respiciunt integratatem materialem, non vero formalem, sufficientem, & necessariam dumtaxat ad valorem Sacramenti Pœnitentiae. *Torrez.* Hinc propter eandem rationem addidi, *non vero jurisdictio Ministri;* nam cum haec veniat ab Ecclesia, & ab ea suppleatur in casu necessitatis, maximè supposito communī errore, & titulo colorato, ut constat ex *I. Barbatius, S. de officio Prælati,* & ex aliis legibus, cum communī Juristarum, & Canonist. à fortiori supplebitur ab ipsa cum opinione probabili jurisdictionis, & ita de facto suppletur ab Ecclesia, cum communem opinionem in hac materia de opinione minus probabili jurisdictionis, toleret, nec prohibeat etiam post condemnationem: ergo illam admittit: ergo cum ea nullum erit nullitatis periculum. *Torre.* & constat ex cap. *Illa de sede vacanti, & ex cap. omnes,* & ibidem *Glosa, cap. I. de translatione Prælatorum.*

O P I N I O II.

Probabiliter existimo, Iudicem posse judicare juxta opinionem minus probabilem.

Quares.

- 1 **Q**uis nomine Judicis veniat in hac opinione damnata? *R.* venire omnes Judices in foro externo. Hinc excluduntur Confessarii, Consiliarii in utroque foro, Advocati, Procuratores, Notarii, &c. qui omnes in suis officiis sequi possunt opiniones minus probabiles. *Rat. est;* quia condemnatio strictè est interpretanda, *ex I. inter stipulatione de verbis signific.* sed haec loquitur de Judice: ergo, &c.
- 2 Quid intelligatur per ly judicare? *R.* intelligi ferre diffinitivam sententiam. Hinc quidquid Judex determinat pertinens ad causam antecedenter ad illius definitionem, e. g. condamnando reum ad torturam, interrogando reum cum semiplena probatione delisti, judicando de sufficientia testimoniū, de valore immunitatis Ecclesie, pro Adulteris, Simoniacis, Sodomitis, &c. quæ dicuntur sententiae interlocutoriae, determinare poterit cum opinione tantum probabili; quia hoc non est propriè judicare, de quo tantum loquitur opinio.
- 3 An ly diffinitivè judicare excludat quamlibet opinionem minus probabilem? Supponendum est, opiniones magis, vel minus probabiles, posse esse tales, vel ex parte juris, vel ex parte facti, & tam in civilibus, quam in criminalibus: Opinio proba-

babilior ex parte juris, est illa, pro qua iura clariū loquuntur, quam pro contraria, pluresque, & graviores habet DD. Probabilior verò ex parte facti est, quando pro ipsa clariora sunt instrumenta, & scripturæ, graviores testes, probabiliores conjecturæ, quibus factum melius probatur, quam pro contraria parte. Hoc supposito.

Dico primò. Supposita condemnatione, nequit Judex in civilibus diffinitivè judicare penè opinionem minus probabilem, tam ex parte facti, quam juris. Rat. quia ex pacto inito cum bono publico, Judex debet ferre sententiam juxta merita causæ: ergo quando merita sunt majora, ferre debet sententiam in favorem causæ. Hinc si facti, vel juris sint æquales probationes, poterit Judex licet, vel componere partes dividendo rem, si hæc sit divisibilis, vel (non obstante condemnatione) licet sententiare pro qua maluerit, nisi unus sit in possessione, vel si non, causa tamen sit loci pii, in cuius favorem ferri debet sententia. *Torre, Glad.* Hinc quæres; an Judex in æqualibus opinionibus possit modò secundum unam, modò secundum aliam judicare? Negat *Torre*. ob periculum scandali in praxi, quod Judex habeatur ut acceptator personarum.

Dico 2. In criminalibus, si probabilitas sit ex parte juris, debet Judex judicare juxta probabilem sententiam, si non potest adire supremum Tribunal. Rat. est supra assignata; in hoc enim non habet aliquid peculiare materia criminalis: Quod si opinio[n]es essent æquè probabiles, debet Judex sequi opinionem favorablem reo, ex regulis juris in 6. regula 1. cum sunt partium iura obscura, reo favendum est potius, quam Actori. Hinc quæres.

An possit Judex inferior judicare secundum opinionem minus probabilem ex parte juris, sed in praxi secutam, si aliter faciendo, cum dedecore sui foret in appellatione revocanda à Judice superiori sua sententia? *R. aff. V. sq. San. &c.* Et confirmat *Torre*, dicendo hanc opinionem non includi in condemnatione, quæ non loquitur in casu amittendi honorem. Sed cave, & non credas; aliás præheretur Judicibus inferioribus ansa ad sic semper judicandum, allucinatis à tali phantastica amissione honoris.

Dico 3. Quando in criminalibus probabilitas versatur circa factum, semper Judex in favorem Rei judicare debet. Est communis; nec in casu judicaret juxta minus probabilem, sed juxta certam dispositionem juris statuentis, reum non tantum pro-

babiliter, sed certò debere esse convictum, cui aecedit ratio; nam unusquisque præsumitur probus, nisi evidenter prohetur oppositum. *Abbas in cap. ad nostras de probation. & in cap. Forum de verbis significat Menach.*

O P I N I O III.

Generntim, dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeat, confisi, aliquid agimus, semper prudenter agimus.

Quæres.

1. **Q**uænam sit tenuis probabilitas tum intrinseca, tum extrinseca? R. tenuis probabilitas intrinseca est illa, cujus ratios parvi sunt ponderis; extrinseca verò probabilitas tenuis, dicitur talis ob paucorum DD. autoritatem: sic se habent sequentes opiniones. Prima *Pasqual.* dicentis, uarum cœfitionem jejunium non frangere, hoc non obligare nec per jus, neque per consuetudinem in 4. temporibus, in vigilia Pentecostes, S. Joan. Baptiste, & S. Laurentii; & denique in naturali jejunio dari parvitatem materiæ. 2. *Fortunati,* &c. statuentium pro principio obligationis jejunii 23. annum; vel penes *Salas,* &c. 26. 3. *Marchini* putantis integrum parvam horam esse intra limites parvitatis materiæ in Officio Divino.
2. Qua ratione supradicta opinio damnata fuit? R. ad elininanam malitiam conscientiæ practicè dubiae, quæ in casu procul-dubio locum haberet. Hinc in casu necessitatis, ut quando quis putat probabiliter, quod opinio sit certò probabilis, licet talis non sit (ajunt *Tolqueiras*, & *Torre.*) prudenter quis operatur sequendo tenuem opinionem; quia tunc & conscientia practicè non est dubitans, & casus necessitatis facit illam opinionem probabilem, de quo casu necessitatis non loquitur damnatio.

O P I N I O IV.

Ab infidelitate excusat infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.

Quæres.

- Quænam infidelis cum opinione probabili discredens, veniat in hac propositione damnatus, & quare? Supponendum est, du-

duplicem esse infidelitatem ; negativam unam , alteram positivam, seu contrariam. Prima consistit in pura negatione fidei in eo, qui nunquam aliquid de fide audivit , quæ peccatum non est, sed potius pœna peccati . 2. Est illa , qua quis repugnat rebus veræ fidei, & hoc multiplicitate; vel fidei nondum susceptæ, & dicitur Paganismus ; vel novo testamento , & dicitur Judaismus ; vel totaliter fidei susceptæ , & dicitur Apostasia ; vel denique partialiter, & dicitur Hæresis , & hæc infidelitas mortaliter culpabilis est. Hoc supposito.

R. ad primum. In propositione comprehendi tantum infidelem, positivè . Vnde ad 2. dico , hunc rationabiliter comprehendi, alias nullus esset culpabiliter infidelis , & immerito à Christo Domino Iudei culpabiles dicerentur : Assumptum probatur; quia nemo est, qui pro sua fœta non habeat aliquales rationes, sicuti habent Iudei, licet malè intellectas , probantes Christum non esse Messiam.

Tres sequentes opiniones unica doctrina dilucidabimus.

O P I N I O . V.

An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

O P I N I O . VI.

Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

O P I N I O . VII.

Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus. Quares.

Quid de præcepto charitatis dicendum sit , quando videlicet obliget? & obligare semel saltem in anno, præsertim quando generalia beneficia nostræ Redemptionis proponuntur collenda, scilicet beneficia Incarnationis, Resurrectionis, Nativitatis , &c. præscindendo à debito justificandi, eo modo quo in propositione assuritur . Rat. quia summum , & maximum præceptum , quale est hoc , non debet esse inferioris conditionis , quam sunt cætera præcepta infra charitatem: sed hæc frequen-

ter obligant: ergo & illud charitatis saltem semel in anno obligare debet. Dixi *præscindendo*, &c. nam alias præterquamquod præceptum charitatis obligaret non per se, sed per aliud, quod est contra naturam, & rationem charitatis; sequeretur ulterioris, justos, qui nunquam peccaverunt, & injustos toto tempore vita, quibus nunquam defuit via ad justificationem per Sacramentum Poenitentiae, non teneri ad charitatis præceptum, nec hoc eos obligare, quod omnino est falsum. *Gladius prop. 5.6. & 7.*

OPINIO VIII.

Comedere, & bibere ob solam voluptatem usque ad satietatem, nullum est peccatum, dummodum non ob sit valetudini, quia licet potest appetitus naturalis suis actionibus frui. Quæres.

Cur falsa sit hæc propositio, & ideo damnata? R. quia *voluptuose comedere usque ad satietatem*, & *comedere usque ad satietatem ob solam voluptatem*, est vitium directè oppositum temperantiae: ergo est peccatum; delectationes enim in homine ratione prædicto, non sunt finis suarum actionum, sed medium ad actiones honestas; Hinc *Aug.lib.8.q.3.cap.30.som.4. ait, omnis humana perversitas est usi fruendis, & frui utendis.* *Gladi. prop. 8.*

OPINIO IX.

Opus coniugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali. Quæres.

Cur opus conjugii ob solam voluptatem exercitum malum sit, & vitiosum? R. quia non minus tale opus opponitur virtuti temperantiae, quam cibi, & potus immoderata sumptio. Hinc ut Aristoteles 3. Ethic. cap. 3. ait; *temperantia propriè est circa concupiscentias, & delectationes ratiæ: ergo, &c.* Tum quia delectationes non debent esse finis (præsertim primarius) creaturæ rationalis in actuali usu matrimonii: ergo, &c. *Gladius prop. 9.*

OPI-

O P I N I O X.

Non tenemur proximum diligere actu interno, & formaliter.

O P I N I O XI.

Præcepto proximum diligendi, satisfacere possumus per solos actus externos.

Has duas propositiones unico iœtu impugnandas propo-nimus, cum una includatur in alia, & ex illa inferatur. Ideo

Cur actus dilectionis externi sine internis, & formalibus insufficien-tes sint pro proximi dilectione? R. quia inde de medio tollere-
tur speciale præceptum charitatis erga proximum, distinctum
à præcepto charitatis erga Deum: ergo &c. antecedens proba-tur; nam assignari non possunt actus, quibus tale præceptum
adimpleretur: ergo &c. antec. probatur; actus illi externi non
sunt charitatis: ergo &c. antec. probatur, actus prædicti non
consequuntur ad actus formales interiores dilectionis: ergo non
sunt actus charitatis, sed metè civiles, quales in Ethniciis etiam
reperiuntur, quinimò ficti, & simulati, ut potè nullum actum
formalem interiorem charitatis supponentes, & compatibilis
cum odio formalis proxini. Dixi, *speciale præceptum charitatis*,
ut inde intelligas, requiri ad proximi dilectionem, formalem
actum internum, nec sufficere virtualem inclusum in dilectione
Dei; nam speciale præceptum per *speciales actus adimple-tur*. *Gladi. prop. 10. & 11.*

O P I N I O XII.

Vix in secularibus invenies etiam Regibus superfluum sta-tui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.

Quæstes.

Quænam sit falsitas hujus propositionis? R. falsitatem su-pradicatae ex duplice capite oriri. Primo ex eo quod denegat superfluum statui, quod utique falsum est; nam ut docet
D. Thom. 22. q. 32. art. 5. ad primum. Superfluum statui est id,
quod secundum statum præsentem non est necessarium; vel se-cundum *Lorcum 22. sect. 3. dist. 39. membro 1. nn. 7.* est id, quod

ad meliorem statum pertinet , quod quotidie in pluribus exco-gitari potest; non verò quod ad nihilum deserviet, aut deservire possit, semper enim excogitari potest , ad quod deservire possit . Deinde apparet falsitas dictæ propositionis ex illo principio, quod teneatur quis tantum ex superfluo statui dare elemosynam, quod quidem etiam falsum est ; nam necessitati Re-publicæ subvenire quis debet etiam ex necessariis personæ substentationi, sic dictante natura; & extremæ indigenti ex superfluis personæ, licet necessariis statui , quando aliis non est impromptu , qui ei subveniat , sic postulante ordine charitatis .
Gladi.prop.12.

O P I N I O XIII.

Si cum debita moderatione facias , potes absque peccato mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaciter appetere , & desiderare, non quidem ex displicantia personæ , sed ob aliquod temporale emolumendum.

O P I N I O XIV.

Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris , non quidem , ut malum Patris, sed ut bonum cupientis ; quia nimur ei obventura est pinguis hereditas.

O P I N I O XV.

Licitum est Filio gaudere de parricidio Parentis , à se in ebrietate perpetrato , propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

Trium modò expositarum propositionum falsitatem , unica doctrina ostendimus, quippeque contra unam militant virtutem. Ideò Queres.
Illi manifestacionem ? 19. & dico , quod tristari de vita naturali aliorius, & maximè Parentis, vel de illius morte naturali gaudere, aut illam desiderare ob aliquod temporale emolumendum, etiam adhibita moderatione, ut non fiat ex displicantia personæ , semper est cum peccato mortali , si ex deliberatione fiat , cum semper sit contra præceptum charitatis erga proximum,

sum, immo & pietatis erga Parentes, à qua oritur gaudium, & desiderium non mortis, sed vitæ proximi innocentis, & cui opponitur tristitia de bono ejusdem proximi, iuxta illud Apost. *Charitas lacatur in bono, tristatur in malo.* Tum quia, dato, & non concessò, quod ex parte, qua horum actuum motivum bonum excusaret à peccato, adhuc tamen ratione inversi ordinis charitatis, immunes esse non possent tales actus à culpa lethali: nam minus bonum nostrum præferendum est majori bono proximi: ergo cum vita proximi potiorem locum obtineat quocumque emolumento temporali, sequitur, quod motivum illud non excusaret tristitiam, gaudium, & desiderium illud à culpa mortali. *Gladius.* Hinc colliges, quæ sunt opiniones con-similes damnatae, quæ verò non: non enim per supradictas damnatur opinio. *Dicitur.* dicentis licere optare sibi, vel alteri mortem ad evitandum grave malum temporale, ut dum uxor mortem appetit marito superbo; Et Elias petiit animæ suæ, ut moreretur ob meatum Jezabellis: quia in his casibus mala præsen-tia, propria, in aestimatione graviora sunt malo mortis proximi, & condemnatio loquitur de temporali minori: Sic etiam, penes *Lessum*, & alios, poterit quis ob fines extrinsecos, vide-licet ob gloriam Dei, desiderare mortem peccatoris, ne sit alio-rum ruina; vel secundum *Nau.* delectari de proprio bono provento ob mortem tertii; nam non esset delectari de morte, de qua tantum loquitur damnatio, sed de proprio bono. *Torre.* *Hoc est.* *Gladius* prop. 13. 14. & 15.

O P I N I O XVI.

Fides non censetur cadere sub præcepto speciali, & secun-dum se.

O P I N I O XVII.

Satis est, actum fidei elicere semel in vita.

Quæres.

Quae veniant damnata in his duabus propositionibus? scilicet in prima propositione damnari, negantem speciale præcep-tum, vel habitus, vel actus fidei secundum se, id est, non ra-tione alterius præcepti, e. g. charitatis, cuius falsitas inde constat, quia Apost. ad Hæbre. 11. ait, *sine fide impossibile est placere Deo.* In 2. verò damnari actum fidei sufficere semel in vita. Hinc est, quod actus fidei obligat hominem, cum primum

i. 11

ipſi post adeptum uſum rationis proponuntur credenda, cum tunc convertere ſe debeat ad Deum finem ſupernaturalem, poſſidendum per opera bona, quæ conuerſio ſine fide viuē tētērñ, & cæterorum ad hanc ſpectantium eſſe non potest. 2. obligat, quando quis exteriū debet illam profiteri, vel quia eſt interrogatus authoritate publica, vel ſi privata, ſine ſcandalo tacere non potest; nam actus externus ſine interno eſſe non potest. 3. urget in exercitio alicujus virtutis, e. g. pœnitentiae, quæ ſine fide exerceri nequit. 4. quando quis veſtatur tentationibus contra fidem, quas ſine ipta ſuperare non potest. 5. in articulo mortis, ratione actus contritionis: Et de ni que ſemel in anno; aliás nifnis otiosum eſſet præceptum fidei quoad vim obligandi licet alii probabiliter prorogent tale tempus. *Gladius prop. 16. & 17.*

O P I N I O XVIII.

Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, ſimilive motivo ad iuſtitificationem ſufficit.

Quæres.

EX quo capite conſtare poterit, hujuſ propositionis condemnatior? Ex modo, quo voluntas in ſuos actus naturaliter fertur, præmissa vide licet cognitione obieci; nam ex ſuppoſitione, quod voluntas exeat in actum charitatis erga Deum finem ſupernaturalem, cum quo homo ſe iuſtificat, ſupponere debet iþum Deum certò cognitum, ut talem, ſed haec certitudo haberi non potest niſi per revelationem, quæ eſt fides propriè dicta: ergo, &c. Imo & iþa revelatio excludere debet omnem probabilitatem, vel dubietatem, & inducere certitudinem ad prædictum finem intentum: aliás quomodo dicetur quis obiecto revelato certò aſſentiri? *Gladius prop. 18.* Hinc colligitur damnatio ſequentis.

O P I N I O XIX.

21. in fine.

Aſſensus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat ſimilicum notitia ſolum probabili revelationis; imo cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

O P I N I O XX.

22. in fine.

Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii ad ſalutem; non autem explicita remuneratoris. Quar.

Vnde:

UNde colligatur falsitas hujus propositionis? R. deduci ex Apost. ad Hæb. 11. ubi loquens de fide supernaturali: *Sine fide impossibile est placere Deo, subjungit: accedentem enim ad Deum, oportet credere, quia est, et quod inquirentibus se remunerator fit.* Tum quia saltem implicitè unusquisque credere debet, Christum Dominum mediatorem esse; non enim justificatur homo, ait Apost. ad Galatas 2. nisi per fidem Christi: sed hæc fides implicita haberi non potest sine expedita Dei Salvatoris, & Remuneratoris: ergo, &c. *Gladius prop. 19. § 20.*

O P I N I O XXI.

18. in fine.

Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere ut peccaminosum per se non damno. Quæres.

AN adsit præceptum externæ confessionis fidei? R. aff. & duplex est: alterum affirmativum de fide exteriùs profitenda, ut constat ex illo ad Rom. 10. *corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* negativum alterum de fide exteriùs non neganda; ut colligitur ex illo Matth. 10. *Omnis ergo qui me confitebitur coram hominibus, confitebor, Et ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis est; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo eum coram Patre meo.* Secundum obligat semper, & ad semper. 1. verò non obligat pro semper, sed quando ex ejus omissione, vel subtrahitur Deo debitus honor (quod intelligitur privativè, non negativè, idest, si ex non confessione Deus afficeretur ignominia, blasphemias, vel allis similibus, aut negligeretur magnus aliquis, honor, & gloria; quæ ex tali profanatione resultare posset in Deo e. g. quod aliqui converterentur fideles, &c.) vel proximo, aut sibi utilitas (modo dicto), quæ omnia maximè urgent, quando quis publica autoritate interrogatur; si enim tunc tacendo, fidem non profiteretur, putaretur non habere, vel negare veram fidem, aut judicaretur, fidem nostram esse falsam, vel adeò malam, ut nemo audeat illam publicè confiteri.

Hinc deducitur primò falsitas prædictæ opinionis. 2. deducitur, posse catholicum dissimulando occultare veritatem, vel non respondendo privatæ Personæ interroganti de sua Religione, vel dicendo, quid ad te de mea Religione? (nisi forte ex alio capite subtraheretur proximi utilitas) nam tune interrogans im-

imprudenter judicaret, illum non esse Catholicum, sed præsumere deberet ipsum spernere interrogationem: Negare vero numquam posse, constat ex dictis. Ita Val. San. Gladiu. & Torre. Deducitur 3. interrogatum etiam à publica potestate, sit ne Christianus, non in ordine ad Religionem, sed ad nationem, posse non solum tacere, sed etiani negare, quia tunc non fidem, sed nationem negaret. Azo. apud Torre. & Tilqueiram.

Deducitur 4. posse fidelem in generali ipterrogatione e. g. qui sint Christiani: non se manifestare, fugiendo, vel latendo, ne cogatur fidem profiteri tempore perquisitionis, quando pericitatur vita. Imò oppositum esset temeritas, si nullus speraret fructus, sed potius major Catholicorum persecutio, & in sua confessione defectio: sic enim fugit Athanasius, aliique Sancti latentes in speluncis: Apostolus per murum demissus est in sporta, ut fugeret: Et Christus Dominus in Ægyptum fugit ob Herodis saevitiam. Rat. horum omnium est; quia in his casibus, potius indicatur, fidem haberi, quam negari. Totus discursus non suffragatur Pastoribus animarum, videlicet Episcopis, &c. tunc enim bonus pastor animam suam ponere debet pro ovibus suis; nam ex tali occultatione nimis pericitaretur honor Dei, & salus suarum ovium. Sua. apud Torre. nisi alias (ob majus bonum commune) substitueretur idoneus Vicarius.

Deducitur 5. non damnari Catholicum ob mortis periculum, vel aliam justam causam, non gestantem signum distinctivum à Luteranis e. g. imperatum à Tyranno. Imò exploratores, &c. per Terras infidelium, vel hæreticorum pergentes (si absit scandalum) fingere posse se esse Turcas per aliqua signia: per se non instituta ad tales Religionem profitendam e. g. utendo vestibus Turcarum, &c. (sicut etiam, & cuilibet alio permittitur in casu necessitatis) nam in primo casu nulla est interrogatio, & in 2. signa illa non sunt determinata, sed indifferenta, non ad Religionem, sed ad nationem profitendam. Hinc deducitur 6. in nullo casu licere gestare idolum in pectoro, vel quid simile ex lege, & consuetudine institutum ad profitendum falsam Religionem. Valen. & t. Glaudius prop. 21.

O P I N I O XXII.

19. in fine.

Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationem ad assensum impellentium.

Quæres.
Cur

Cur falsa sit hæc propositio? R. quia in rebus fidei nequit intellectus sufficienter moveri, & determinari ab objecto, cum sit inevidens, & obscurum; non in se visum, ut sunt prima principia, nec in alio, ut sunt conclusiones deductæ ex principiis evidenter, unde non remanet, à quo determinetur, nisi à voluntate: ergo hæc efficere potest, ut assensus sit magis firmus, &c. corde enim, id est, voluntate creditur ad justitiam, ait Apost. ad Rom. 10. alias dubitatio in credendo esset sine peccato; nam esset involuntaria, cum voluntas non posset illam tollere, nisi faciendo, ut assensus sit magis firmus, quod fieri posse negatur à dicta propositione.

Hinc merito sequens propositio dominatur, ut consequentia illata ex præcedenti; nám cum falsum sit ex dictis, assensum per demonstrationem, posse esse magis firmum assensu supernaturali, quia voluntas efficere potest, ut assensus fidei sit magis firmus; inde est, quod imprudenter quis repudiaret assensum fidei supernaturalem. Glad. prop. 22.

O P I N I O XXIII.

20. in fine.

Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

O P I N I O XXIV.

Vocare Deum in testem mendacii levius, non est tantum irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

Quæres

De quo mendacio loquacius propositio, & de quo juramento? R. evidentissimum esse, non loqui de perniciose, sed jocoſe, vel officioso, & de juramento assertorio, quod advertere proferre cum quocumque mendacio, quantumcumque levissimo, etiam putato ut tali, semper esse peccatum mortale, constat ex illo Lev. 19. *non pejerabis in nomine meo;* nam licet parsitas materiarum quandoque excusat à transgressione præcepti Divini, ut patet in furto; non tamen excusat, quando in actu reperitur tota ratio malitiæ objecti, ut patet in casu perjurii: nam hoc sive in gravi, sive in levi materia, semper est contemptus Dei, qui per illud reputatur, vel non cognoscere veritatem, quod est contra ejus sapientiam, vel quod falsa.

Sitatem testificari velit, quod est contra ejus veracitatem: ergo,
&c. Glad. prop. 23. & 24. Torre.

O P I N I O XXV.

*Cum causa licitum est iurare, sine animo iurandi, sive
res sit levis, sive gravis.*

Quæres.

Rationem, cur illicitum sit jurare sine animo iurandi? R. ju-
rare sine animo iurandi, sive verum, sive falsum in qua-
cunque materia, & quovis juramento, sive assertorio, sive pro-
missorio, semper esse mortale. Probatur de juramento in or-
dine ad falsum; nam ut sic actus exterior juramenti, qui est
actus Latriæ applicatur mendacio, quod certè est gravis Dei
contemptus; sicut esset, si quis solo actu extero nomen
Dei blasphemaret, vel thus Idolo adoleret. Probatur de jura-
mento in ordine ad verum; nam jurare verum sine animo
jurandi, seu fingere invocare cum animo non invocandi, est
illusio Divini testimonii directè ipsi Deo illata, quinimò hic
modus jurandi dicit mendacium perniciosum. Tum quia dire-
ctè contrariatur fini juramenti, qui est confirmatio veritatis.
Tum etiam, quia est perniciousus toti generi humano; si enim
hic jurandi modus in praxi admitteretur, jam non magis cre-
dere possemus juranti, quam simpliciter dicenti; nam semper
dubitare possemus, an jurans habuerit animum jurandi. Puto
tamen hoc modo jurantem juramento promissorio, quantum
ex vi juramenti, non obligari ad promissa servanda, sed tan-
tum ratione scandali, quod verè oriretur, si juramentum non
servaretur, & hoc in foro conscientiæ. Graff. Covarru. apud
Gladium. p. 25. Hinc colligitur falsitas dictæ opinionis, & ra-
tionabilis ejusdem damnatio.

O P I N I O XXVI.

*Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus,
sive propria sponte, sive recreationis causa, sive
quocumque alio fine iuret, se non fecisse aliquid, quod
reverè fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod
non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quod-
vis aliud additum verum, reverè non mentitur, nec
est periurus.*

Quæres.
Quis-

- 1.** **Q**uisnam fuit finis hujus condemnationis? **v.** fuisse elinimare infinita mendacia, & perjuria, quæ tunc temporis ante condemnationem tam abundanter increverant, ut prorsus humana societas abolita visa fuit; cuique enim licitum erat quacumque voce, quavis addita restrictione, quodcumque ei libuerit posse significare, quod certè convictui humano valde erat nocivum; hic namque exposcit verum finem locutionis, qui est, ut homines per voces, & signa externa mentis conceptus significant audientibus; sed quia totum negotium hujus damnationis versatur circa intelligentiam restrictionis mentalis. Ideo. Quæres.
- 2.** Quando intercedat mendacium in usu restrictionis mentalis? Supponendum est, restrictionem mentalem sic explicari posse, videlicet eis prolationem verborum in sensu diverso ab illo, quem proferens habet in mente, factam quadam additione mentali; quæ rursus duplex est; una purè mentalis; altera sensibilis, seu non purè mentalis. Prima est, quando additio illa mentalis solum mente concipitur, ita ut nullo exteriori signo, indicio, vel circumstantia comprehēndi possit ab audiēnte; ut si quis diceret se non comedisse, subintelligendo tempus, scilicet anno præterito, vel locum, videlicet in platea, vel conditionem aliquam, (si sit locutio promissiva) ut si quis diceret, dabo tibi centum, si dabis mihi equum. 2. verò è contrà, quando scilicet ab audiētibus percipi potest, vel ex modo proferendi, aut combinandi verba, aut ex verbis ipsis amphibologicis, aut quavis alia circumstantia loci, temporis, legitimæ interrogationis, modi interrogandi, politiæ, urbanitatis, prudentiæ, humilitatis, metaphoræ, parabolæ, hyperbolis, Enigmatis, Ironiæ, & aliarum figurarum Rheticæ; Item conditionis, ut si expedit, si potest, si licet; Item Officii, ut Judicis, Confessarii, vel dignitatis; Judex enim, vel Dominus, cum interrogat ratione officii, interrogat cum quinque adverbīis, videlicet, Criminose, Politicè, Homologicè, Authentice, sufficienter, &c. His præsuppositis.
- 3.** Primò ad quæsumus; Restrictiones purè mentales, semper sunt mendacia, tam in gravi, quam in levi materia, quibus si accedant juramenta, erunt perjuria. Probatur. Verum manifestatur hominib[us] per sola signa vocalia: ergo quando ista falsum significant, non verum, sed falsum manifestabunt: ergo, &c. subfumo, sed sic se habent restrictiones purè mentales: ergo, &c. Probatur haec minor: nam adhibita signis vocalibus

libus pura mentali restrictione , nihil amplius significatur hominibus , quam si ipsa adhibita noscet : ergo si talia signa falsum significant , falsum semper significabunt , sive opposita illa restrictione , sive non: ergo , &c.

N. 2. Restrictiones sensibiles non cadunt sub condemnatione , quia licet sunt , nec contrariae fini locutionis , & humano convictui ; nam verba sub tali restrictione ex scipis faciunt verum sensum , & satis audientibus manifestum ; ea enim usus est Christus Dominus Joa. 7. dum dixit : *non ascendam* , idest , palam , cum tamen postea ascenderit occulte ; nam circumstantia petitionis erat ascensio manifesta ; Item Matt. 9. *non est mortua puella* , sed dormit cum vere mortua fuerit , sed non quoad Christi potestatem , aut in ea permanenter .

Hinc ex supra enumeratis circumstantiis restrictionis sensibilis , colliges , sequentes locutiones , & responsiones esse veras ; & primò ex modo proferendi ; ut si quis diceret sine punto interrogativo : *qui fecit te , sine te , non posse salvare , te sine te , quæ propositio* , licet interrogative sit hæretica , in sensu tamen loquentis est vera. 2. ex modo combinandi , juxta illud Dœmonis oraculum ; *Ibis redditis nos morieris in bello* . 3. ex verbis ipsis amphibologicis : ut si quis responderet , se non vidisse canem , intelligendo marinum ; 3. ex circumstantia loci : ut si dicas , & jures latronem per hanc viam (mittendo manum in manica tua) non transisse . Item temporis , aut legitimæ interpretationis : ut si mulier respondeat interroganti , *an maritus è domo exierit* , & ipsa respondeat , *siquis* , intelligendo antea , dum vere domi maneat : Item modi interrogandi , ut si confrati tuo respondeas , te non vidisse Guardianum , subintelligendo , ut scias ubi est . 5. ex vocabulario Politiae , prudentiae , humilitatis , &c. ut dum dicis , te esse servum , osculari pedes , vel respondeas , prandium tibi preparatum fuisse optimum , lautum , &c. (in quibus omnibus responsionibus supradictis , non est opus , ut restrictione sit specifica ; quia non semper occurrit , sed sufficit generica : nam verba ipsa interrogationis faciunt in se restrictionem , ut consideranti patet). 6. ex circumstantia conditionis , si lices , &c. ut si Titio panem , vinum , &c. petenti respondeas te non habere , quod possit , liceat , vel expeditat dari ; nam quando res sic se habet , adest lex permittens occultare veritatem , quia in supradicto sensu fit petitio : Imò aliquando lex præcipit occultationem , dum revelatio est in damnum tertii , ut in casu , quo quis à Confessario

sario peteret revelationem sigilli Sacramentalis, vel ab alio revelationem sigilli naturalis. Denique ex circumstantia officiis Judicis, vel Domini temporalis, qui ratione officii, & superioritatis interrogant sive in Tribunalis, sive extra.

Notandum est, supradictos semper interrogare de his, de quibus possunt, & certam habent jurisdictionem, hanc autem non habere in sequentibus casibus. 1. quando jurisdictio est illis suspensa per appellationem. 2. quando sunt excommunicati vitandi. 3. quando reus violenter ab Ecclesia fuit extractus. 4. quando reo demonstratus non fuit processus, nec lecta testimonia. 5. quando delictum est occultum, ex c. si quis aliquando s. non dico tibi. 6. quando non habent semiplenam faltem probationem delicti, vel indicia æquivalentia; in his enim casibus supradicti non juridice interrogant, ex l. 4. s. de testibus. Hinc est, quod dum ipsi interrogant, semper interrogant cum quinque adverbii, scilicet, criminose, idest, si crimen commissum fuit, politicè, aut civiliter, itaut probari possit. Homologice, itaut ex legum dispositione tenearis dicere, autentice, si commisisti delictum authenticatum cum examine, & probationibus authenticis, sufficienter, idest sufficienter probatum. Deficiente aliquo ex his adverbii, e.g. ly pollicè, si Judex interroget Petrum, an Titium occidet, poterit Petrus, si delictum probari non potest, respondere cum iuramento, non occidi, idest politicè, sic de aliis discurrendum est. *Cara. Torre. Maja. Hoxes. &c.*

9 Si Judex magna astutia restrictionem impediret dicendo, occidisti Titium, non politicè, &c. vel quod non possit, non licet, &c. an teneatur quis fateri veritatem? & neg. quia cum Judex interrogat, semper ut persona publica interrogat, & consequenter semper cum supradictis adverbii, licet ipse dicat sine illis interrogare: ergo velit nolit, contrahit verba: & ratio à priori est; quia respondens non tenetur respondere secundum ini quam mentem interrogantis, sed secundum restrictionem suorum verborum, vel secundum mentem rectam, quam debet habere. *Cara. Hoxes. Torre. Tilqueiras. Glad. prop. 26.*

O P I N I O XXVII.

Causa iusta utendi his amphiboliis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, itaut veritatis occultatio censeatur tunc expediens & studiosa.

B b

Quæres.

An

AN hæc proposicio sit limitativa præcedentis &c. aff. nam in ipsa dicitur, *causa iusta utendi bis amphibologis*; & cum pronomen *bis* designet id, de quo erat seruio præsens, ideo determinat sequentem vocem *amphibologis*, non ad quocunque, sed ad id, de quo dictum erat propositione præcedenti, id est ad restrictiones *mentales*. Hinc est, quod probabiliter dici possit, **hanc condemnationem non extendi ad enunciationes, sive equivocas, sive amphibologicas, sed ad restrictionem pure mentali**, quæ cum sit purum mendacium, nulla ex supradictis causis sufficiens est ad illam; ad sensibilem vero sufficienes sunt, quibus si careant, erit tantum veniale peccatum. *Gladius prop. 27.*

O P I N I O XXVIII.

Qui mediante Commendatione, vel munere ad Magistratum, vel ad officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

Quæres.

DE qua restrictione fiat mentio in hac propositione &c. de restrictione pure mentali, unde prædicta proposicio est veluti exemplum præcedentis doctrinæ. Puto, *Gladium* probabiliter asserere, propositionem loqui etiam de restrictione sensibili, eximendo illam à generali regula cæterarum responsionum sub sensibili restrictione; cuius fundamentum est, quia dum iudex exigit juramentum, propriè non procedit ex officio; non enim procedit per viam denunciationis, vel accusationis, & illa exactio non tendit ad punitionem Rei, sed ad correctionem abusum: unde in hoc casu restricō non haberet locum ad sensibilitatem, determinatam ex exterioribus circumstantiis supradictis ad alium sensum à jurante intentum, cum juramentum sit coarctatum ad occultam munera donationem. *Gladius prop. 28.*

O P I N I O XXIX.

Vrgens metus gravis est causa iusta, Sacramentorum administrationem simulandi.

Quæres.

CUR simulare Sacra menta, sit peccatum mortale? Supponendum est, simulationem ex Cœs. esse falsam facti signi.

gnificationem, sicut mendacium, ex eodem, esse falsam vocis significationem: Vnde ex ipso, simulatio materialiter differt à mendacio. vñc ad quæ rationem assignando, quia videlicet simulatio Sacramentorum est mendacium in materia gravissima ergo, &c. Tum quia qui Sacraenta simulat illudit divinis signis, sicut qui jurat sine animo jurandi, illudit divino testimonio: ergo, &c.

2. An ob aliquam causam, videlicet, ob metum gravem, ut dicitur in propositione, possit quis à mortali excusari, simulando Sacraenta? R. neg. quia nulla causa, neque bonum proximi, neque tamen vitæ, potest cohonestare mendacium intrinsecus malum: ergo ita à pari; Hinc sequitur Primi Confessarium in Confessionario, fingentem se confessionem audire aliquo signo extero, vel proferentem verba absolutionis sine intentione, ob mortis periculum, vel ob infamiam poenitentis, & revelationem sigilli evadendam, peccare mortaliter peccato sacrilegii: eò vel maxime, quia in hoc ultimo casu poterit prudenter se gerendo, evitare revelationem recitando orationem dominicam; nec hoc esset simulare administrationem Sacraenti, sed occultare veritatem, & repulsam: & quamvis fallerentur adstantes, hoc tamen non esset per se intentum à dicente, nec ab illa prolatione per se causatum.

Sequitur 2. non posse Sacerdotem ob metum mortis fingere consecrationem totius panis in platea existentis; nec peccatori occulto indisposito porrigere particulam non consecratam; aut fingere in os ejus particulam injicere ob ipsius grave periculum mortis, vel famæ, licet sic ipse eam petisset: Hæc enim omnia sunt mendacia facti, quæ nullo casu licent. Sequitur denique, contrahentes matrimonium, utpote qui sunt ejus Ministri, peccare mortaliter ob eandem rationem, si ambo facte illud contrahant solis verbis, & factis exterioribus. Glad. p. 29.

O P I N I O XXX.

Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nitur calumniam inferre, si aliter hac ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuisse percutiat, & post impactum alapam, vel ictum fuisse fuit.

Quæres.

1 **C** Vr calumnia viro honorato inferenda (de hac enim loquitur prima pars propositionis, sub illa conditione, si

aliter, &c.) etiam sub ista modo dicta conditione, *si aliter, &c.* impediri non possit media occisione: Supponendum est ex D. Tho. quemque ad sui defensionem vi retinendere posse invasorem (cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut etiam jura doquantur.) Vnde si quis se defendere potest verbis, vel in his tantum, non debet ad facta procedere, si verberibus, non debet mutilare, si mutilatione, non debet occidere, & si haec non sufficiant, poterit occidere, intendendo per se defensionem, & per accidens mortem; maximè si fuga non sit invasio (principiè Religioso) possibilis. Hoc supposito.

2. ad quæs. & rationem assigno: quia occisio illa non esset cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec conditio illa, *si aliter bæc, &c.* esset sufficiens ad occisionem; nam etiam post illatam calumniam datur locus defensioni, purgatio illam aliis verbis contumeliosis, vel cogendo apud Iudicem reum, vel adhibendo testes suæ innocentiae: & Rat. à priori est, quia in tautum defensio occisiva est licita cum moderamine, &c. quia vita, vel facultates semel amissæ recuperari non possunt: at ignominia per calumniam illata purgari potest modis supradictis: ergo, &c. Hinc est, quod si caluninia ultra ignominiam afferat luctri, vel officii jaeturam, quæ alia via recuperari non possit, defendens procedere possit contra calumniatorem, veluti contra latronem. Glad. prop. 30.

3. Quid dicendum sit de occisione post alapam vel fustis percussionem, quæ est 2. pars propositionis damnatae? Dico hanc meritò fuisse dannatam: quia occisio, vel repercussio illa facta post alapani, vel fustis percussionem insequendo fugientem, non esset defensio, sed vindicta; non enim in casu, dum adversarius desistit, durat certamen, vel congressus, qui est duorum conflictus (nisi desistendo ibi maneret ad factum defendendum, vel ad dandum ipsi autoritatem) nec quidquam recuperari potest, sicut res recuperari potest, furem insequendo. Tum quia occisio prædicta excederet limites inculpatæ tutelæ, cum aliter honor resarciri possit. Hinc est, quod si maritus sub cervicali pugione abscondat ad occidendum uxorem, vel Titius prepararet venenum, vel accedat ad solvendum canes, vel testes patet ad occidendum, vel infra mandum Sembronium, ex quo sequitur mors ejus; his non licet occidere, cum certè alia via haec mala impediri possint. Glad. ibi. ex quibus patet reprobatio propositionum sequentium,

O P I N I O XXXI.

32.in fine

*Non solum licitum est defendere defensione occisiva , qua
altru possidemus , sed etiam ad quæ ius inchoatum habe-
mus, & quæ nos possessuros speramus.*

O P I N I O XXXII.

33.in fine

*Licitum est tam hæredi , quam legatario contra iniuste impe-
dientem , vel ne hæreditas adeatur , vel legata solvantur ,
se taliter defendere , sicut & ius habenti in Cathedram ,
vel Præbendam , contra eorum possessionem iniuste impe-
dientem , (idest , etiam istis licitum est impedientem
occidere .)*

O P I N I O XXXIII.

31.in fine

*Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius
aurei .*

Quæres.

AN liceat furem occidere bona tua magni valoris invaden-
tem? R. aliquando licitum esse , dummodo servetur mode-
ramen inculpatæ tutelæ , & mors per accidens , defensio verò
bonorum per se intendatur D.I'bo. & constat ex illo Exod. 22.
*Si effringens fur domum , sive effodiens inventus fuerit , & accepso
vulnere mortuus fuerit , percussor non eris reus sanguinis .* Dixi
cum moderamine; nam si aggressus aliter sua recuperare posset ,
quia furem e. g. cognoscit , & sunt testes de furto deponentes ,
&c. non posset furem occidere . Dixi , magni valoris ; nam non
sufficit unus aureus , ut dicitur in damnata opinione ; illud enim
non est regulariter ita necessarium , ut sine ipso nendum simpli-
citer , sed etiam commode vita substineri nequeat , & hoc est ,
quod damnatur ; sed excedere debet (probabiliter) summam
etiam quinque aureorum . Dixi denique aliquando , ut exclude-
rem ly regulariter in propositione adductum , idest generaliter ,
& in omni eventu propter rationem supradictam .

Hinc est , quod si aureus ille ita esset necessarius , ut sine illo quis
penitus vivere non posset ; quia scilicet est tota ejus substantia ,
vel quia (debitor illius) ob dilatam ejus solutionem in carceri-
bus per multis mensis detineri deberet , &c. , vel quia latro cum

armis ad furandum accederet ; (& est casus expressus in l. si ex plagi , S. Tavernarius .) vel denique , quia latro noctu venit ad furandum , tunc exhibito moderamine , si aliter res recuperari nequiret , posset latronem occidere ; quia in his casibus timere possit , latrone accessisse ad furandum , & occidendum , nisi expressè contrarium constaret . *Torre. Gladi prop. 31.32. & 33.*

O P I N I O XXXIV.

34. in fine.

Licet procurare abortum ante animationem fætus , ne puella deprehensa gravida occidatur , aut infametur . Quæres.

IN quo sensu damnata sit hæc propositio ? Supponendum est , dupliciter contingere posse abortum , vel fætus animati , vel inanimati ; & hoc etiam dupliciter , vel directe , vel per accidens . Dico nunc cum *Gladio prop. 34. & Torre.* propositionem loqui de abortu directe procurato fætus animati , ut patet , quod utique falsum esse constat : Primò quia non sunt facienda mala , ut eveniant bona , vel mala vitentur : sed est intrinsecè malum , & contra naturam generationis , procurare abortum , etiam fætus inanimati : ergo etiam urgente morte , vel infamia non licet ; aliàs ob eandem causam liceret procurare abortum fætus animati . 2. quia si non possunt testes occidi ob imminentem mortem Rei , ita etiam discurrendum est de fætu , qui est veluti testis infamiae .

Hinc patet , non esse illicitum uti medicamento directe ordinato ad salutem mulieris , ex quo per accidens sequitur mors , & interemptio fætus , sive animati (maximè quando adest moralis certitudo , post mortem mulieris prolem vivam non nascituram) sive non ; quia actus morales speciem sumunt ab eo , quod est per se , non per accidens . Imò *San.* & alii volunt , hoc procedere etiam de medicamento æqualiter ordinato , & ad salutem mulieris , & ad mortem , & interemptionem fætus , rationem assignantes ; quia præferenda est vita mulieris : si enim hæc sine medicamento deficit , & fætus etiam interimitur , & deficiente fætu ipsa vivere potest . Et denique abortum sive animati fætus , sive non , consulere tanquam minus malum in conflictu majoris , scilicet mortis mulieris se volentis occidere , licitum esse putant *Dia. &c.* Neque hæc omnia esse damnata dicunt *Torre.* & *Heges.* Sed hoc ultimum non admitto .

OPI-

O P I N I O. XXXV.

Videtur probabile, omne fætum quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur, & consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

Quæres.

Ex quibus principiis colligatur falsitas hujus opinionis? 1. deduci ex principiis fidei, quibus docemur sanctitatem, & gratiam subiectari in anima rationali: at qui illa tribuitur fœtui in utero matris existenti, ut patet ex illo. Jerem. 1. *an sequam exercites de vulva sanctificavi te;* & Joannes Baptista ab Ecclesia sanctificatus creditur in utero Matris: ergo, &c. Hinc supradicta damnatio non extenditur contra oppositum. extreme afferentes, videlicet fætum animari in principio sua conceptionis ante 30. vel 40. dies, aut contra ajentes post 90. dies, aut 4. menses, &c. *Terre. Glad. prop. 35.*

O P I N I O. XXXVI.

Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

Quæres.

1. **Q**uænam sit extrema, quæ verò gravis necessitas explicita in propositione? Supponendum est, necessitate in posse dici extremam, gravem, & communem. Prima est illa, qua quis certò brevi, idest in uno hyeme, vel vere, aut longius sit moriturus, aut aliud notabile damnum morti simile sit incursum, nisi succurratur. 2. qua quis in gravi periculo morbi gravis, vel vitæ abbreviationis, vel captivitatis injustæ, vel notabiliter cadendi à suo statu sit constitutus, sed non certò. 3. denique, qua quis non cadendo notabiliter à suo statu, quibusdam rebus indiget, quarum defectum supplere potest ipsamet sua moralis solicitude. Hoc supposito.

Quæres.

2. Quid dicendum sit de propositione? 1. non esse licitum furari in gravi, sed solum in extrema. Prima pars colligitur ex cap. *Si quis extra de furtis, ubi poenitentia trium hebdomadarum imponitur furanti in gravi necessitate: sed poenitentia supponit culpam:* ergo, &c. Tum quia non tenentur divites ex justitia elargiri eleemosynam graviter indigenti, sed tantum ex misere-

ricordia; hæc autem relinquit potestatem diviti cuique res suas tribuendi: ergo rationabiliter esset invitus, si ab alio auferrentur; læderetur enim ejus libertas: ergo,&c. Tum etiam, quia aliàs aperiretur via infinitis furtis, cum graves necessitates quotidie increscant. Tum denique quia in extrema, non autem in gravi omnia sunt communia: ergo,&c. Glad.prop.36.

O P I N I O XXXVII.

Famuli, & Famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem iudicant salario, quod recipiunt.

Quæres.

Quid sit distinguendum, quid verò notandum in hac opinione pro ejus intelligentia, & impugnatione? Supponendum est, compensationem cum omnibus suis conditionibus (de qua Ver. *Furtum q.3.*) esse licitam, nec condemnari à Pontifice per supradictam opinionem. Hoc supposito. Quoad primam partem quæs. Dico primò plura venire distinguenda. Primum est servitus gratis à servitute pro mercede. 2. est merces pactuita à non conventa. 3. est salarium pactuitum visum tenue, à non tali. 4. est salarium visum tenue pactuitum coacte, à pactuito libere. 5. est opus, ad quod famuli, e. g. se obligarunt ab eo, ad quod non se obligarunt. 6. est opus, ad quod non se obligarunt exhibitum coacte, ab eo, quod exhibetur gratis, sive etiam specie gratitudinis. 7. est coactio ab extrinseco metu proveniens, à coactione veniente ab intrinseco, scilicet paupertate. Ultimum est pretium justum, idest pro quo plures alii famuli, vel operarii inveniuntur, à non tali. Quoad 2. partem quæs. notanda est illa particula in propositione expressa, scilicet *quam majorem judicant*; ex quibus omnibus præmitis examinatur, impugnatur, & intelligitur prætata opinio per sequentes responsones.

R. &c dico 1. Si famuli (idem dicendum de operariis) serviunt gratis, certum est, non posse compensare; quia compensatio fit ex rebus debitibus ex justitia.

R. 2. Si serviunt pro mercede pactuita, & minus recipiunt, in reliquo compensare possunt; quia illud est eis debitum ex justitia.

R. 3. Si serviunt pro mercede pactuita visa tenui, ad quam coacte convenerunt, & præstant coacte opus, ad quod non se obligarunt, possunt compensationem facere. Patet ex supradictis: & idem

idem dicendum, dum exhibent opus, ad quod se obligarunt sed pretio exiguo coacte pactuito, coactione ab extrinseco veniente.

R. 4. Si serviunt pretio exiguo liberè pactuito, solum interveniente coactione ab intrinseco, scilicet paupertate, non possunt compensationem facere; & in hoc sensu damnata propositio intelligenda est. Rat. est; quia ob spontaneam conventionem cesserunt juri suo.

R. 5. Si Dominus in eventu, quo non inveniat operarium, vel famulum, qui pro justo pretio serviat (quo casu ob indigentiam famulorum crescit stipendium, sicut vilescit tempore copia) & famulus sponte se offert pro illo exiguo pretio, non poterit hic compensationem facere; quia spontanea sua oblatione facit minus valere rem; nam merces ultroneæ vilescant. Idem dicendum, quando quæsusus à Domino famulus liberè se offert pro illo pretio (quod contingit, quando duobus concurrentibus, alter, ut ipse preferatur se offert pro minori) cedit enim juri suo plus habendi.

R. 6. denique. Si famulus quæsusus, & renitens convenire pro illo pretio, sed demum gravi metu ductus, illi pretio exiguo consentit, potest compensationem facere; quia ob coactionem non censetur remittere justum premium. *Gladius prop. 37. Torre. &c.* An verò Sartores possint compensationem facere semper cum panni fragmentis? *Aff. R. San.* quia semper datur illis premium minus justo, sed nos Ver. *Contractus onerosi q. 13. id negavimus.*

O P I N I O XXXVIII.

Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furtæ, quantumcumque sit magna summa totalis. Quæres.

IN quo sensu intelligenda sit hujus propositionis damnatio? Dicendum est, teneri sub mortali ad restitutionem, qui per pauca furtæ pervenit ad materiam notabilem sufficientem ad mortale, etiam si ratione acceptiois, mortaliter non peccaverit, quia videlicet, non advertit ad furtæ priora (nam cum tali advertentia, vel intentione ab initio concepta continuandi minuta furtæ, nulli dubium est, ad restitutionem teneri, & mortaliter peccare.) Rat. est; quia illa notabilis quantitas grave damnum proximo infert; ergo, &c. Hinc est, quod notabilis illa quan-

quantitas tota restituui debet, & non sufficit, ut restituatur quantitas illa, quæ complevit summam notabilem, & sufficientem ad mortale, probabiliter ait *Gladius* prop. 38. alias quis posset dittari aliena pecunia pluries id faciens, & cum pluribus. Tum quia quantitas retenta in multis casibus posset esse notabilis, de qua loquitur condemnatio, contra *Tamb. Nav. Rebel.* & *Mol.*

O P I N I O XXXIX.

Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius danni illati.

Quæres.

Q Vot modis hæc inductio contingere possit? *N.* duobus modis, consilio videlicet, & mandato; unde qui uno ex his modis efficaciter movet ad damnum inferendum *contra iustitiam*, & damnum sequitur ex illis, tenetur ad restitutionem. Rat. est; quia laedit iustitiam commutativam: ergo, &c. Dixi, & *damnum sequitur ex illis*; quia si aliunde sequatur, vel quia mandans revocaverit mandatum, vel quia consulens efficaciter suafit oppositum, vel æquè alter paratus erat damnum facere, ac si consilium præstitum non fuisset verum est, non teneri. *Glad. prop. 39.*

O P I N I O XL.

Contractus mohatra licitus est etiam respectu eiusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præviè inito, cum intentione lucri.

Quæres.

P Ro resolutione aliquem casum in hac propositione comprehensum? Supponendum est, contractum Mohatra, italica lingua, *Stocco*, non esse quemicumque, factum cum pacto retrovenditionis, sed esse illum, quo res carius venditur creditò, ut statim vilius ematur numerata pecunia. Hoc supposito. Casus est, Mercator creditò vendit cum pacto retrovenditionis pretio rigoroso, sed justo, ut redimat numerata pecunia viliori, & cum intentione hujus lucri, quod certè per se illicitum est, & in prædicta propositione condemnatum, cum revera in intentione sit mutuum, non verò emptio, & venditio, nisi palliata: sed ex mutuo aliquid recipere, est usura: ergo, &c. Idem dicendum est propter eandem rationem, quando Titius pecuniā am-

petit

petit à mercatore , & hic offerat merces rigoroso pretio ex intentione , ut rediūnat infimo , licet hoc in pactum non deducat ; vel quando Titius ultnam panni , vel tritici credito petit à mercatore , & hic sciens Titium revenditurum pannum alteri pretio medio , dicat illi post venditionem , ut sibi retrovendant , & offerat ei infimum pretium (sciens ob verecundiam , quia ab ipso Titius accepit creditò) consensurum.

Hinc est , quod non tadant sub condemnatione . Primo si mercator post venditionem panni , c. g. petat à Titio , ut sibi retrovendant eo pretio , quod repererit pergeris ad forum , ut vendat . 2. si mercator sciens , Titium pannum petendo , eo non indigere , sed pecunia , ipsumque revenditurum viliori pretio , vendat rigoroso cum intentione redimendi viliori , nullo tamen interveniente pacto implicito , seu explicito . 3. à fortiori , quanto in mercatore nullum pactum præcesserit retrovenditionis , & nulla intentio redimendi vilius , nec scientia an Titius panno indigeat , vel pecunia , & an pannum debeat retrovendere , & ipse bona fide illam venderit pretio rigoroso ; quia in his casibus , respectively , nulla palliatio mutui intervenit , nullumque onus injustum (pacto non interveniente) imponitur Titio . Glazius prop. 40.

O P I N I O X L I .

Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda , & nullus sit , qui non majoris faciat pecuniam præsentem , quam futuram , potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatorio exigere , & eo titulo ab usura excusari. Quæres.

Cur temeraria sit , & damnata hæc opinio? R. quia falsum est , pecuniam præsentem ex sua natura , & absolute loquendo , præscindendo ab extrinsecis circumstantiis lucri cessantis , & damni emergentis , periculi amitteri capitale , &c. sed otiosam in arca manentem , mutuò traditam personæ securæ , esse pretiosiorem futura , seu numeranda , & ea ratione excusare posse mutuantein à vitio usuræ : Illa enim major aestimatio præfixa , non est consona rectæ rationi , sed immoderata , & ex nimio affectu pecuniae , & vitio avaritiæ proveniens , alias nunquam committeretur usura , in qua semper intervenit pecunia numerata pro numeranda . Tum quia liceret etiam ultra sortem exigere aliquid ratione carentiæ pecuniae ; quinimò & carius vendere

dere ratione expectatæ solutionis; in idem enim redit tradere numeratam pro numeranda pecunia, & expectare pecuniæ solutionem: quæ omnia sunt contra communem DD. & damnata ab Alex. VII. *Gladius* prop. 41.

O P I N I O XLII.

Vsura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur tanquam ex justitia debitum. Quæres.

IN quo sensu damnata sit hæc propositio? Supponendum est, posse mutuanter ex D. Tho. &c. aliquid ex mutuatarii benevolentia, non tanquam debitum, sed tanquam gratuitum donum accipere; nec intuitu mutui, sed tanquam mutui pretium, quod alii etiam extendunt, si mutuans illud intendat, imò & habeat, taliter, ut non mutuaret, si re sperata careret; quia hoc non est exigere, sed accipere, nec debitum aliquod impone. Hinc sensus propositionis dammatæ est, quando aliquid ultra sortem exigitur, sive ante mutuum per pactum, sive post per petitionem, & instantiam, ut debitum, licet ex gratitudine; quia certè est palliatio usuræ: nam eò ipso, quod exigitur ut debitum, & solvit ut debitum aliquid ultra sortem pretio æstimabile, non potest esse ex gratitudine. *Gladi.* prop. 42.

O P I N I O XLIII.

Quidni non nisi veniale fit detrahentis autoritatem magnam, sibi noxiā falso crimine elidere? Quæres.

Rationem falsitatis hujus propositionis? &c. & assigno læsionem proximi in materia gravi, nempe in fama: at qui hujus violatio est mortalis contra præceptum dilectionis proximi, etiam si sumatur ut medium ad propriam defensionem, cum ex suo genere talis sit, obligetque ad semper per negativum præceptum; ergo, &c. Tum quia læsio gravis in rebus temporalibus est mortale peccatum: ergo à fortiori in fama, quæ proportionis est divitiis. *Gladius* prop. 43.

OPI.

O P I N I O X L I V .

*Probabile est non peccare mortaliter , qui imponit falsum
crimen alicui , ut suam iustitiam , & honorem defendat.
Et si hoc non sit probabile , vix ulla erit opinio probabi-
lis in Theologia .*

Quares.

VNDE constet improbabilitas hujus opinionis? R. constare ex dictis in præcedente propositioni . Hinc sequitur excludi à condemnatione reum , vel advocatione imponentem testi , vel accusatori verum crimen , sed occultum ad enervandum dictum ipsius ; quod intelligendum est primo , si contra reum in iuste procedatur . 2. si huic alia non adsit via , vel locus defensioni . 3. ut non manifestentur crimina , nisi conducentia ad finem ; & denique ut reus non plus infameret , quam infamatur . Ita communiter . Glad. prop. 44.

O P I N I O X L V .

*Dare temporale pro spirituati , non est simonia , quando
temporale non datur tanquam pretium , sed dumtaxat
tanquam motivum conferendi , vel efficiendi spirituale;
vel etiam quando temporale sit solum gratuita com-
pensatio pro spirituali , aut è contra .*

Quares.

QUOT in hac propositione secerni debeant damnata? R. duo distinguenda esse , primum est dare temporale pro spirituali , ut motivum conferendi , vel efficiendi spirituale . 2. est dare temporale pro spirituali tanquam gratuitam compensationem , vel è contra . Primum non esse liberum à tetroremo vitio simoniae , constat primo ex D. Tho. qui docet simonię esse collationem beneficii ad preces alterius cum intentione comparandi sibi favorem humanum ; hic enim pro re nondum habita , quamvis erga eam non se habeat ut pretium formale , se habet tamen virtualiter : ergo multo magis simonię est traditio beneficii ex motivo rei temporalis traditæ . 2. constat quia alias sequitur , extra casum conventionis , & pacti , nullum actum esse simonię , & sic solam conventionalem admit-

mitti debere simoniam, non verò realem; nam nullus benè sentiens de spiritualibus, pro his dare vult temporale ut premium: unde aperiretur via omnia dandi propter pecuniam. 2. simoniæ labo esse insectum, constat etiam ex ipsis verbis propositionis, videlicet quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, & e' contra & recompensare enim est reddere pari pondere, & supponit rem jam acceptam, unde non respicit affectum dantis, sed satisfactionem, quantumcumque compensatio illa dicatur gratuita, videlicet, quia in ea nullum intervenit pactum; ac proinde verè res spiritualis pretio aestimatur, dum vel temporale exhibetur, ut proportionata merces, & satisfactione spiritualis, vel res spiritualis, ut merces, & retributio pro temporali; quod certe est commutare rem spiritualem cum temporali, labo simoniæ non carens. Hinc est, quod dare spirituale pro temporali, vel e' contra per modum compensationis, vel non (videlicet per modum antidoralis, & gratuitæ obligationis, quando scilicet, non intentione lucri, nec remunerationis aliquid præstatur, vel accipitur, quod carere vitio simoniæ concedunt omnes DD., dummodo hoc in pactum non deducatur) pendet à voluntate, & intentione dantis: Vnde vitium simoniæ reperiiri poterit respectivè in dante, vel accipiente, si in hoc, vel illo tantum reperiatur illa prava voluntas, & alteri per probabilitatem indicia illa non constet. *Gladius prop. 45.*

O P I N I O X L V I .

Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; immo etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis.

Hæc propositio cum sua ultima abominabili parte, *sic us illua* (scilicet, temporale, &c.) est extensio præcedentis ad motivum etiam principale, & ad finem, &c. quapropter si evidenter damnationis in illa resulget ex dictis, à fortiori in ista. *Gladi. prop. 46.*

O P I N I O X L V I I .

Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiae magis utiles ipsis iudicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primò videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignas, non verò dignes; vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

Quæres.

Cur interdicta sit hæc expositio Concilii? &c. & ratione assigno; quia scilicet, *Trid. sess. 2. 4. de reform. c. 1.* non imponit novum præceptum, sed reducit ad memoriam, quod jam erat, nempe divinum, & naturale, ait enim loco citato; *ut in primis meminerint, nihil se ad gloriam Dei, &c.* Sed de jure Divino, & naturali est, (juxta communem sensum DD.) ut dignior eligatur: ergo in hoc sensu loquitur Conc. nam sumendo comparativum pro positivo, nec excludendo indignos: immo & hoc etiam, quando non sit concursus, cum ibi loquatur cum habentibus jus promovendi, qui solent hoc facere sine concursu: maximè quia in eodem capite mentionem facit de Cardinalibus, & Pastoribus, qui sine concursu promoventur; ait enim *Postremo eadem S. Synodus, &c. Tr. sess. 6. c. 1. de reform.* loquitur de Patriarchis, Metropolitanis, Prelatis, &c. quibus dignitates sine concursu conferuntur. Qui autem reputandus sit altero dignior. Vid. *Authores, præcipue Gladium. prop. 47.*

Q P F N I O X L V I I I .

Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involuere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino dissonum rationi videatur.

Quæres.

Cur secundum se, & ex genere suo fornicatio sit mala? Supponendum est ex *Scoto cum communis Scotistarum; omnia*

peccata

peccata esse mala , quia prohibita , vel per legem æternam , naturalem , vel per positivam divinam, aut humanam , ex illo Apost.ad Rom. 3. *Per legem cognitio peccati ; & cap. 4. Vbi non est lex, neque prævaricatio .* Et cap. 7. *peccatum non cognovi nisi per legem .* Quando autem dicitur , aliquod esse prohibitum , quia malum in se, id penes alios DD. intelligitur communiter dumtaxat in ordine ad legem positivam , in quo sensu negat propositio prædicta fornicationem esse prohibitam , quia malam in se, sed tantum , quia interdicta per ipsamnet legem positivam hoc supponito .

Ne idco fornicationem esse ex suo genere malam , & prohibitam , quia malam per legem naturalem ; in ipsa enim intervenit emissio semenis contra rectum finem , & ordinem intentum à natura , quantum ex se , & ex fornicario actu ; nam talis emissio ordinata est à natura ad propagationem speciei , quæ obtineri non potest sine debita nutritione , & educatione , pro quibus necessaria est (natura dictante) commandentia ad longum tempus , ut patet etiam in iis animalibus , in quibus sola femina non est sufficiens ; ut in avibus , unde altero parente eunte ad cibum quærendum , aliuni remanere necesse est . Quæ omnia licet suppleri possent à fornicariis , hoc tamen non esset nisi per accidens , & ratio petenda est ab eo , quod est per se , non ab eo , quod est per accidens : ergo , &c. *Gladius prop. 48.*

O P I N I O XL.

Mollities iure natura probita non est ; unde si Deus eam non interdixisset , sœpè esset bona , & aliquando obligatoria sub mortali .

Hæc propositio ex suis terminis detestabilior apparet priori re , nec impugnatione indiget , cum ejus falsitas à fortiori deducatur ex dictis in superiori propositione ; nam si fornicatio , quæ est contra fines secundarios generationis ex genere suo , & naturaliter mala est , quid dicendum erit de effusione semenis repugnante fisi & naturali ordini venerei actus , qui conuenit humanae speciei ? quapropter dici solet peccatum contra naturam . *Gladius , prop. 49.*

O P I N I O I .

Copula cum conjugata consentiente Marito , non est adulterium; ideoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum.

Quæres.

Cur consensus Mariti non eximat copulam uxoris à delicto adulterii? R. quia vir non est Dominus absolutus uxoris, ut pro suo libitu possit eam prostituere, vel ea abuti, sed ut certo tantum ordine ea utatur, & consequenter, etiam marito consentiente, datur locus injuriae, & injustitiae. Tum quia injuria, quæ irrogatur propriæ proli, dum ob incertitudinem alienæ, bonis paternis privatur quoad illam portionem, quam aliena consequitur, non potest à Marito remitti; & licet huic malo occurreretur, hoc esset per accidens, & obliquitas, vel reætudo astus desumenda est ab eo, quod est de per se. Hinc est, quod copula commissa cum conjugata consentiente marito, verum est adulterium, & ut tale in confessione exprimendum, quamvis non teneatur ad restitutionem adulter. *Gladius.* prop. 50.

O P I N I O L I .

Famulus , qui submissis humeris , scienter adiuuat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem , & multoties eidem subservit deferendo scalam , aperiendo ianuam , aut quid simile cooperando , non peccat mortaliter , si id faciat metu notabilis detrimenti , putane à Domino male tractetur , ne torvis oculis aspiratur , ne domo expellatur .

Quæres.

An metus aliquis temporalis possit aliquem excusare à prava operatione, non intendendo peccatum, sed tantum actionem præviam, ut medium ad illud. R. neg. quia actio illa prævia est intrinsecè mala, cum sit circumstantiata fine mala, neinpè cooperandi ad peccatum; alias si tantum indifferens esset, absque ulla justa causa non esset illicita, quod falsissimum esse patet consideranti. Notanter dixi in quæ. *Sed tantum actionem illam præviam, us medium ad illud ; nam ea , quæ sic*

C c

non

non influunt ad peccatum, & valdè remotè ad illud se habent, ut sunt simplex comitatus causa obsequii, ex suo officio famulo id incumbens, stratus equi, numeratio, receptio, vel designatio pecuniae usurarii, condere ex officio cibos, &c. dici non possunt mala, & consequenter nec media cooperativa ad peccatum, sicuti sunt expressa in propositione, & rursus essent sternere lectum, associare concubinam, illam ducere ad locum peccati, ei januam aperire, ei deferre internuncia turpia, vel epistolæ ad peccatum provocantes, determinare tempus, & horam, accommodare cubiculum secretum, deferre epistolam continentem provocationem ad duellum, &c. accommodare gladium, sclopum, vel pulverem tormentariam praestando ad illorum abusum; Et denique omnia illa, quæ sunt cooperativa ad illa genera peccatorum, quæ sunt intrinsecè mala; à quorum, inquam, malitia nullus metus excusare potest; sicuti metus notabilis detrimenti excusare potest ab iis, quæ sunt de jure positivo, ut à fraktione jejunii, &c. *Gladius.* pro. 51.

O P I N I O LII.

Præceptum servandi festa, non obligat sub mortali seposito scandalo, si absit contemptus. Quæres.

Cur obliget sub mortali præceptum servandi festa? R. obligare, quia in quantum in eo præcipitur, quod homo aliquo tempore Deo yacet, est de jure naturæ, & contentum in præceptis decalogi; in quantum verò est determinativum temporis, obligatio ejus venit ab Ecclesia, quæ potestate in habet condendi leges ex justa causa. *Gladius.* pro. 52.

O P I N I O LIII.

Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo sacro, qui duas eius partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit. Quæres.

Cur quatuor partes Missæ unam confilare non possint? R. quia nec physicè, nec moraliter uniuntur; non quidem physicè, quia sunt in diversis subjectis; nec moraliter, quia non se habent successivè, sicut est de ratione Missæ, imò & ejus auditionis; alias satisfacerent Choro, qui recitarent matutinum, aliis

aliis scilicet persolventibus horas, quod est absurdum. Hoc tamen non obstante, adhuc remanet in sua probabilitate opinio afferens satisfacere præcepto audiendi Missam, qui duas medietates successivè à diversis celebrantibus audit, nec esse condemnatam ob oppositam rationem: sicut & illam *San.* di- centis obligationi duplicis Missæ, vel Missæ, & officio satisficeri posse simul eas audiendo, vel simul recitando: & Rat. esse potest; quia duo successiva simul existere possunt, quas tamen duas posteriores opiniones falsas reputat *Gladius.* prop. 53.

O P I N I O LIV.

Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest tamen reliquias horas, ad nihil tenetur, quia maior pars trahit ad se minorem.

Quæres.

AN vera sit ratio in præsenti adducta ad liberandum recitandum ab obligatione horarum; quia scilicet, *major pars*, &c. R. neg. nam ea valet dumtaxat, quando extra materiam iustitiae, partes inter se sunt connexæ, & una non potest esse sine alia moraliter, ut est sacrificium respectu celebrantis, quod non verificatur in casu; nam materia officii est divisibilis, & præceptum ipsius, licet unicum, ob divisibilitatem tamen materiæ, ita potest se extendere ad unam partem, & ad hanc obligare, ut non obliget quoad aliam. Hinc est, quod qui breviario caret, vel lectionibus, & memoriter scit horas, vel psalmos ad horum tenetur recitationem: similiter qui legi- mè impeditus, Missam ultimam in Præfatione, imo etiam post consecrationem reperit, eam tenetur audire. *Gladius.* pro. 54.

O P I N I O LV.

Præcepto Communionis annuae satisfit per sacrilegum Domini maduationem.

Quæres.

ANEcclesia præcipere possit actus internos; quod est in casu ratio dubitandi? R. aff. quando actus interni necessariò sunt connexi cum externis: Hinc subfumo: sed digna susceptio sacramenti est modus essentialis in esse moris, & formaliter ipsius susceptionis, videlicet, ut est cibus animæ (sub quo modo cadit sub præcepto ex c. omnis ueriusque Jesus): ergo illud

indignè suscipiens non satisfacit præcepto Ecclesiæ. Idem à fortiori dicendum est de suscipiente Eucharistiam in articulo mortis , cum in ipso vigeat non tantum Ecclesiasticum , sed Divinum præceptum. *Gladi. prop. 55. contra Tamb.*

O P I N I O LVI.

Frequens Confessio , & Communio etiam in his , qui gentiliter vivunt est nota prædestinationis . Quæres.

Q Vot sint absurdia hujus perniciosa propositionis? *q. esse plura ; nam inde præberetur primo motivum gentiliter viventibus frequentandi sacramenta ob hypocrisim, ut ipsi inter prædestinatos habeantur . Deinde præberetur ansa peccantibus sine ulla emendatione; fidandi de salute . Tum quia id est contra signum prædestinationis (inter alia signa moralia tantum certitudinem inducentia) à D. Aug. adductum, quod est sanctus vitæ discursus. Tum etiam , quia frequentia Sacramentorum sine vitæ emendatione , potius poenam , quam præmium promeretur. *Gladi. pro. 56.**

O P I N I O LVII.

Probabile est , sufficere attritionem naturalem , modò honestam . Quæres.

C Vr non sufficiat attrito naturalis ad obtinendam gratiam in Sacramento Pœnitentiae? *q. non sufficere , quia imprimitur sic determinatum fuit in Conciliis Arausc. 2. Can. 6. Milevi. & Trid. Jeff. 14. cap. 4. quibus accedit ratio ; nam dispositio ad formam , debet esse huic proportionata , sicutem geometricè : ergo si gratia est ordinis supernaturalis , & dolor est dispositio ad illam , hic debet esse supernaturalis . Tum quia peccatum est contra Deum Authorem supernaturalem , avertens à bono supernaturali : ergo , &c. Hinc sequitur , nec etiam sufficere attritionem existimatam , nec naturalem ut talem putatam , vel dolorem de parentia doloris : quia hic bene flare potest cum affectu ad peccatum , & illa utpote materia Sacramenti debet esse vera , non apprens , *Gladius. pro. 57.**

O P I N I O I.VIII.

*Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alii-
cuius consuetudinem.*

Quæres.

IN quo sensu intelligenda sit hujus propositionis damnatio? *R. in eo sensu, in quo propositionem ut veram admittunt Reginal. Zerolla, & Sor. apud Bon. item Vasq. Dia. apud Tamb.* videlicet, quod pœnitens non tenetur Confessario interroganti fateri consuetudinem alicuius peccati, si adhuc ipsa perseverat; quod falsum esse patet, quia Confessarius non tantum est Judex, sed etiam Medicus: ergo cognoscere debet non tantum morbum, sed etiam modum ipsius, ut salutarem possit applicare medicinam; ut passim loquuntur PP. & DD. exemplo Medici corporalis, qui nisi vetustatem morbi cognoscat, non potest morbo conveniens præbere remedium: ergo, &c. Tum quia Confessario constare debet de pœnitentis dispositione; at qui hæc maximopere dependet à cognitione consuetudinis: ergo, &c. Notanter dixi, si adhuc persevereret; nam si per mensum, vel diuturnius tempus, ipsa, vel occasio reincidentia extirpata fuerit, non tenetur pœnitens eam manifestare, ex opposita ratione. *Gladius. prop. 53.*

O P I N I O LIX.

*Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confes-
sos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis
v.g. potest contingere in die magna alicuius festivita-
tis, aut indulgentiae.*

Quæres.

AN præceptum divinum positivum integratatis moralis confessionis aliquando excusat? *R. aff. in casu necessitatis, vel confessionis, absolutè, aut ex præcepto Divino faciendæ, ut in articulo mortis; vel scandali vitandi, aut alterius gravis danni. Hinc est, quod nec concursus pœnitentium in die, &c. nec præcisa inopia superiorum pro reservatis, nec periculum expirandi tempus communionis in Paschate, sufficiunt ad dimidiandum confessionem; nam communio in Paschate est de jure Ecclesiastico, in magna solemnitate fit tantum devotionis*

C c 3

gra-

gratia, & reservatis aliter provideri potest ; præceptum vero integratis est de jure Divino: ergo, &c. *Gladius.* prop. 59.

OPINIO LX.

Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, et si emendationis spes nulla appareat, nec est deneganda, nec differenda absolutio; dummodo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

Quæres.

Quid in hac propositione veniat condemnatum, quidque non? Supponendum est: Aliud esse spem emendationis apparere: Aliud spem illam executioni mandare; potest enim quis habere firmum, & efficax propositum non peccandi, & tamen dubitare se peccaturum. Primum namque est actus voluntatis; 2. vero intellectus: illud dici potest emendatio affectiva ut contradistincta ab effectiva, quæ stat in duratione prædicti propositi in exercitio, quæ omnia cognosci possunt a Confessariis. Hoc supposito. **R.** primò, non damnari in prædicta propositione, quod deneganda sit absolutio pœnitenti, de quo timetur ipsum non mandaturum executioni emendationem, dummodo actualiter constet de ejus emendatione, non tantum oretenus, sed in voluntatis proposito habente pro objecto futuram executionem; in propositione enim dicitur, *& si spes emendationis nulla appareat;* quod in casu non verificatur: Et ratio horum est; quia sicuti dilectio affectiva (qua homo firmiter proponit Deum diligere; ita ut omnia, quæ ipsi placent, admittat, omniaque ipsi displicantia excludat, ut contradistincta ab effectiva, quæ consistit in executione, & duratione prædicti propositi in exercitio) sufficit ad justificandum hominem; ita sufficiens erit ad disponendum hominem emendatio affectiva: eò vel maximè, quæ si conjuncta erit cum contritione jam ante absolutionem justificat; ergo, &c. Quomodo autem cognosci possit emendatio affectiva. Dic, cognosci posse ex aliquibus signis, videlicet si pœnitens detestetur omnia media conducentia ad peccatum, amplectaturque omnia media ad illud vitandum necessaria, rarius peccet, dum cogi posset sponte confitetur, accedatque cum majori dolore, &c.

R. 2. in prædicta propositione damnari collationem absolutionis iis,

iis, qui solum vocetenus affirmant se dolere, &c. & proponere emendationem, dum revera hanc non habent; quia scilicet, affecti sunt ad peccatum, media dura ab ipsis concipiuntur, confitentur ex concepto timore scandali, &c. Et Rat. est; quia in his non datur efficax propositum, quod est materia proxima requisita ad valorem Sacramenti, nec de eo constat, immo contrarium apparet: unde eis non est credendum, quamvis in foro poenitentiae sint testes, & Rei. Gladius. prop. 60.

O P I N I O N E LXI.

Potest aliquando absolviri, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimmo directe, & ex proposito querit, aut ei seingerit.

Quares.

Quanta sit temeritas hujus propositionis? si esse talem, ac tantam, ut non solum quoad ejus abominabilem secundam partem, quinimmo, &c. sit expressè contra communem sensum DD. sed etiam quoad i. qui enim non habet dolorem, & propositum non peccandi de cætero, non est capax absolutionis; sed ita se habet, qui est in proxima occasione, quam potest, & non vult dimittere: ergo, &c. Quoniam enim dici poterit, quis habere dolorem, dum habet affectum virtualem ad peccatum regulariter consequens ad proximam occasionem. Hinc sequitur, eum, qui è deinde non vult eiicere concubinari, non esse absolvendum, nisi prius ejecerit, quamvis maxima doloris signa, & propositi ostendat; nam licet hæc signa sufficientia sint ad impendendam absolutionem consuetudinario, non tamen concubinario; quia huic voluntaria est occasio, illi autem non est in sua potestate, statim à se consuetudinem eradicare. Excipe primò, nisi ostendens talia signa; vel jam præparaverit oportuna remedia, ad eam eiiciendam; vel à copula cum ipsa per multum tempus abstinerit, cogitans interim quoniam de ea disponere poslit; vel ipsa foemina semel, aut his consenserit, sed multoties restiterit, & victoriam repetaverit; (tunc enim ex parte sua non versatur in proxima occasione.) Vel denique nisi ita per infirmitatem concubina deformis effeta sit, ut non amplius adsit periculum. Prædicta tamen intellegenda sunt, quando in potestate concubinarii est, concubi-

nā expellere:nam si filius familias e.g. esset concubinarius cum ancilla, vel famula , tunc potius consuetudinarius dici deberet, & pro ipso absolvendo servari deberet regula præcedentis , & subsequentis propositionis , proponendo ei media opportuna, videlicet , ne solus cum sola alloquatur , communicet, &c. ita *Gladius.* prop. 61.

O P I N I O . EXII..

Proxima peccandi occasio non est fugienda , quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit. Quæres.

AN aliqua causa excusat à fuga occasionis proximæ, nullam causam excusare posse . Probatur ratione universali . Non sunt facienda mala, ut eveniant bona; sed proxima occasio est malum : ergo , &c. & hoc adē verum est , & consonum rationi, ut pro eo debilitando, nec scandalum , nec infamia , nec aliud quidquam in depositione occasionis, e. g. concubinæ, adduci possit , cum salus animæ naturali lumine præferenda sit quibuscumque temporalibus . Imò si occasio esset cum fratre, vel sorore , potius isti ingredi Religionem deberent , & hoc caderet sub præcepto, si aliter scandalum, vel occasionem vitate nequirent . Hinc semper ac quis dat operam rei illicita , vel non simpliciter necessaria , & debita , ea mala, quæ sequuntur, & sunt prævisa, imputantur ei ad culpam , & consequenter eorum occasions vitare debet . Hinc si ex colloquio mulierum quis involuntariè se polluat , debet à colloquio abstinere: non sic , qui ad morbum impediendum utitur cibo in pollutionem involuntariam, & non intentam influente .

Quod dictum est, intelligitur de occasione versante circa præcepta negativa , quæ obligant semper , & ad semper , non autem de occasione , quæ versatur circa præcepta humana ; in his enim quidquid excusat ab ejus observantia , excusat etiam ab occasione illa transgrediendi ; ut si quis ex conversatione aliqua , quam omittere non potest sine notabili detrimento, desereret horarum recitationem,&c. *Gladius.* prop. 62.

O P I N I O . LXIII..

Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali , vel temporali nostro , vel proximi.

Quæres.
Quid

O Vid præsens propositio præcedenti superaddat? R. hanc opinionem laxiorem esset præcedente; nam illa dicebat, non esse deserendam occasionem, supposito, quod quis in ea reperiretur, hæc verò ait, licitum esse eam directè querere, quod falsum esse constat ex ibi adducta ratione; non enim facienda sunt mala, ut eveniant bona. Hinc est, quod non possit aliquis exponere se periculo peccandi, ut convertat meretrem e. g. vel ire ad infidelium conversionem cum sui detrimento; hoc enim esset directè querere occasionem, (prout ly directè contradistinguitur ab eo, quod est per accidens, non verò ab eo, quod est principaliter intentum, in quo sensu loquitur propositio.) Dixi, hoc enim esset querere, etc. nam contigere potest, ut quis non querat occasionem, sed in ea postea reperiatur, vadens ad aliquod opus efficiendum, vel ex officio, vel ex charitate, ut dici solet de Medico, Chirурgo, Parrocho, vel Confessario: in quo casu dicendum est id, quod statuimus in præcedenti propositione, videlicet, quod si supradicti per macerationam, & interiores animi præparationes nequeant occasioni prævalere, potius officium deserere debent, ex ratione ibi adducta; quia scilicet, bonum spirituale propriæ salutis cuicunque alteri est præferendum, etiam præcepto Ecclesiastico e. g. audiendi missam, si ei afflendo proxima præberetur occasio mulierem adamandi, concupiscenti, &c. & aliter, ut nuper dixi, id vitari non posset; præceptum enim divinum prævalet Ecclesiastico. Gladi. prop. 63.

O P I N I O L X I V .

Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini N. Jesu Christi. Quæres.

VNDE in casu prædictæ propositionis oriatur incapacitas absolutionis? R. oriri ex peccato, quod tecum defert culpabilis ignorantia prædictorum, quod tolli non potest per absolutionem, nisi ignorans prius instruatur, & se disponat ergo, &c. Gladius. prop. 64.

O P I N I O L X V .

Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

*Quæres.
Quid*

Quid condemnetur in hac propositione? **R.** damnari, vel primò, quod sufficiat Mysteria Trinitatis, & Incarnationis semel credidisse, cui actu si succederet eorum ignorantia culpabilis, adhuc ignorans capax esset absolutionis; vel secundò quod sufficiat semel hæc mysteria explicitè credidisse pro adimpletione fidei explicitæ sub præcepto. *Gladius. pro. 65.*

O P I N I O L X V I .

Scientia ex confessione acquisita uti licet, modò fiat sine directa, aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis, nisi aliud multò gravius ex non usu sequatur, in cuius comparatione prius merito contemnatur. Quær.

1 **A**n Confessarius possit quandoque vti scientia ex confessione acquisita? **R.** aff. dumtaxat si id faciat sine directa, aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis copulatively. Vnde Confessarius vincibiliter ignorans, aliquid esse peccatum, quod postea scit ex confessione viri docti, potest hac notitia uti ad melius suam, & aliorum conscientiam examinandam. Et similiter poterit superior (nihil exterius operando quod minimum pœnitenti incommodum afferre possit) not itia confessionis uti ad prudentius se gerendum in Monasterii custodia e. g; non poterit tamen occultè denegare suffragium, cui ex eadem notitia noverit esse indignum, ob gravamen, quod ei sequeretur. *Dia. part. 5. tract. 11. ref. 3.* Et 4. Janu. Gones &c. Et in hoc sensu certum est, non fuisse damnatam prædictam propositionem quoad suam primam partem, sed dumtaxat quoad secundam. Vnde. Quær.

2 An Confessarius uti possit prædicta scientia cum gravamine pœnitentis, quando ex non usu illius sequitur eidem pœnitenti aliud majus gravamen, & talis conditionis, ut hoc secundum comparatum priori sit pluris faciendum, adeò ut prius esset contemnendum; ut si pœnitens v. g. ob homicidium commitendum in confessione expressum, esset mortis supplicio condemnandus, cui occurrere volens Confessarius (summa cautela, & prudentia) pœnitentem accusare facit apud Magistratum de alio crimine ab ipso commissso, & extra confessionem noto, ob quod exal efficitur? **R.** neg. quia in primis redderetur odiosum, & formidabile sacramentum pœnitentiae, etiam apud ipsum

ipsum prædictum pœnitentem, qui rationabiliter conqueri posset de malo, quod sibi ex confessione, & contra suam voluntatem obvenit, quod ut sic revera in se malum est, licet comparativè sit levamen: ergo, &c. Deindè ex allata doctrina posset à fortiori Confessarius cum gravi pœnitentis damno uti notitia ad evitandum grave, & majus malum Reipublicæ, in cuius comparatione meritò contemnendum esset minus damnum pœnitentis. Et denique, quia & si supposita diligentia, & cautela confessarii, ignoret pœnitens malum ei ob confessionem obvenire, sufficit tamen ad eum, à tam salubri, & necellari Sacramento retrahendum, si sciat, ut scire potest, Confessarios tales, & similes opiniones sequi posse. Ita *Gladius* in Appendix.

Opus servile quale sit. v. Festorum observantia.

Oratio quid sit. v. Actus Religionis q. unico.

Oratoria privata an dicantur prectâ auctoritate Episcopi. v. Luxuria sacrilegii q. 14.

Ordo quid sit, & quatuorplex conditiones ad ipsum requisita. v. Sacramentum Ordini. &c. q. 1. &c. Ordo servandus in appellatione juridicâ. v. Iustitia sententiae q. 10.

Oriundus Dioecesis pro Ordinibus suscipiendis quis dicatur, &c. v. Sacramentum Ordini. &c. q. 19. &c.

Osculum an sit mortale peccatum. v. Luxuria q. 3.

Ova an comediri possint in die jejunii a lacticiniis, voto promissi. v. Vetus q. 37.

P

Paganismus quomodo repugnet rebus fidei. v. op. 4. Inno.

Parochus sciens impedimentum, an possit assistere matrimonio. v. Sacramentum in genere q. 30. An possit exponere ad Confessiones approbatum ab alio, quam ab Episcopo loci, vel alium Parochum alterius Dioecesis, vel simplicem Sacerdotem. v. Sacramenti Pœnit. Minister Ordini. q. 4. &c. v. Confessio annua q. 32. & 33. Parochus proprius contrabentium quis sit. v. Sacramenti matri. &c. q. 65. &c. Quando sit eligibilis virtute Jubilæi. v. satisfactio per Jubilaum q. 20.

Parvitas materiæ in luxuria an detur. v. Luxuria q. 7. v. Luxuria pupri q. 9.

Pater an possit offerre filiis occasionem furandi. v. Scandalum q. 7. Quomodo erga filios. v. Honor parentibus, &c. q. 8.

Patria potestas quamdiu duret. v. Contradictio in genere q. 30. v. Honor parentibus, &c. q. 13. & 14.

Patre posse fari quis subiectus sit. v. Censura excom. si quis, &c. q. 43.
 Patrinus baptismi quis possit esse, &c. v. Sacramenti Baptismi, &c.
 q. 9. &c. Patrinus in Confirmatione an sit necessarius, &c. v. Sacra-
 mensum Confirmat. q. 25. &c.

Peccans spe Jubil ei an, &c. v. Satisfactione per Jubileum q. 41.

Peccatum in genere an sit materia sufficiens, &c. v. Sacramenti Pœ-
 niti. materia remo. q. 6. &c. Peccatum dubium an sit materia nece-
 saria, &c. v. ibi. q. 2. &c. Peccatum contra naturam quid sit, &
 quotuplex. v. Luxuria peccati, &c. q. 1. &c.

P E C C A T U M.

Quares.

Q Vid sit, & quotuplex? &c. peccatum actuale ex D. August. lib. 22. contra Faustum, esse dictum, factum, vel concipi-
 tui, contra legem Dei æternam. Vnde ad 2. peccatum actuale dividitur primò in peccatum commissione, quod opponitur præcepto negativo, obligante semper, & pro semper: ut quan-
 do fiunt quæ prohibentur; & in peccatum omissionis, quod opponitur affirmativo præcepto obligante semper, sed non pro
 semper: ut quando non fiunt, quæ præcipiuntur. Et tam secundū quam primum dividitur 2. in peccatum, quod aliud sit cordis, aliud oris, aliud operis, de qua divisione Aug. in sua definitio-
 ne: & verificari potest, vel de uno, eodemque peccato, e. g. de
 vindicta, quæ primò in corde concipitur, deinde per verba
 contumeliosa ad os progreditur, & tandem ad opus per per-
 cussionem, vel occisionem: Vel de diversis; nam infidelitas perficitur in corde, detractio in ore, & homicidium in opere.
Affessanus lib. 2. de pœnit. in communi.

Dividitur 3. peccatum in spirituale, & carnale; illud est, quod in delectatione spirituali perficitur, & consumatur, v.g. superbia, inanis gloria, &c. Carnale verò est, quod perficitur in delecta-
 tione carnali; ut Gula, Luxuria, &c. Vnde dixit Apostolus ad Corin. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.*

Dividitur 4. peccatum ex parte motivi, in illud ex ignorantia, ex
 passione, & ex malitia. Peccatum ex ignorantia est illud, quod ab ignorantia vineibili, voluntarium minuente, tanquam à
 causa per accidens procedit, juxta illud ad Corin. 2. *Si cognovis-
 sent, nunquam Dominum gloria crucifissent.* Dixi ab ignorantia
 vincibili; quia quod ex invincibili provenit, non est peccatum,
 nam talis ignorantia aufert omnino voluntarium necessarium
 ad peccatum. Dixi etiam, voluntarium minuente, ad excluden-
 dam.

dam ignorantiam affectatam , & directè volitam ; quia talis ignorantia præfatum voluntarium non tollit , & propterea non constituit peccatum ex ignorantia , sed ex malitia : nam ideo vult quis ignorare , ut liberius peccet , & sic prima radix peccati non est ignorantia , sed voluntas ignorandi . Peccatum ex passione est illud , quod ex motivo vehementi appetitus sensitivi trahentis voluntatem ad consensum , & proinde ejus libertatem minuentis originem dicit , juxta illud Jacob . 1. unusquisque sensatus à concupiscentia sua abstrahit , & illegetur . Ad hoc autem , ut peccatum dicatur ex passione , requiritur ut passio perturbans intellectum antecedat , & quodammodo extorqueat voluntatis consensum ; ut docet Sto. in 2. diff. 6. q. 1. nam quando motus passionis sequitur , & excitatur à voluntate , ut quando quis e. g. in se passionem voluntariè ad libidinem , vel iram excitat , tunc peccatum non est ex passione , sed ex malitia ; siquidem tunc non est passio prima origo peccati , sed perversa voluntas peccandi .

Peccatum ex malitia ex eodem Sto. loc. cit. est illud , quod absque ignorantia , aut passione præcedente , sed ex plena libertate , & voluntate committitur , quod à cit. Doctore vocatur peccatum ex electione . Advertendum tamen est , quod ista divisio non est essentialis , sed accidentalis desumpta ex diversis motivis , sündè non variat speciem peccatorum : nam idem homicidium committi potest ex ignorantia , ex passione , & ex malitia ; sunt tamen circumstantiae minuentes , vel aggravantes .

Dividitur 5. peccatum in mortale , & veniale : Mortale , ut ex ipso nomine vocabulo constat , est illud , ratione cuius homo gratia sanctificante privat , & æternis cruciatibus mancipatur : Veniale vero est illud , quod licet verè peccatum sit , tamen non privat gratia sanctificantem , nec hominem æternam damnationem dignum reddit , ac proinde , ut iphus nomen sonat , facile veniam obtinet . Est communis .

Dividitur denique peccatum in illud , quod philosophicum , & quod theologicum dicitur . Peccatum philosophicè considerationem est illud , cuius malitia potest cognosci ex naturalibus , & etiam ex naturalibus detestari potest , quatenus contrarium aliqui virtuti naturaliter notæ , e. g. furtum , quia scilicet est contra iustitiam , &c. Peccatum vero theologicè dictum est , cuius malitia cognoscitur per revelationem supernaturalem , nec sine speciali Dei gratia potest detestari , v. g. quod omne peccatum sit offensivum Dei , averterivum à Deo , impeditivum gloriæ , dam-

dannativum ad inferos , &c. quæ motiva nobis per Sacram. Scripturam sunt nota, idest, per revelationem supernaturalem. Pecunia mutuata cum crescit, an, &c. v. Contractus gratuiti q. 42. Pensio quadruplex fit. v. Censura excom. majoris q. 18. Pensionarius an teneatur ad officium , &c. v. Hore Canonicae q. 19. q. 20. Percussio levis, gravis, &c. qualis fit. v. Censura excom. si quis, &c. q. 48. &c. Peregrini cui patriæ subdantur quoad Communionem in Paschate. v. Communione annua q. 7. Item quoad confessionem. v. Confessio annua q. 28. Cui Diœcesi quoad casus reservatos . v. ibi. q. 29. Gui lico quoad auditionem sacri. v. Festorum observantia q. 26. & 27. An teneantur legibus Territorii, &c. v. Legis materia q. 2. Peregrini, & Vagi, cujus sint subditi. v. Sacramenti Pœnit. Minister. Ord. q. 11. Peregrinus, Hospes, Vagus, Alienigena, &c. quis sit. v. Sacramentum Eucha. q. 6. Periculum mortis quale fit. v. Communio annua q. 44. Quando verificetur. v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. q. 8. Petere, & reddere debitum. v. Conscientia q. 7. v. Sacramenti Matri. &c. q. 42. &c. Quando interdicatur inter conjuges. v. Luxuria simplicis, &c. q. 8. &c. Petere an quando possit adulter. v. Luxuria adulterii q. 6. Petere, & reddere marito emiscenti semen extra vias, an, &c. v. scandalum q. 9. Pignus quid fit, &c. v. Contractus onerosi q. 37. &c. Plena probatio delicti an occultiari possit reo . v. Jus Pralati in Rei, &c. q. 6. Pœna correspondens excommunicato ministranti , vel recipienti Sacramenta. v. Censura excom. majoris q. 43. Pœna cessationis à Divinis , Depositionis, & Degradationis . v. Pœna cessationis, &c. Pœna talionis quid fit, &c. v. Justitia in accusando, &c. q. 2. Pœna incepsio. v. Luxuria incepsus q. 8. Pœna privationis petendi debitum quando incurritur. v. Luxuria incepsus q. 8.

POENA CESSATIONIS A DIVINIS, DEPOSITIONIS, ET DEGRADATIONIS. Quæres.

O Vid sit Cessatio à Divinis ? R. esse simplicem prohibitio- nem , qua Ministri Ecclesiæ prohibentur Divina Officia persolvere , ministrare Sacra menta , & sepelire laicos in loco sacro . Dicitur , simplex prohibicio ad differentiam censuræ, quasi ligantis personam. Dicitur , qua Ministri Ecclesiæ , non quod

quod ab hac poena excludantur laici, quia si illi non possunt celebrare, nec laici poterunt assistere. Dicitur, *probibentur perfolvere Divina Officia*, idest Horas Canonicas publicè, & Missas celebrare etiam in solemnitatibus. cap. *Alma Mater*. Dicitur *ministrare Sacramenta*, idest Ordinis, Matrimonii, & Extremæ Vnctionis tantum; unde permittitur semel in hebdomada Missa ad renovandum Eucharistiam, non ad illam distribuendam, nisi per modum Viatici. Dicitur, & *sepelire*, &c. quod intelligitur de sepultura quoad divina officia. *Sua. Fili. Bon. Rem. sum. I. ful. 661. q. 1.*

- 2 Quid sit Depositio? R. esse poenam Ecclesiasticanam, qua persona Ecclesiastica privatur omni munere Clericali, officio videlicet, & beneficio absque spe restitutionis, & cum quadam solemnitate verborum. Dicitur, *cum quadam solemnitate*, &c. in quo differt à Degradatione; quia depositio est degradatio verbalis, degradatio autem est actualis depositio: unde omnis degradatio est depositio, non è contrà. *Fili. Rem. q. 2. Quæ autem sunt solemnitates ad Depositionem requisitæ. vid. Say.*
- 3 Quid sit Degradatio? Cum Degradatio in paucis differt à Depositione, ut diximus, & in pluribus conveniat, videlicet quod neutra privet characterem, & oneribus ex charactere provenientibus; ut sunt onera recitationis Officij, & castitatis; utraque sit poena perpetua; neutra seratur, nisi post sententiam; & denique, utraque pro iisdem criminibus imponatur, idèo eadem definitione est definienda, addito præterea, quod degradatio est privatio Clericalis privilegii, effecta post depositionem, adjuncta reali actione, & ceremonia per Canones instituta. Dicitur, *privatio Clericalis privilegii*, intellige tam Canonis, quam fori, in quo differt à depositione. Dicitur, *effecta*, &c. quia omnis degradatio est depositio, non è contrà. Dicitur, *ad juncta*, &c. quia depositio est privatio verbalis, degradatio vero realis, & actualis. Dicitur, & *ceremonia*, &c. qualis est ut degradandus coram Episcopo, & Prælatis exuatur sacris vestibus, & tandem radatur cum quadam forma, & terrore verborum. *Fili. Crimina autem ex quibus quis deponi, vel degradari possit, ex Say. numerat Rem. q. 3.*

Poenæ usuriariorum. v. *Contradicus gratus* q. 77. *Poenæ duellantium.* v. *Censura excom. ob duellum* q. 19. &c. *Poenæ procurantium abortum.* v. *Censura excom. propter abortum* q. 11. *Poenæ contra violantes immunisatem.* v. *Censura excom. contra*, &c. q. 49. *Poenæ concubinorum.* q. *Luxuria simpliciti*, &c. q. 20. *Poenæ supravrum*

- vum. v. *Laxuria stupri* q. 4. Pœnæ contrahentiam matrimoniam clandestinè. v. *Sacramenti matris*. q. 73. Pœnæ adulterorum. v. *Luxuria adulterii* q. 6. Pœnæ raptorum. v. *Luxuria raptus* q. 12. Pœnæ constituta contra *Simoniacos*. v. *Simonia* q. 13.
- Pœnitentia publica* an imponi possit. v. *Sacramenti Pœnitent. materia prox.* q. 67.
- Pœnitentiam adimplere sine intentione satisfaciendi*, etc. an, etc. v. *Legis modus*, etc. q. 2. etc. *Pœnitentiam Sacramentalem an teneatur Confessarius imponere*, etc. v. *Sacramenti Pœnitent. materia prox.* q. 16. etc.
- Pœnitentiarus quis sit pro foro interno*. v. *Sacramenti Pœnit. Minister Ordini ad reservata* q. 3.
- Pœnitere de voto factō quale peccatum sit*. v. *Votum* q. 30.
- Pollutio quid sit*, etc. *quoniamplex*, etc. v. *Luxuria peccati*, etc. q. 3. etc. *Pollutio prævisa quando sit peccatum*. v. *Jejunium Ecclesiasticum* q. 22. *Pollutio Ecclesie quando contingat*. v. *Luxuria sacrilegii* q. 8. q. 9. etc. v. *Sacrilegium* q. 2. etc.
- Pontifex à quo habeat suam auctoritatem*, etc. *quomodo*. v. *Legis materia* q. 2. An dispensare possit in jure Divino. v. *Sacramentum matriti*, etc. q. 19.
- Possessio pro quo sit*. v. *Censura* q. 35. etc. Possessio juris, vel facti quid sit. v. *Dominium* q. 1.
- Præceptum dilectionis Dei quando, etc. quomodo obliget*. v. op. q. 7. etc. 11. Inno.
- Pragmatica an servanda sit*. v. *Contractus onerosus* q. 9. etc. 10.
- Prælati quomodo delatores audire debeant*. v. *Justitia in accusando*, etc. q. 4. *Quando in visitatione generali, mixta*, etc. *jus habeant ad procedendum*. v. *jus Prælati ad*, etc. q. 6. etc. q. 9. etc.
- Præscriptio, etc. ejus conditiones*. v. *Restitutionis ab*, etc. q. 24. *Quando excuset à restituione*. v. ibi.
- Præsentans ad Beneficium si sit excommunicatus an, etc.* v. *Censura excom. majoris* q. 39.
- Præsentia Parochi, et testium an, etc.* v. *Sacramenti matris*. etc. q. 61. etc.
- Præsumptio unde oriatur*. v. *Jus, et justitia in causis*, etc. q. 8.
- Precarium quid sit*. v. *Contractus gratuitus* q. 6.
- Preces importuna an excusent meum, etc.* v. *Actus humani* q. 34. et 35.
- Privilegio usi an sit quid liberum*. v. *Missam audire*, etc. q. 7. *Privilegio Fori, et Cancri*. *qui gaudeat*, etc. v. *Sacramenta Ordinum in*, etc. q. 2. etc. v. *Censura excom. si quis*, etc. q. 13. etc.
- Privilegium in quo differas à lege*. v. *Legis materia* q. 1. *Privilegium quognd*

- quando sortiatur suum effectum. v. Sacramenti matris etc. q.70.
 Privilegium audiendi sacrum in Oratoriis privatis quomodo intelligendum. v. Missam audire, etc. q.7. et 9.
 Probabilitas intrinseca, vel extrinseca qualiter. v. op.3. Inno.
 Probitas requirita in ministro Sacramentorum. v. Sacrementum in genere q. 20. etc.
 Procedere extrajudicialiter quid sit. v. Juris, et justitia obligatio, etc.
 q.1. Procedere de plano quid sit. v. Juris, et justitia in causa, etc. q.3.
 Processus an sit necessarius in ferendis sententiis. v. Justitia sententia q.2.
 Procurator tenens in Baptismo an, &c. v. Sacramenti Bapt. solemnitates q.25.
 Procuratores excommunicati an, &c. v. Censura excomm. majoris q.31. &c.
 Professio religiosa an dissolvas matrimonium ratum. v. Sacrementum matris. ut, &c. q.20.
 Promulgatio legis in quo confitatur, &c. v. Legis obligatio q.7. etc.
 Propositum non peccandi an debeat esse formale, &c. v. Sacramenti Pœnit. materia prox. q.13. &c.
 Proprius Sacerdos quis sit. v. Confessio annua q.23. &c.
 Provisio Beneficii cui spectet. v. Conscientia q.53.
 Procurator quis censuretur. v. Jus Rei in exceptiones, etc. q.21.
 Pubes quis sit. v. Contractus in genere q.26.
 Publica honestas quomodo dirimas matrimonium. v. Sacramenti matris. &c. q.29.
 Publicatio testium in quo confitatur, &c. v. Justitia, & modus, &c. q.26. &c. 27.
 Publico peccatori an deneganda sit Eucharistia. v. Sacrementum Eucha. q.71.
 Publicum, manifestum, & notorium quid sit, &c. v. Jus, & justitia in causa, &c. q.4. &c.
 Pueri, amantes, heretici, &c. an teneantur precepto annuale confessio- nis. v. Confessio annua q.5. &c. v. Legis materia q. 9. Pueri an, & quibus legibus, & pœnitis obligentur, &c. v. Legis materia q.8. &c.
 Pupilli, & minores qui sint. v. Contractus in genere q. 26.
 Purgatio canonica quid sit, &c. v. Jus Rei in exceptiones, &c. q.29. &c.

R

R Apina quid sit. v. Furtum.
 Raptus quid sit, &c. v. Luxuria rapiens q.1. &c. Quando irritet
 Dcl ma-

- matrimonium. v. Sacramenti matris. q. 73.*
Ratificatio Rei aut si necessaria. v. Jus Prelati in Rei. q. 17.
Ratihabitio Superioris circa absolutionem. q. v. Sacramenti Pœnit.
Minister Deleg. q. 18.
Rebaptizans an incurrit irregularitatem. v. Sacramentum Baptis.
q. 31.
Rebaptizari qui possint. v. Sacramentum Baptis. q. 51. q. 1.
Recitare Officium cum excommunicato, an, q. v. Censura excom.
majoris. q. 10.
Recusatio quid sit, q. v. Jus Rei in exceptiones. q. 4.
Reddere debitum. v. Petere debitum. v. Honor parentibus debitus q.
22. An teneantur conjuges intra bimestre. v. Sacramentum matris.
ut, q. 22. q. 22.
Refectiuncula quando sit licita. v. Jejunium Ecclesiasticum q. 42. q. c.
Reges à quo possint censura ligari. v. Censura q. 10.
Regulares an possint absolvire à Censura Canonis. v. Censura excom.
si quis, etc. q. 51. An possint ubique confessiones audire. In iustè re-
probati an, etc. An possint audire confessiones suorum familiarium.
v. Sacramenti Pœnit. Minister Deleg. q. 20. etc. An possint absolvire
à Casibus Bullæ Cœnæ. v. Sacramenti Pœnit. Minister Ordin. ad
reservata q. 9. et 10. An possint secularibus ministrare Sacra-
mentum Vunctionis. v. Sacramentum Vunctionis, etc. q. 32. etc. Quomodo
dirigere possint dimissorias subditorum. v. Sacramentum Ordin. etc.
q. 18. An possint dispensare in interstitiis. v. ibi. q. 43. An possint
extra tempora ordinari. v. ibi. q. 49. An debeant Regulares ordi-
nandi examinari, v. ibi. q. 59. An possint dispensare in votis. v. Vot-
ii irritatio, etc. q. 22. et 27.
Regulæ Cancellariae an obligent in conscientia. v. Legis obligatio q. 2.
Religio quando obligetur contractibus Religiosorum. v. Contractus in
genere q. 33.
Religionis votum quomodo intelligendum. v. Voti obligatio q. 27. etc.
Religiosi, incarcерati, etc. an contrabere possint. v. Contractus in ge-
nere q. 32. etc. Quando de Religione egredi possint. v. Honor paren-
tibus, etc. q. 5. An rerum dominium habeant. Qualis licentia in ipsis
requiratur ad aliquid disponendum. Quid sine ipsa dare possint.
An donare possint, etc. v. Dominium q. 7. etc. An ligentur legibus
Synodalibus. v. Legis materia q. 14. An possint licet vovere. v. Vot-
ii irritatio, etc. q. 19. v. Contractus in genere q. 34.
Religiosorum vota à quo irritari possint. v. ibi. q. 2.
Religiosus, vel Religio quando restitutioni obligetur. v. Restitutionem
quis, etc. q. 13 et 14. v. Restitutionis ab, etc. q. 26.

Re-

Remedia aerilitatis propinans an incurras excom. contra procurantes abortum. v. Censura excom. propter, etc. q. 1.

Reservata oblitera tempore Jubilai, an post bunc, etc. v. Satisfactio per Jubileum q. 38.

Reservatio quid sit. v. Actus humani q. 14.

Resignatio facta ab excommunicato an, etc. v. Censura excom. majoris q. 4.

Restitutio bonorum Novitii facienda. v. Censura q. 4. Restitutio, etc. ejus materia. v. etiam Conscientia q. 38. etc. v. Contractus in genere q. 19. v. Furtum q. 4. 17. 18. et 24. v. Legis modus, etc. q. 14. v. op. 38. et 39. Inno. Restitutio facienda à Beneficiatis. v. Hora Canonicæ q. 21. etc. Restitutio ob adulterium. v. Restitutio ob adulterium. v. etiam Luxuria adulterii. Restitutio ob stuprum. v. Restitutio ob stuprum. v. Luxuria stupri. Restitutio ob homicidium, desractionem famæ, etc. v. Restitutio ob homicidium, etc. Restitutio eorum, que metu in contractibus extorta sunt, an, etc. v. Actus humani q. 49. Restitutio facienda à Simoniacis. v. Simonia q. 17. et 18.

R E S T I T U T I O . • Quæres.

Q Vid sit? R. Restitutio est actus iustitiae, quo reparatur damnum proximo illatum per injuriam. Dicitur, *actus iustitiae*, idest commutativa; iustitia enim triplex est, Legalis, quæ potissimum curat, ut leges in suo robore conserventur: Distributiva, quæ respiciens merita uniusve jusque, attendit ad aequalitatem geometricam: & commutativa, quæ respicit aequalitatem arithmeticam, idest rei ad rem. Dicitur, *per injuriam*, idest, vel materiale, ut cum quis bona fide rem alienam accipit, detinet, destruit, &c. vel formale, ut cum id mala fide facit: ex quibus duo radices restitutionis oriuntur, cum hac tamen differentia, quod ex injuria materiali oritur obligatio, dumtaxat si res extat; ex formalí verò, etiam si non extat.

Leff. Bon. Ren. tom. 1. fol. 328. q. 1.

2 An oriatur obligatio restitutionis ex eleemosyna dengata, extremè indigenti? Rat. dubitandi est, quia unusquisque tenetur ex superfluis personæ, licet necessariis statui, occurrere extremè indigenti, & oppositum damnatum est ab Innoc. XI. op. 12. Imò penès communem DD. tenetur quis ex superfluis statui, succurrere graviter indigenti, vel iis, quibus necessaria statui desunt, & quandoque existentibus in communi necessitate. R. nunc ad quæs. neg. quia eleemosyna ex charitate, non

- ex justitia debetur: ergo, &c. Say. Fili. Bon. Ren. q. 2.** Hinc nec etiam tenetur quis ad restitutionem rei promissæ per votum, dum illud non implet; quia ex virtute Religionis, non justitiae oritur obligatio voti. *Affictus.*
- 3 An teneatur ad restitutionem, qui contra Edictum Principis transfert triticum extra Territorium?** R. neg. quia facit contra justitiam legalem, & publicam, non particularem commutativam. *Ren. q. 3.*
- 4 An Superior conferens officia, vel beneficia minus digno, relieto digniori, teneatur ad restitutionem?** Supponendum est, hanc opinionem damnatam esse ab Innoc. XI. prop. 47. R. nunc aff. quando in collatione violatur justitia non tantum distributiva, sed etiam commutativa, quia videlicet, quis jus proximum habet ad ea, ex eo quia sic præcipitur: Secus quando violatur distributiva tantum. *Rat. utriusque;* quia ex commutativa, non distributiva oritur obligatio restitutionis: ergo, &c. Hinc quia Trid. præcipit collationem beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dignioribus, & Princeps non ex alia obligatione, quam ex justitia distributiva tenetur, inde sequitur, &c. *S. Nav. Bon. Ren. q. 4. contra Sot. Ledes.* quarum opinionem improbabilem dixit *Hurt.*
- 5 An teneatur ad restitutionem, qui occultavit veritatem Judicii legitimè interroganti, ut si ex denegatione testis, vel etiam ipsius Rei, Physcus amiserit poenam exigendam à reo?** R. ad primum neg. quia cum testis non ex officio, nec ex stipendio teneatur veritatem dicere, idèò non contrà justitiam commutativam facit, sed contra legalem. *Ren. q. 5. contra Sotum.* Vnde ad 2. R. etiam neg. ob eandem rationem. *Bon. Dia. Nav. &c. contra Sotum, Pala. Mol. &c.*

RESTITUTIONEM QUIS FACERE DEBEAT. Quæret.

- 1 A** N obligatio restitutionis oriatur ex re accepta bona, vel mala fide? Supponendum est, bonæ fidei possessorem esse invincibiliter ignorantem, rem esse alienam; sicut malæ fidei possessorem esse, crassè, vel affectatè ignorantem, ex l. bona fidei 100. ff. de verb. signif. R. nunc ad quæst. obligationem restitutionis oriri ex re accepta bona fide, adveniente tamen mala fide; quia tunc cum quis advertit, incipit esse injustus detentor, & res clamat ad Dominum: ergo, &c. *Ren. tom. 1. fol. 330. q. 1.*
- 2 Qui rem alienam bona fide consumpliit, vel alienavit, an ad-**
ve.

veniente mala fide teneatur ad restitutionem? Si teneri cantum ad id, in quo factus est ditionis, ex *l. istem veniente*, §. præter hanc fidem de petitione bæreditatis. Tum quia id, in quo quis factus est locupletior, videtur succedere in locum rei acceptæ: ergo, &c. *Ren. q. 2. contra Banue. Ledes. &c.* id admittentes tantum in rebus unico usu consumptilibus, & absolute negantes in rebus non sic talibus.

3 Si vestis sit pretiosior, quam ille forsitan emisset, an teneatur ad restitutionem totius pretii? R. neg. quia non est auctum suum prærimonium, nec factus est locupletior, nisi in ea veste, quam emisset, quamvis splendidius vixerit: ergo, &c. Quod si vestis aliena esset vilior, non perinde teneretur consumens ad pretium vestis, quam consumpsisset; quia restitutio facienda est ad æqualitatem. *San. Ren. q. 3.*

4 Quis habuit rem alienam bona fide, sed ea durante casu periit, an adveniente mala fide teneatur ad restitutionem? R. neg. etiam si culpa possessoris res pereat. Rat. primi; quia in nihilo factus est ditionis, ut supponimus, vel si factus est ditionis in aliquo, hoc durante bona fide consumptum fuit, ut etiam supponimus: ergo, &c. *Say. Rat. 2.* quia non tenetur ratione rei, nec ejus, in quo factus est ditionis, cum non extet, utpote etiam durante bona fide consumptum, nec ratione delicti, cum ea fide tale non fuerit: ergo, &c. *San. Loff. Ren. q. 4. contra Nov. & Ser.*

5 Qui emit rem alienam bona fide, deinde æquali, vel minori pretio vendidit, an teneatur Domino restituere pretium, adveniente mala fide? R. neg. quia in nihilo factus est ditionis, & aliunde venditio rei alienæ facta à venditore fuit valida, ex *l. rem alienam, ff. de contrabanda empianas;* ergo, &c. *San. Loff. Mol. Ren. q. 5. &c. contra Bon. Say. Ledes. &c.* Oppositum ob oppositam rationem dicendum est, si emptor dono accepit, & postea vendidit. *Tamb.*

6 Si quis rem alienam majori pretio vendidit, quam emerat, an, &c.? R. illud plus esse restituendum, nisi fuerit fructus industria: secundum patet: 1. probatur, quia pretium illud est pretium rei, non industria: ergo, &c. *San. Ren. q. 6. contra Mol. & Dia.* absolute negantes, & contra *Loff.* absolute concedentem.

7 An omnes equum alienum bona fide, & illud vendens, teneatur restituere pretium, si minus Domino, ut modò dictum est, saltem emptori, si post venditionem inveniatur Dominus, illum ad restitutionem cogens? R. aff. quia emptor habet actionem de evictione contra venditorem, quæ importat, ut ei pre-

- et omni restituatur: ergo, &c. Tum quia illud principium, teneri scilicet bona fide posse fore, id, tantum restituere in quo factus est ditior, intelligitur, nisi aliunde ex contractu oriatur obligatio. *Res. q. 7. Less. &c. contra Nav. dicebatur, tantum teneri ad cedendam actionem, quam habebat contra eum, à quo bona fide emit, quia in ea actione factus est ditior.*
- 8 Qui rem alienam bona fide acceptam donavit, an adveniente mala fide teneatur, &c. r. neg. si eam non habendo non donasset: Secus si donasset, vel si non, occasione vero illius rei donatae aliquid in remuneracionem à donatario accepit. Idem dicendum de eo, qui rem alienam dono acceptam vendidit, & durante bona fide pretium rei venditae alteri donavit; quia in his casibus sit respectivè donans ditior, vel non. *Fag. & Res. q. 8.*
- 9 Si quis rem alienam bona fide possidens, in ludos consumplit, an adveniente mala fide teneatur, &c. r. aff. si ipse alias tantumdem in ludos fuisset consumpturus: Secus è contra: Quod si casu non perdidisset turie sive futurus fuisset, sive non, teneatur rem extraneam restituere, si b. et tuto exponitur, non autem lucrum ex ludo provenit, quia est fructus industriae: Et idem dicendum, quando à lusore exponitur ludo pretium rei alienae bona fide sibi venditae, non tamen ipsi donatæ. Rat. quia in his casibus sit quis ditior, vel non respectivè. *Less. Bon. Res. q. 9.*
- 10 Quis bona fide pinguem aliquam hereditatem adiit, unde fecit majores expensas, deinde advenit mala fides, an possit retinere expensas factas? r. neg. si illas expensas non fecisset: Secus si sic, vel spe tantum hereditatis consequendæ fecisset. Primum: &c. 2. constant ex dictis. Probatur 3. quia ex expensæ censentur bona fide factæ ex propriis, non ex alienis. *San. Bon. Res. q. 10.*
- 11 Quis bona fide rem alienam vendidit, & pecuniam miscuit cum sua, an teneatur, &c. r. neg. si prius eam emerat: Secus si dono accepterat. Primum constat ex dictis. 1. probatur; quia is, cuius res ibi permixta est, habet jus in re, itaut possit occulte tantum accipere, quantum de re sua novit esse permixtum: ergo, &c. Idem dicendum est de rebus simili modo permixtis. *Less. Res. q. 11.*
- 12 An falsam monetam ignoranter accipiens, si scienter illam expendat, teneatur, &c. r. aff. si falsitas monetæ consistat in confectione illius ex metallo, aere, vel liga non debita. Rat. ek; quia committitur dolus, & fraus. *Syl. Nav. qui contra Syl. subdit ad id teneri expendentem eam, ignoranter etiam, & bona fide;*

fide; quia error ipsius non debet alteri præjudicare; ita etiam Nav. & Dia. qui contrariam Syl. putat probabilem; improbabilem verò Coro, cum ignorantia (aut ipse) non det valorem monetæ. Hinc est, quod expendens, imo & cedens monetam falsam in forma, seu signo tantum, non tenetur ad restitutio- nem, sed tantum tenetur de injuria ei, cui signum violavit. Idem dicendum de tendente exuberantem monetam, cum illud exuberans dumtaxat soli Principi, vel Reipublicæ resti- tuere teneatur. Syl. Ren. q. 12.

13 An Religiosus, qui alieno ære est gravatus, teneatur suis cre- ditoribus satisfacere? R. aff. si post ingressum Religionis cum Superioris licentia sit gravatus, in quo casu dumtaxat tenetur etiam Religio. Idem dicendum, quando Religiosus farando, &c. debitum contraxit ex delicto, dummodo res extet, vel Religiosus cum Religione facti sint ex eo dictiores. San. T. amb. Pelliz. Alter discurrendum est de eo, qui ante Religionis in- gressum est gravatus; huic enim ex motu proprio Christi V. pro- hibetur ingressus: quod intelligendum est, si eus bona non sufficiant ad satisfaciendum creditoribus. Secus si sufficiant, vel si non, nulla tamen spes apparet satisfactionis in seculo, & intetim omnia sua bona creditoribus relinquat; quia ut ait San. ille motus proprius, eos videtur excludere, qui Religionem capiunt, ut eo solvendi onere liberentur in creditorum præjudiciis; non autem eos, qui frustra omnino, & absque aliqua creditorum utilitate mansuri in seculo essent. Pelliz. Rem. q. 13.

14 An si Religioso professo aliqua hereditas, legatum, vel dona- tio deseratur, teneatur Religio de illis, ejus debitis satisface- re? R. aff. quia tunc debita Religiosi per professionem censem- tur extincta, quando nihil habet Religiosus in bonis: ergo si habet, vel actu, vel in potentia, non censemtur extincta. San. Mol. Ren. q. 14.

15 Qui dubitat, an bona, quæ possidet sint sua, teneatur ad resti- tutionem? R. si post sufficientem diligentiam adhuc dubitat, tenetur restituere pro rata, & qualitate dubii, si ab initio dubi- tavit, & mala fide incepit possidere; quia hujus generis posses- sio ei non suffragatur. San. L. eff. Reb. Quod si bona fide cepit possidere, si dubium superveniens non generet pro altera pat- te assensum, ad nihil teneatur; quia possessio prævalet validio- ribus rationibus in contrarium. San. Bon. Lay. Ren. q. 15.

16 An posito dubio, quod res sit aliena, possit bona fide possidens

ea uti p. ante factam diligentiam , non potest ea uti usu consumente: Secus usu non tali , habeatque interim animum , solvendi Domino preium illius usus . Rat. utriusque; quia censetur , vel non , Dominus invitus . San. Post factam verò diligentiam , potest re illa uti : immo & eam alienare , dummodò admoneat emptorem de tali dubio: & denique paratus sit premium restituere Domino , si rem alienam (non quidem emptam , & æquali pretio venditam sed) dono accepit . Primum probatur : quia tunc justè possidet : ergo , &c. Probatur 2. quia alioquin tempore vitio affectam venderet: ergo , &c. Mol. Leff. etc. 3. & 4. probatur; quia fit , vel non locupletior , & possessor dubiae fidei , est possessor bonæ fidei in primo casu tantum , non in 2. ut contra Salom. Salas , etc. dicit. Dia. ita Ren. q. 16.

17 Qui ex venatione aliquem occidit , putans esse feram , vel aperuit puteum , & oblitus fuit tegere , an teneatur ad restitutio- nem damni secuti ? R. aff. si in his intercesserit culpa lata ; non autem levis , vel levissima , nisi ad supradicta teneatur quis ex contractu ; nam extra contractum obligatio restitutionis oritur ex peccato mortali contra justitiam , quod non interve- nit in culpa levi , vel levissima . Fols. Leff. Ren. fol. 33.8. q. 1.

18 An culpa levis externa , sed internè gravis pariat obligatio- nemi restitutionis; ut si quis non adhibita diligentia , quam di- ligentissimi adhiberent , occidit feram cum animo eam occi- dendii , etiam si esset homo ? R. neg. quia ex illa intentione prava non censetur secutum dampnum , quod casu , & fortuito accidit , sed tantum peccatum pravae intentionis : Tum quia hæc licet peccaminosa , non tamen est causa homicidii : ergo , &c. Leff. Tamb. Ren. q. 2. contra De Lugo.

19 An Commodatarius , Conductor , & Depositarius teneantur de culpa levi , & levissima ; de easu enim fortuito certum est , eos non generi , nisi in casibus in cap. unico de Comm. dato expressis; cum enim nulla adest culpa , res Domino perit . R. Com- modatarius tenetur ex culpa lata , levi , & levissima ; Conductor ex lata , & levi tantum ; Depositarius tandem ex lata dumta- xat . Rat. primi; quia gratitudo , & æquitas postulat , ut res com- modata in tui gratiam , summe custodias: ergo , &c. Rat. 2. quia contractus locati , vel pignoris est in gratiam utriusque , unde non teneris ad exquisitam diligentiam: ergo , &c. Rat. 3. quia contractus depositi est in gratiam solius Domini : ergo ex lata tantum tenetur Depositarius . Leff. Sà. Henri. Ren. q. 3.

20 An pauper per mendacium dicens alteri pauperi eleemosy- niam

nam in tali loco esse datum, appetatur, &c. p. aff. si sit fide dignus; quia sic etiam teneretur mercator, si interrogatus de pretio rerum non minuendo, id negaret, ut pretio currenti vendat: ergo, &c. Tuta quia qui impedit pauperem a consecutione eleemosynæ dicendo elargienti, illum non esse pauperem, teneretur; nam impedit ei jus saltem conditionatum, quod habet ad eleemosynam, supposito, quod dives velit illum facere: ergo, &c. Ren. q. 4. Lugo. Coso. contra Leff. Dia.

21 An teneatur ad restitutionem danini illati, qui literas aliquujus aperiendo compesit petitionem in ea beneficij vacante, ex quo ille sibi impetrari Supponendum est, literas aperire, & legere invito eo, cui mittuntur, esse mortale, nisi fieret jure belli, justæ defensionis, justi statuti; vel ex Lay. & Dis. nisi quis colligendo laceratas, & projectas legeret, quia tunc haberentur ut derelictæ; in quo casu teneretur ex charitate, ad secretum, ex justitia verò, si ex revelatione oriretur damnum injustum. Lay. Dis. Hoc supposito. w. neg. si tempestivè post licetarum unctionem illas consignavit, licet peccaverit, aperiendo: Secus è contra; quia in primo tantum casu per accidens, & indirectè sequeretur damnum, cum potuerit is, cui legitæ dirigebantur sibi per illas consilere, non autem id. Leff. Ren. q. 5.

22 An falsificantes publicas scripturas, teneantur ad restitutionem damni illati? Dupliciter potest falsificari scriptura, vel conficiendo iustitiam nonnullam confectum, vel conficiendo veram scripturam, quamvis quis annisit. Hoc supposito. Dico primo certum esse, quoscumque falsificantes primo modo, teneri ad restitutionem damnorum. Pug. An auctori cum mercede sic falsificantes, ut Notarii, teneantur ad restitutionem mercedis; dic, quia Leff. utroque Nav. &c. contra Sol. Caje. Say. &c. eos non teneri; quia illa falsificatio, licet peccaminosa, pretio tamen est estimabilis, non minus ac merces meretricis, vel proximorum occidentis. Dico 2. falsificantes secundo modo teneri ad restitutionem damni, si scripturæ sint alteri prejudiciale. dicitur: Secus si tales non sint; quia, sic falsificantes non contraria conmutatiyam, sed mortaliter contra legalem iustitiam tantum, faciunt Lug. Lay. Nav. Ren. q. 6. &c. contra Id. negantem id esse mortale, & contra Egidium, &c. dicentes, nullo modo sic falsificantes teneri ad restitutionem.

23 An teneatur ad damage is, qui alienas merces in tempestate cecidit? w. aff. si suas in navi etiam habeat: Secus si non. Rat. pri-

- mi ; quia unusquisque tenetur pro parte sua navim sublevare: ergo, &c. *Ren. q.7. Rat. 2.* quia cum duo simul in naufragio salvati in eadem navi non possunt, potest unus alterum e navi ejicere : ergo , &c. *Majör.* An autem proiiciendae sint merces in pondere, vel in aestimatione hoc 2. præcipitur in *I. 2. ff. ad legem Rodiam De Jactura. Lef.*
- 24** An teneatur quis ad restitutiōēm dāmnorūm per filios, mancipia, vel animalia erogatorūm? si hæc culpa Dōminorū, &c. eveniant, jure civili, hi tenentur ex *I. ff. seruus; Cod. de noxialibus actionibus:* Si vèrò sine eorum culpa tenentur (non ad filium noxæ tradendūm, cum hic conveniri possit) sed ad mancipium, vel animal, ex eadem *I. ff. seruus. Lef.* In conscientia vèrò loquendo, si intervenit culpa lata, etiam supradicti tenentur; non autem si levis, vel levissima, ex dictis supra. Quod si nulla intervenit culpa, non tenentur in conscientia (& sic ante Judicis sententiam) animal, &c. noxæ tradere; quia non tenentur ratione rei acceptæ, ut patet, nec ratione iniustæ damnificationis, cum nulla adfuerit culpa: ergo, &c. *Lef. Tamb. Lug. Ren. q.9. etc. contra Nav. Syl. V. a/q. etc.*
- 25** Quis nocte occidit Cajum, sed delictum imputatur alieti, qui supplicio damnatur, an, &c. ? R. neg. sive interim id prævideat, vel ex intentione faciat, sive non; dummodo tamē in occisione non occurrant circūstantiae moraliter influentes ad imputationem, ut si quis occidendo utatur ēnso alieno. *Rat. primi;* quia licet contra charitatem peccaverit, cum prævisione occidendo, non tamē contra justitiam, tamē dāmnum tertii non ex homicidio, sed ex falsis testibus sequatur, ad quod nullatenus occidens concurrit. *Lef. Soc. Lop. Rat. 2.* quia actio illa occisionis non est de se talis, ut ex ea possit dānum illud, ut plurimum alteri imputari: ergo, &c. *San. Tamb. contra Mol. Lag. etc. 3. constat. Ren. q. 10.*
- 26** An testis, qui falsum in judicio deposituit, teneatur ad se retractandum? R. teneri dumtaxat ex charitate, si ex inadvertentia, vel ignorantia deposituit, existimatque retractationem profuturam, sine suo detrimento, dicunt communiter DD. Quod si sciens deposituit, vel ex crassâ ignorantia, tenetur etiam cum pari suo dāmno, si se profuturum sperat, & non sit ex posterioribus testibus, non necessariis ad concludendum. *Rat. primi;* quia per injuriam est causa dānni alterius: ergo, &c. *Rat. 2.* quia tenetur quis famam, pecuniam, & honorem etiam cum pari suo detrimento restituere: immo & cum majori, ait *De Janu. Rat. 3.*

Rat. 3. quia tunc licet peccaverit, non est tamen causa efficax
damni. *Leff. Lug. Fag. Ren. q. 14.*

- 27 An testes volentes testificari, teneantur ad restitutionem dam-
norum? R. neg. si damnum sibi, vel suis immineret; quo casu
posset etiam testificando uti reuivocatione: quia hoc non effet
intendere damnum proximi, sed fugam proprii. *De Ian.* Idem
dicendum quando non citatus, sine suo incommmodo testificari
posset; quia non tenetur ex justitia se offerre, quamvis quan-
doque ex charitate. *Leff.* Quod si citatus fuerit, utique tenetur
ex Leff. Fili. &c. contra Dia. Mol. quia sicut *ex Mol.* in actu
testificandi tenetur quis ex justitia veritatem dicere, ita ex ju-
stitia tenetur non effugere testimonium. Tum quia Respublica
jus habet, ut ei in obscuris veritas aperiatur: ergo, &c. *Ren. q. 12.*
- 28 An teneatur ad restitutionem, qui suum suffragium dat, post-
quam fuit conclusum in causa injusta, vel licet det ante; scic
tamen alios post le idem suffragiunt datus? R. ad primum
neg. quia non cooperatur ad damnum. Idem dicendum de te-
ste examinato postquam reus fuit convictus. *Fili. Leff. Nav. &c.*
unde ad 2. q. aff. quia vere concludit, & est causa efficax dainni.
Bon. Fili. Ren. q. 13.

- 29 An qui avertit aliquem à Religione, quam ingredi volebat,
vel fuit ingressus, vel in ea professus, teneatur aliquid Mona-
sterio restituere? R. neg. si precibus, & suasionibus avertita
Secus si vi, & fraude, & sine causa, unde tunc tenetur ad da-
mna Monasterii in spe, vel in re. Primum probatur, quia
Religio nullum jus in Novitorum Personas habet: ergo, &c.
Tum quia professus non obligatur ex justitia Monasterio, sed
ex obedientia: ergo qui eum avertit, irreligiositatem tantum
committit. *Ren. q. 14. contra Mol. Fag. Azo. &c.* Probatur 2.
quia Religio jus habet, ne professus vi, & fraude à Religion-
ne avertatur: ergo, &c. & licet hoc jus non habeat in Novi-
tios, vel prætententes, habet tamen jus, ne vi, vel fraude
hi à Religione avertantur: si dicitur beneficiarius habet jus ne vi,
& fraude à promissio beneficio privetur: *Leff.*

- 30 An qui suasionibus, & hortationibus facit, ut debitor non
solvat suo creditori, teneatur, &c. ? R. aff. quia debitor non
solvendo peccat contra justitiam: ergo, &c. *Ren. q. 15.* Opposi-
tum damnatum est ab Innoc. XI. op. 39. Quod si exhortationi-
bus facit, ut creditor non petat suum debitum, non peccat
contra justitiam, nisi vi, & fraude id faciat; quia creditor non
petendo non peccat contra justitiam: ergo, &c. *Luge.*

31 An non solum damnificans, sed etiam cooperans teneatur ad restitutionem? R. aff. quod contingere potest novem modis, in his duobus versibus comprehensis.

Jussio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus.

Participans, Mutus, non obstante, non manifestans.

Quorum quinque semper obligant, scilicet, Jussio, Consentitus, Recursus, participans, non obstante; cæteri vero solum, quando sunt causa efficax damni. *Ren. q. 16.*

32 Si damnum sequeretur, etiam si quis non cooperaretur jubendo, &c. an teneatur, &c. R. neg. quia non est causa efficax damni. *Ieff. Ren. q. 17.*

33 Si ex tuo consilio, mandato, &c. majus damnum fuit illatum, vel citius, aut crudelius, &c. an tenearis aliquid restituere? R. ad primum aff. quia respectu excessus es causa efficax damni: ergo, &c. *Bon. Ieff. Et c.* Vnde ad 2. iij. etiam aff. si ex tuo consilio damnum sit citius illatum: Secus si crudelius, &c. Et per hoc ad 3. Rat. primi; quia ob temporis intervallum, forsitan ille mutasset opinionem: ergo, &c. Rat. 2. quia illæ circumstantiae non in substantia, sed in modo augent damnum: ergo, &c. *Ren. q. 18. Banner. contra Dia. absolute negantem;* & contra *Bon. Ieff. Et c. absolute concedentes.*

34 Vtrum consulens minus damnum ad evitandum magis, teneatur, &c. Suppono licitum esse persuadere minus malum (gradatim tamen, prius scilicet, dissuadendo à malo, deinde à majori malo, &c.) etiam non parato ad illud; quia sic suadens non mali intentionem habet, sed vitationis majoris mali. *Vaq. contra Palud. Nat.* Hoc supposito. iij. neg. etiam si suadeat minus malum, irrogandum non tantum eidem, sed alteri Personæ: Rat. primi; quia nec ratione rei acceptæ, nec iustæ acceptanceis (cum nullum damnum inferat tertio) tenetur: ergo, &c. *San. Rat. 2.* quia alter invitus rationabiliter, solum respectu agentis esse potest, non suadentis, vel consulentis: ergo, &c. *Vaq. Ren. q. 19.*

35 Vtrum consulens magis damnum teneatur ad totum? R. ad excessum tantum teneri, dummodo ex consilio non sit firmior quis redditus ad malum, ad quod paratus erat. Secundum, constat: 1. probatur, quia tunc posterioris tantum, non prioris voluntatis consulens fuit causa. *Ren. q. 20. Ieff. ex Medina.*

36 Si consultus passus est damnum, an consulens teneatur ad damnum, non solum tertii, sed etiam consulti? R. neg. nisi consilium fuerit fraudulentum: Seu non tenetur consulens nisi

ex dolo, & lata culpa, ut patet, non autem **ex levi**. Et rat. est; quia liberum fuit consulto consilium acceptare, sive interim rogaverit consulentem de consilio, sive non: ergo cuni volenti nulla fiat injuria, utroque modo consultus nullam patitur injustitiam. *Ren. q. 21. Azo.* Aliter discurrendum est de mandante; hic enim, si mandatarius sponte se obtulit (& eo fortius, si pretium accepit) non tenetur aliquid mandatario restituere: Secus si mandatarius deceptus acceptavit mandatum; quia huic in hoc 2. casu irrogatur injuria, non autem in primo. *Tamb.*

37 An ratum habens damnum alteri suo nomine illatum, teneatur ad restituendam? *R. neg.* si nescivit, damnum suo nomine inferendum; quia ratihabitio illa non est causa efficax damni, cum causa præcedere debeat suum effectum. *Leff. Lugo. Tamb. &c. contra Nav.*, quod si scivit, tunc tantum tenetur, quando damnum inferens scit perspectum esse alteri, cuius nomine vult damnum inferre, iniquum ejus propositum; tunc enim taciturnitas mandato, aut assensui æquiparatur. *Dia. Ren. q. 22.*

38 An mutus, non obstans, non manifestans teneantur semper ad restitutionem? *R. aff.* si ad id **ex officio** teneantur, & ex gravi culpa non impediunt: Secus è contra. Rat. quia in primo tantum sensu **ex justitia** tenentur: ergo, &c. *Azo. Rev. q. 23.*

39 An Confessarius, qui non manifestat obligationem restituendi pœnitenti, teneatur ipse, &c.? *R. neg.* si **ex negligentia, vel ignorantia iuculpabili** non manifestat, vel si **ex malitia**, est **tam**en **simplex Confessarius**; non autem **Episcopus, vel Parochus.** Primum constat; 2. probatur contra *Nav. Mol. &c.* quia secundi, non primus tenentur **ex officio** prospicere bono temporali tertii: ergo **simplex Confessarius** non peccat contra **justitiam**, sed tantum contra **Religiositatēm**, exercendo negligenter suum officium. *Bon. Leff. Ren. q. 24.*

40 An servi non manifestantes, vel non impedientes furtā in domo Dominorum teneantur restituere? *R. aff.* etiamsi furtā sint conservorum, & non extraneorum tantum **contra Leff. Lay. Lugo, &c.** id solūm concedentes, quando servis demandatur custodia cum traditione clavium. Rat. est; quia **ex contractu famulatus** non solūm demandatur custodia respectu extraneorum, sed etiam conservorum. *Ren. q. 25.* Hinc omnes in solidum tenentur; quia vel singuli poterant impedire, & sic omnes tenentur; vel singuli non soli, sed adiuti poterant, & sic etiam omnes tenentur, si alios non advocaverint.

RESTITUTIONIS QUANTITAS. Quæres.

- 1** **A**n res, quæ extat sit restituenda eadem in individuo, an possit restitui æqualis? Supponendum est, rem semper esse restituendam si extet, sive à possessore bonæ, sive malæ fidei: quod si non extet, malæ fidei possessor tenetur ad pretium, bonæ verò fidei possessor ad id, in quo factus est ditior. Hoc soppósito. **R.** non posse restitui æqualem, si Dominus est invitus contra *Næv.* Secus si non. Ita communiter. Rat. est manifesta. Hinc pro libro Historiarum non potest restitui pretium, etiam duplex, nec unum librum pro alio, cui specialiter Dominus est affectus: Restitui tanien potest frumentum pro frumento, vinum pro vino æqualis bonitatis. *Ren. fol.*

350. q. 1.

- 2** An restitutio valoris rei consumptæ facienda à possessore malæ fidei, debeat esse secundum valorem summum, quem res habuit tempore detentionis, an secundum valorem, quem habuit acceptonis tempore? **R.** debere esse juxta valorem summum, si sic Dominus rem venditurus esset suo tempore; vel juxta infimum, si ita etiam Dominus venditurus esset, nec restituens rem vendidit juxta summum valorem. Rat. primi, & 2. quia sic servatur æqualitas. Rat. 3. quia iniquus detentor ne ex sua iniustitate commodum reportet, restituere debet totum id in quo factus est ditior. *Lug. Tamb. Ren. q. 2. &c. contra plures plura dicentes.*
- 3** Si non constet, quo tempore res erat per Dominum vendenda, sit summus valor restituendus? **R.** neg. sed hoc remitti debet prudentis arbitrio, considerata spe, quam Dominus habebat vendendi rem juxta summum valorem; quia nemo restituere tenetur plus eo, quod constat abstulisse. *Ren. q. 3. Bon. contra Vasq. Fag.*
- 4** An malæ fidei possessor teneatur non solum rem, sed etiam fructus rei restituere? **R.** aff. si fructus rei sunt naturales, licet intercedente industria, ut fructus agrorum, pecorum, &c. Secus si sint tantum industriæ, ut fructus negotiationis ex pecunia. Rat. primi; quia fructus rei cedunt ipsi rei: ergo si res est restituenda, ita, &c. Rat. 2. quia fructus industriæ non sunt fructus rei: ergo, &c. *Ren. q. 4. qui cum Bon. San. Leff. &c. contra Næv. dicit, fructus torquis aureæ locatæ, esse fructus rei, si cut fructus locationis domus, agri, &c. & contra Dia. observat, hunc*

hunc non benè processisse non obligando in confessione ad restitucionem rusticum, qui per multos annos mulum ablatum locaverat.

- 5 An malæ fidei possessor teneatur restituere fructus non perceptos, quos tamen Dominus de facto percepisset: quod procedit in foro conscientiæ, quid quid sit in foro externo? &c. aff. etiam si fructus sint industrielæ ex pecunia, deducit tamen expensis; quia malæ fidei possessor est causa ne Dominus tales fructus percipiat: ergo, &c. *Fili. Bon. Ren. q. 5. Et c.*
- 6 Quid dicendū sit è contra? &c. teneri etiam si fructus percepti non extent, nec ex illis consumptis factus sit ditior malæ fidei possessor; quia hic tenetur fructus extantes statim restituere, ergo si non restituit, dannum Domino intulit: ergo, &c. *Ren. q. 6. Bon. Less. Et c. contra Syl. Nav. Et c.*
- 7 An in restituzione fructum possint expensæ, & valor industrie, seu laboris deduci? &c. deduci posse non tantum expensas utiles, & necessarias, contra *Syl.* sed etiam æstimationem laboris, seu industrie, contra *Machadum*: quæ omnia procedunt in foro conscientiæ; in foro enim poli necessariæ tantum deduci debent, non autem utiles, aut æstimatione laboris, quia non potest Dominus tutæ conscientia ex alieno ditari; utiles enim expensæ Domino cedunt, & hic necessarias facere debuisset; aliunde industria est dictis, non est restituenda: ergo, &c. *Fag.* Quid autem dicendum sit de voluntariis expensis, dic cum *De Janu.* non esse deducendas, si separari non possint absque pristini status rei lassione, quod sibi sur e.g. imputare debet. *Ren. q. 7.*
- 8 An teneatur iniquus possessor restituere pretium rei ablatæ, quæ casu periit, sed adhuc apud Dominum erat peritura? &c. neg. si certò erat peritura; Secus si contingenter: Et idem dicendum, quando sur voluntariè rem distraxit, sed adhuc apud Dominum res peritura erat intra id tempus. *Rat. primi,* quia sic nihil danni recepit Dominus: ergo, &c. *Ren. q. 8. Rat. 2.* quia iniquus possessor in mora restituendi tenetur de casu fortuito, qui dicit rem contingenter potuisse perire: ergo, &c. *Consi. Less. Med. Et c. Rat. 3.* quia quando voluntariè rem distraxit, voluntariè damnum Domino intulit: ergo, &c. *Lag. contra Less. Vafq. Et c.*
- 9 Vtrum acceptum ob turpem causam v. g. occisionem, sit restituendum? &c. neg. sive (contra *Sosum*) acceptum sit contra justitiam, sive non; dummodò non sit exorbitans, aut iniquum. *Rat. primi,* quia opus malum est pretio æstimabile: ergo, &c. *Less.*

- Leff. Bon. contra Med. Nov.* absolutè affirmantes. Rat. 2. quia qui dedit, voluntariè dedit: ergo, &c. *Leff. Rat. 3.* quia exorbitans injustè accipitur: ergo, &c. *Bon. Rat. 4.* quia solutio ipsa pecuniæ, simoniacè e.g., est iniqua. *Sas.* & ita discurrit *Ren. q. 9.*
- 10 *Quis* accepit aliquid pro deposito reddendo, vel ne occidat, futurum, &c. an teneatur, &c.? *R.* affl. illud accipiat tanquam debitum: Secus si liberaliter. Rat. primi, quia eo modo censetur extortum, cum omnia supradicta sint ex justitia debita: ergo, &c. Rat. 2. quia illud, quod datur censetur donatum: ergo, &c. Vnde non tenetur, qui aliquid accipit, ut fiat Christianus, confiteatur, &c. ob eamdem rationem. *Leff. Ren. q. 10.*
- 11 Quantum restituendum sit ex damno illato in seminibus, & plantis, si recollectio erat remota ob immaturitatem fructuum, vel teneritudinem arborum (proxima enim tota restituenda est.) *R.* restituendum esse prudentis arbitrio pretium mellium, quanti erant valitutæ tempore meis, deducto periculo, expensis, &c. etiam (contra *Sor.*) si malitiosè damnum illatum non sit; quia aliter non servatur æqualitas dampni illati. *Bon. Ren. q. 11. Affl. contra Dia. Leff. Fili.* dicentes pretium restituendum esse pro tempore, quo damnum illatum est.
- 12 An idem dicendum sit de damno illato in animalia, vel servos? *R.* neg. quia sic ex communi hominum aestimatione valor regum sumendus est, ut secundum *præsentem* statum aestimetur valor animalium, &c. segetum verò, & fructuum secundum statum tempore meis: ergo, &c. Tum quia si pullus equinus statim restitueretur, certum est per adversarios, quod non esset restituendus, nisi secundum statum præsentem: ergo etiam si postea restituatur, taliter restituendum est: ergo, &c. *Ren. q. 12. Say. contra Bon. & Affl.* nullum agnoscentes discriminem inter hunc, & casum præcedenteim.
- 13 An vendens gemmam alterius mille nummorum, putans esse 100. ad hæc, vel illa teneatur? *R.* teneri ad mille; quia restitutio facienda est ad æqualitatem, & sibi imputet vendens ignorantiam, ex qua Dominus pati damnum non debet. Tum quia restitutio est in poenam delicti, pœna autem incurritur etiam ab illam ignorantie: ergo, &c. *Lug. Ren. q. 13. contra Ponci.*
- 14 Quidam mutuavit 100. Cajo, restituendos intra annum, an teneatur Cagus ad restitutionem dannorum, lucri cessantis, & damni, &c. si intra annum non restituit? *R.* affl. si damno emergente certò constante, potens sit Cagus restituere, &c. nec casus æquiparetur emptori creditò ementi: Secus si Cagus im-
- po-

potens sit, nec explicitè pastum sit de lucro cessante, &c. Rat. primi quia Cajus per omissionem solutionis ex justitia debite, est causa talis damni: ergo, &c. ita communiter. Rat. 2. quia sic mercatores vendendo, tacitè de dilatione contentantur, quia illam cognoscunt, & sciunt. *Ren. q. 14. Lef. contra Ley. & Bon.* Rat. 3. quia tunc nulla est culpa in non restituendo; cum ex impotentia non sit Cajus in mora restituendi: ergo, &c. *Say. Fili. Bon. &c. contra D. Ibo. Affid. Mol. &c. 4. constat.*

15 An bona inventa, ut gemmæ, pisces in littore, bestiæ in silvis, thesaurus, &c. sint restituenda? *R. primò. Bona, quæ numquam habuerunt Dominum, sunt primi inventoris, ex l. 3. de acquirendo rerum dominio; Rodri. Fag. contra aliquos dicentes restituenda esse Regi. R. 2. bona, quæ de facto Dominum habent, & hic, facta diligentia non invenitur, non sunt primi invenientis, sed pauperibus restituenda sunt ex præsumpta voluntate Dominorum. Lef. Nav. etc. contra Sor. Say. etc. R. 3. bona, quæ aliquando habuerunt Dominum, sed ex longitudine temporis censemur Dominum non habere, de jure naturæ, & gentium sunt primi occupantis, sive in proprio, sive in alieno agro inveniantur; quia quæ sub nullius dominio sunt, primi occupantis sunt. Ren. q. 15. ubi quid de jure civili dicendum sit, statuit.*

16 An restitutio possit fieri per partes ab eo, qui totum restituere non potest? *R. aff. & aliter faciendo, non est absolvendus; quia sic restituens semper retineret partem restitutionis, unde semper creditor clamnum pateretur: ergo, &c. Say. Fag. Sor. Ren. q. 16. etc. contra Syl. Nav. etc.*

RESTITUTIO CUI FACIENDA EST, ET QUOMODO, QUANDO, QUO LOCO. Quares.

1 **A**N possit quis propria auctoritate bona incerta sibi tanquam pauperi applicare? *R. aff. si paupertas sit certa. Et rursus si partem honorum magni valoris juxta suam necessitatem sibi applicet, cætera cæteris distribuendo. Quod si paupertas sit dubia, tenetur consulere Confessarium. Rat. primi; quia obligatio illa restituendi pauperibus, non est coarctata huic, vel illi pauperi: ergo, &c. Ren. fol. 337. q. 1. Rat. 2. quia tunc aliter posset decipi: ergo, &c. Sor. uterque Nav. etc. contra Bon. absolutè dicentem consulendum esse Confessarium, vel Episco-
pu m.*

2. An bona incerta (facta diligentia) pauperibus applicata , sunt restituenda, Domino postea comparente : R. neg. si sunt extrinsicis pauperibus distributa , sive interim apud ipsos ea bona extent, sive non, quia scilicet distracta, & apud alios extantia: Secus si quis sibi tanquam pauperi applicavit ; tunc enim si ea extent, sive in totum, sive in partem sunt restituenda ; non autem si non extent : & multò magis si distracta extent apud aliquem , hic enim non tenetur. Rat. primi; quia si cum pauper ea distraxit, non tenetur ea restituere, etiam apud alium extent, ut docet Fag. quia tunc irrationalis est illa conditio, ut Dominio comparente illa restituantur ; ita cum possessor ea pauperibus distribuit, non tenentur pauperes. Rat. 2. quia tunc quis ratione rei acceptae , quae adhuc extat tenetur ; & talis presumitur voluntas Domini. Lef. Fag. Ren. q. 2. contra plures multi modè distinguentes.
3. Si quis in meliorem fortunam venefit , teneatur restituere bona sibi tanquam pauperi applicata . Non loquimur de bonis in extrema necessitate applicatis , de quo infra . R. neg. si tanquam verè pauperi sibi quis applicavit : Secus si sibi tanquam pauperi pro loco, vel tempore. Rat. primi; quia ex tempore , quo quis accepit, benè bona distribuit: ergo , &c. Ren. q. 3. Rat. 2. quia restitutio verè pauperibus facienda est. Lef.
4. An bona incerta sunt restituenda pauperibus Civitatis, & magis pauperibus; an è contrari R. Communitatì restituenda esse, si ab ipsa bona ablata fuerint , ut in bello injusto : Civibus verè incertis, quando ipsis restitutio fieri potest, augendo scilicet capo mensuram, & pondus, vel pretium minuendo: Pauperibus rursus Civitatis , quando Civibus fieri non potest , quia scilicet , capo in ea non reperitur. Denique pauperibus quibuscumque, quando dampnum non fuit à Civibus passum . Nec eligendi sunt magis pauperes, nisi hi essent in extrema necessitate. Rat. primi, & 2. quia tunc bona non censentur incerta, cum tamen Civitas , quam pauperes non ignorentur : ergo , &c. Bon. Affl. Rat. 3. quia voluntas Domini est , præ cæteris suam patrionam diligere. Affl. Rat. 4. quia non de jure naturali restitutio incertorum facienda est pauperibus , sed de jure positivo , quod non loquitur de pauperibus Civitatis ; sic cap. Cum ruse de usuria dicitur dentur pauperibus. Lef. Rat. 5. quia id nulla legge præcipitur. Dia. Rat. 6. quia sic postulat ordo charitatis. Say. Nav. Ren. q. 4.
5. An bona casu inventa, possit quis post factam diligentiam sibi re-

retinere & R. aff. si sit pauper. Constat ex dictis: Si vero sit dives, tenetur ea pauperibus restituere; ita Cora. Ren. q. 5. quam sententiam magis piam, & in proxim sequendam, dixit. Dis. licet Lef. Tamb. Pala. &c. sint contrariae opinionis. Rat. quia falsum est, eam esse voluntatem Domini, ut quis ea bona libi retineat, sed potius quod amissa spe Dominum inveniendi, pauperibus distribuat. Tum quia falsum est etiam, ea bona haberi pro derelictis, cum Dominum habeant, licet ignoratur: ergo, &c.

6 Quidam emit rem surreptam mala fide, postea comperitur Dominus, an teneatur Domino, vel possit furi restituere? de bona enim fide emente, non est dubium, quod possit, ut volunt Lef. Bon. Nav. &c. posse etiam furi restituere ad recuperandum pretium; quia sufficit si res reponatur in proprio loco, nec in pejori constituantur, quam antea fuerat: ergo, &c. Dia. Lay. Syl. Ren. q. 6. &c. contra Nav. Lef. &c.

7 Quid si sciām, furem rem Domino non restitutum? R. quod tunc si bona fide accepisti, potes etiam furi restituere: Secus si mala fide. Rat. primi; quia alioquin æquè obligaretur possessor bonæ fidei, ac fur ipse, quod est absurdum cum minor sit obligatio possessoris bonæ fidei, quam ipsius furis. Tamb. ex Lugo, &c. contra Mol. & Aco. Rat. 2. quia possessor malæ fidei equiparatur furi. Ren. q. 7. Say. ex Med. &c. contra Ang. Syl. &c.

8 Quid in casu quo non est recuperandum pretium, ut si quis surripiat à latrone sublata? R. in eo casu teneri surripientem non furi, sed vero Domino restituere; quia huic damnum suit illatum: eo vel maximè, quia furi restituendo non est recuperandum pretium: ergo potius Domino facienda est restitutio. Say. Ren. q. 8. contra Nav. Dia. non solum permittentes, sed etiam præcipientes oppositum.

9 An auferens rem depositatam, vel commodatam, possit illam Domino commodanti, vel depositanti restituere? R. neg. quia sic privaret depositarium, vel commodatarium justo usu rei, quan. justè possidet: ergo aliter faciendo peccaret contra charitatem, & justitiam, & consequenter teneretur ad restitutionem, si ex eo aliquod damnum supradictis eveniret. Say. Ren. q. 9.

10 Cui teneatur restituere, qui vi, vel fraude fecit, ut beneficium conferatur indigno? ex dictis enim Ver. Restitutio q. 4. constat teneri Superiorē ad restitutionem: ergo à fortiori, &c. R. in casu posito teneri restituere non solum digno, sed etiam Ecclesiæ, vel Reipublicæ damna, quæ patitur ob Ministri indi-

- gnitatē; quia utriusque damnā intulit: ergo, &c. *Dia.* quod si
fine vi, & fraude id fecerit, Reipublicæ, &c. Ecclesiæ, non autem
dignio tenetur restituere: quia huic nullum jus à sic impedien-
te lauditur, quod erga *impedientem* habeat. *Camb. Ren. q. 10.*
- 11 Cui facienda sit restitutio eorum, quæ Religiosis, Filiisfami-
lias, Pupillis, Minoribus, &c. fuerunt ablatae. ipsiſ faciendam
esse restitutionem, si de ablatis administrationem habent:
quod si non, Monasterio, Patri, &c. dummodò nō inde danni
timeat restituens. *Rat. primi*; quia illis non tanquam Doni-
nis, sed tanquam administratoribus licet fieri potest restitutio.
Say. Ren. q. 11. Idem dicendum est de furto peculii à Religioso
distracti in illicitos usus, vel absque licentia Superioris; duin-
modò nō timeatur, eos iterum sic illud distracturos. *San. Pelliz.*
&c. Rat. 2. quia supradicti non sunt Domini: ergo, &c. 3. patet.
Say. Cui autem Monasterio facienda sit restitutio? Dic cum
Pelliz. faciendam esse Monasterio prioris Ordinis, si ad aliud
Religious transiit; vel si non, sed ad aliud Monasterium,
ejusdem Ordinis transiit, primo Monasterio, si distractio facta
sit de bonis Monasterii.
- 12 Si quod debeo restituere Titio, restituam ejus creditori, an
satisfaciām? *R. aff. etiam (contra Fag.)* si in hoc invitus sit
meus creditor; cum hoc tamen; quod exhibeam cautelam meo
creditori, ne postea contra eum agat creditor mei creditoris,
creditum rursus creditoris sit liquidum, nullum inde damnum
meo creditori sequatur, & denique dummodò res in specie re-
stituenda ponit. *Rat. primi*; quia sic restituendo utile nego-
tium mei creditoris ago. *Rat. ultimi*; quia aliter effet Judicis
officium exercere: Quæ omnia procedunt in foro conscientiæ,
quidquid sit de foro externo. *Ren. q. 12. Fili. Say. etc.*
- 13 An restitutio facta Confessario, vel viro gravi Religious ad
eam Domino tradendam valeat, si Confessarius eam sibi reti-
nuit? *R. neg.* unde cum primum id scitur, iterum facienda est
restitutione; quia quamdiu res non traditur creditori, est sub do-
minio debitoris: ergo debitori perit. *Ren. q. 13. Hart. Less. etc.*
contra Sor.
- 14 Si res debita ex voto, vel juramento per alium missa casu
pereat, an iterum sit mittenda? *R. neg.* quia obligatio voti est
personalis, & dependet ab intentione votantis: ergo si hic non
intendat se obligare ad iterum dandam rem voto promissam,
si casu pereat, ad hoc non tenetur. Nec valet paritas casus præ-
cedentis; quia illa obligatio restitutionis est realis, quæ cum
effectu

effidu ad manus creditoris pervenire debet. *Dia. Ren. q. 14.*

15 Quando facienda sit restitutio? Si faciendam esse statim, cum primum fieri potest, si ex delicto facienda est; si vero ex contractu, etiam statim, dico, faciendam esse, si in ipso appositus sit terminus, nec aliud ex tacito saltem consensu creditoris colligatur: Quod si non sit appositus, non est facienda restitutio, si creditor suum debitum non ignorat. Rat. pripes quia licet preceptum restituendi sit formaliter affirmativum, virtutiter tamen est negativum: ergo, &c. *Fag. Ren. fol. 364. q. 1.*
 Rat. 2. quia alias tunc mora dampnum afferget creditoris capo, &c. Quamvis verum sit (contra *Fag.*) in hoc non intervenire mortalem culpam; quia creditor debitum ex contractu potest exigere medio Judice, quod si non facit, consentire videatur. *Bon. Dia. &c.* Rat. 3. quia tunc creditor videtur tacite in dilationem consentire.

16 Quot peccata committit, qui cum posse longo tempore restitucionem differt? Loquimur de obligato non ex contractu, sed ex delicto. 1. unum peccatum committere, si voluntas non restituendi non sit interrupta; plura vero è contraria. Quod extenditur ad eum, qui pluries ex impotente sit potens. Primum, & 2. constat. 3. probatur; quia sicuti ratione impotentia testat peccatum, ita ratione iterata potentia multiplicatur. *Af. fidi. Ren. q. 2.*

7. An sit absolvendus, qui per tres, vel quatuor vices proximis restituere, & non restituit? neg. regulariter loquendo; quia presumitur non habere firmum propositum, & sic neque in posterum restituturum: ergo manet in proxima occasione peccandi: Et idem (ratione publici scandali) dicendum est, etiam in prima vice, de publico usurario, publico raptor bonorum Ecclesiarum, & obligato sub pena excommunicationis. *Fag. Say. Tamb. contra Caje. etc.* nec etiam in prima vice absolvendum est dicentes. Dixi regulariter, etc. quia quandoque, ex *Ren. q. 3.* supposito maximo dolore, & proposito, absolvi poterit imposito (penes *Tamb.*) onere, non accedendi ante restitucionem ad Eucaristiam.

Qui in articulo mortis potens restituere, id committit hereditus, an possit absolviri? aff. si id ex necessitate, infamia, e. g. acrias: Secus contraria. Primum constat. 2. probatur; quia sacerdotalitas non aditur, vel si sic patitur dilaciones, & heredes restitucionem, (quae nulla causa excusante, statim facienda est) sacerdotem negligunt, unde sic restituens ostendit, quod si viveret,

- non restitueret ergo, &c. *Say. Nav. Ren. q. 4. etc.*
19. An qui detinet centum per annum, magis peccet, quam qui per annum pluribus vicibus 100. furatur? *Rat.* primum intensivè gravius peccare. 2. verò gravius extensivè. *Rat. primi;* quia unum peccatum committit, sed gravius ratione quantitatis: ergo, *sic. Rat. 2.* quia plura peccata committit, & singula non sunt ita gravis. *Ren. q. 4. Nav.* Aliter discurrent *Bon. Val. q. 5. c.*
20. Qua ordine facienda sit restitutio à simul e. g. furantibus? *Rat.* teneri primum principalem, qui in danno illato est præcipiens, & in furto est ille, apud quem res extat, vel in se, vel æquivalenter, per id scilicet, in quo factus est ille ditior, quamvis non sit mandans, sed tantum consilens, &c. Deinde tenentur ad totum minus principales huc ordine, itaut principali non restituendo, tenerur exequens, postea consilens, vel mandans, postea receptans, & ultimo loco non obstans, non manifestans, si adid ex officio teneatur. *Rat. primi;* quia principalis magis condonatur ergo, &c. *Rat. 2.* quia qui immediatus concurrevit, principalius ad restituendum obligatur. *S. Tb. Bon. Ren. q. 6. 5. c.*
21. Utrum causa principalis restituente, teneatur ad aliquid causa minus principalis, &c. & contrari. ad primum neg. quia minus principalis in defectu principali tantum tenetur: ergo, &c. Unde ad 2. dico, quod restituente causa minus principali, huic totum restituere debet principalis; quia illa huius utile negotiata gerit, & consequenter acquirit jus, quod creditor ad causam principalem habebat ergo, &c. *Bon. Say. Ren. q. 7. 5. c.*
22. Utrum causa æquè principales, vel æquè minus principales teneantur in solidum, vel ad partem damni? *Rat.* unumquemque teneri ad ratam, vel (in defectu aliorum) ad totum: & cui prius totum solvit, tenetur reliqui pro sua rata: respectu rationis restitutio facta, non respectu sui ipsius. 2. & 3. constat ex dictis. Primum probatur; quia eodem modo cooperati sunt ad damnum: ergo, &c. Probatur 4. quia si tres furati sunt triamillia, & unus totum restituuit, volens alius huic restituere, non mille, nec duo millia, sed mille, & quingenta restituere debet, licet utriusque postea competit actio respectu tertii non restituentis. *Rat.* quia volens restituere, æqualiter cum socio restituere debet, & æqualiter damnum subire: ergo, &c. *Leff. Bon. Ren. q. 8.*
23. An condonata restitutione uni ex obligatis, alii remaneant obligati? *Rat.* neg. si condonatio facta sit principali: Secus si minus principali: in quo casu, si huic facta fuit, cedendo etiam con-

condonans omnem suam actionem erga principalem; poterit condonans suum debitum repeteret à causa principali. Rat. primi, &c. 2. quia sublato principali, jure naturae solitus acofessum, non est contraria: ergo, &c. Rat. 3. quia condonatus succedit in legem creditoris. *Leff. Bon. Res. q. 9. art. c.*

24 Quando debitor non potest omnibus solvere, quem ordinem servare debeat, ac primò, an praefereat possit credorem bonorum certorum, neg. quando bona incerta extant: Secus si non extenterit, etiam preferendus est creditor honorum certorum, etiam si creditor incertus sit anterior; Rat. primi, quia res, quia extat, semper clamat ad Dominum, qui est. ignoratur, non proinde amissi sua rei dominium: nec pejoris conditionis est Domino certo. Est contumacia. Rat. 2. quia solutione certos subtil est de jure negotiorum; incertorum: vero de iure tantum positivo, debito pauperibus, ex dictis ergo, &c. *Leff. Bon. Res. q. 10. art. c.*

25 An in conscientia servandus sit ordinatio allego. positiu praefertus in restitutio ectorum: n. s. quia leges civiles aquitate naturali nimicuntur. Hinc restitutio facienda est. Primo cheius res extat. 2. creditoribus hypothecariis: positis quam personalibus; ut sunt chyrografarii: nisi creditor personalis talis sit pro expensis funeris, ex *I. secundum, C. de jur. delib.* 3. hypothecariis prioribus in tempore, etiam si solum tacitam (ex *I. 2. C. cod. 15.*) posteriores vero exceptionem habeat hypothecarii, ex *I. bac. edit. 6. C. de secundis. aspctis, 5. hic si lud; cum fine personae in jure;* Excipe nisi quis mutuaverit pecuniam ad remittendam, vel recipiendam, vel vendendam, vel custodiendam ex *I. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1798. 1799. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1898. 1899. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984.*

consanguineo, &c. cum damno tertii gratificari. *Loff. Say.*
Ren. q. 12. 19^o.

27 Vtrum creditor modò dictus ex gratitudine ante alios satisfatus, debet in conscientia restituere accepitum. Supponendum est, sic satisfacientem mortalitorum peccare, & ad restitutionem aliis creditoribus teneri. *R.* nunc neg. etiam si mala fide accepit, sciatque debitorem non esse aliis soluturum; quia non accepit *rem*: alteri obligata non potest illam sibi retinere. Tum quia non tenetur in furo externo restituere ex *l. quod autem*, *h. b. q. 7. de bis*, *qua in fraudem creditarum ergo* neque in furo conscientiae, cum illa lex justa sit, & in furo conscientiae servanda. *Ren. q. 13. Say. Fag. contra Bon. A. v. 11. q. 1. etc.*

28 An honestitatem id, quod ab aliquo accepisti non tanquam creditore, si id resundet in fraudem suorum creditorum? Quaeritur procedit de rebus; quorum dans habet dominium, non de rebus aliis hypothecatis, e.g. furtivis, quae acceperit in conscientia non possunt. *R.* neg. in furo conscientiae, si sponte data fuerint, sive iassetum accepisti titulo oneroso, e.g. venditione, sive gratuio: *Iust.* & etiam si cum novitate studis creditorum accepisti. Secus si tu ad damnum induxisti. 3. patet pri probatur; quia cum sponte recipis, non es causa, ut ille det, licet hic interim dando pescet: ergo, &c. Tum quia dans dominium tui habet, ut supponimus: ergo, &c. Probatum est, quia neque ex iustitia, neque ex charitate teneres cum tuo incommodo, alterius incommodo occurrores. Hinc est, quod qui modo dicto accipit ab usurario, vel fure res, de quibus ipsi dominium habent, non tenetur ad restituendam; quia non sunt causa hypothecate suis creditoribus. *Loff. contra Bon.* qui plura dura ex sua contraria deducit, quae *Ren. q. 14.* admittit in furo externo, & civili tantum.

29 Qualis ordo servandus sit inter debita ex delicto, & debita ex justo contractu? *R.* si debita ex contractu habeant hypothecam, praferenda sunt. Si vero non, nullus servandus est ordo, si res non extens: Quod si extens, praferendus est Dominus tui, vel per rem, vel per premium ipsum. Premium constat ex dictis. 2. probatur; quia sic debita censentur personalia, sicut sunt illa ex delicto: ergo, &c. 3. probatur; quia ex tacito consensu contrahentium, res extens censetur Dominio obligata, aliter enim Dominus non contraxisset. *Ren. q. 15. Loff. Fag. contra Med.* absolute praferendem debita ex delicto, & contra Coje. debita ex justo contractu.

30 Quo

30 Quo loco , & cujus expensis facienda est restitutio ? Si restitu-
tio britur ex re accepta bona fide , facienda est in loco , ubi est
restituens : in loco vero , ubi est Dorthinus , quando oritur ex
mala fide. Item si debetur ex contractu , facienda est , ubi con-
tractus est celebratus , si in ipso locus non fuit expressus : &
rursum expensis ejus , in cuius utilitatem contractus fuit cele-
bratus. Rat. primi , quia possessor bonae fidei tenetur tantum
ad id , in quo factus est dicitur : ergo , &c. Rat. 2. quia possessor
malae fidei debet rem reponere in suo pristino statu: ergo , &c.
Rat. 3. quia quando in contractu non assignatur locus , hic cen-
setur ille celebrationis contractus . Rat. 4. quia qui sentit com-
modum , & incommodum sentire debet: ergo , &c. Bon. Aff. Et.
Ren. q. 16.

31 Quid dicendum sit in hoc 4. casu , si Dominus mutavit domi-
ciliū , & longe discessit ? v. non teneri eum , in cuius gratia
celebratus est contractus suis expensis rem Domino restitu-
re; quia sibi imputet Dominus ; quod alibi immigraverit : ergo ,
&c. Oppositum dicendum , si ipse , alibi discessit . Et idem di-
cendum proportionaliter de accipiente rem , & seipsum , vel
rem transference , durante bona , vel mala fide. Say. Lef. Aff. Et.
Ren. q. 17. Et.

2 Qui furatus est Petro , dum in via Romanam progrederetur , an
propriis expensis teneatur furum Romanam mittere ? v. teneri
furante expensis Domini rem furatam Romanam mittere ; vel
in locum , ubi eam furatus est restituere , si non speret se ex-
pensas recuperaturum , certiorato de hoc creditore ; quia alio-
quin Dominus ex furto ei facto lucrum reportaret: quod intel-
ligendum est; si expensis Dominus rem transportasset , alioquin
teneretur fur propriis expensis. Ren. q. 18.

3 Vtrum si praedictæ expensæ excedant , vel æquiveleant valo-
rem rei , res sit restituenda ? v. aff. si res ex delicto sit resti-
tuenda: dummodo expensæ non sint duplo majores in valore:
Secus si restituenda sit ex justo contractu . Rat. primi; quia ex
culpa sibi imputet damnum restituens . 3. constat . Probatur 2.
nam notabile damnum debitoris exclusat à restitutione . Lug.
Ren. q. 19. contra Mol. Et. c. absolutè negantes ; & contra Caje.
Sot. Et. c. affirmantes , etiam si in quadruplum expensæ essent
restituende.

**RESTITUTIONIS AB OBLIGATIONE
CAVSÆ EXCUSANTES.**

Quares.

- Q** Vot, & quæ sint causæ excusantes à restitutione? Decem, & septem causas assignat. *Dia.* quem sequitur *Ren.* fol. 37. q. 1. & 2. dvodecim veras, & quinque apparentes. Prima est condonatio . 2. damnum creditoris, vel alterius tertiae personæ . 3. damnum notabile debitoris . 4. ejusdem impotentia. 5. extrema necessitas ejusdem . 6. ignorantia ejusdem . 7. æquale dubium, an res sit aliena . 8. compensatio . 9. rei inteditus. 10. præscriptio cum bona fide , 11. compositio , & denique 12. spes restituendi omnibus , si statim non restituat . Apparentes sunt excommunicatio creditoris . Cessio bonorum. Præscriptio cum mala fide. Sententia Judicis ex falsa præsumptione orta; quæ neque in conscientia excusat , quidquid sit in foro fori.) Et denique Religionis ingressus, de quo dubitatur, ut infra.
- Secunda 4. 5. 6. 7. & 12. excusant ad tempus : in quibus casibus debitor, si talis sit ex delicto , tenetur ad interest : non autem si ex contractu , nisi damnum , quod debitor pateretur solvendo, esset pecuniarum: tunc enim si habet lucrum non restituendo, par est, ut idem lucrum det debitori. *Nuv. Vasq. Less.*
2. Quomodo condonatio excusat? excusare, si facta sit liberè, & non sit à jure prohibita: ut facta à pupillo, vel furioso sine licetia: facta in visitatione Episcopo, aliquid præter necessaria ad vitum recipienti : Inquisitoribus ratione officii : facta Judici Ecclesiastico recipienti aliquid à partibus litigantibus : facta Canonico , qui Divinis non interfuit : facta denique à filiisfamilias, vel Religiosis . *Ren. q. 3.*
3. An condonatio præsumpta, & tacita excusat? *R. aff.* quia voluntas præsumpta , voluntas est : ergo , &c. sic se habet voluntas parentum erga suos filios furantes . *Bon.* Item duellantium si se in vicem provocaverint. *Lag. Fag. &c.* contra *Mol. &c.* Denique voluntas ludentium , si famulis præbeant pecuniam excedentem pro dulciariis , candelis, chartis etiendis, &c. illi enim valorem rerum sciunt. *Mol. Dia. Ren. q. 4. &c.*
4. An remissio occisi facta occisori , illuni à restitutione excusat? *B. neg.* si facta sit in foro externo ; quia censetur facta tantum quoad injuriam, & pœnam vindictæ. *San.* Idem dicendum, quando remissio fit in foro animæ, & remittens nil aliud intendit,

dit, quam id, duod prætendunt Confessarii; per hanc enim
nec etiam excusatur occisus à jure accusandi occidentem in-
judicio; quia intelligitur facta ad excludendum odium. *San.*
Quod si occisus intendit in foro animæ remittere dāmna, & ex-
pensas (quod facere non potest sine peccato, quando filii sunt
pauperes, nec habent, unde se alant, cùm debitum illud non
debeat filiis tanquam hæredibus, sed tanquam filiis, nam ad-
huc teneretur occisor, si Pater filios exhæredaret) non tenetur
occisor, etiam in casu parentesis ad restitutionem. *Rat.* primi
quia unusquisque jus, quod habet, remittere potest: ergo, &c.
Rat. 2. quia Pater non tenetur ex iustitia alimenta præstare
filiis: ergo si temittat, factum tenet. Hinc nulla facienda est
restitutione nobibus, qui in foro interno censentur tacite con-
sentire. *San. Dia. Ren. q. 5.*

5 Quoniadò excusat damnum creditoris, vel alterius tertie per-
sonæ? *R.* excusare, nisi sit périculum alterius majoris, vel pa-
ris damni in creditore, ex dilatione restitutionis: vel nisi ex has
parum creditori consulatur: ut si te statim in judicio vocet: vel
denique nisi cum tuo inconmodo differas restitutionem; quia,
demptis his casibus, utile negotium geris creditoris. Hinc po-
tes non restituere, si scias restitutum in libidines, &c. à credito-
re consumendum. *Fag. Say. Ren. q. 6. &c.*

6 Quoniado excusat damnum corporale debitoris? (spirituale
enim tam ipsius, quam suorum, immo & périculum infamiae,
vel servitutis, certum est excusare) *R.* excusare, si damnum
magnum sit, non quidem in rebus debitibus, sed debitoris, nisi
damnum in rebus debitibus importaret jacturam proprii status.
Rat. primi quia tunc creditor, si in dilatione est invitus, irra-
tionabiliter talis est: ergo, &c. *Rat. 2.* quia tunc non est propriè
pati damnum, sed potius aliena restituere; ergo, &c. *Rat. 3.*
quia tunc excusat debitor ratione gravis necessitatis. *Less.*
Ren. q. 7.

Sed quid dicendum, si creditor æquale damnum patiatur, an
teneatur debitor ad restitutionem? *R.* aff. quia tunc melior
est conditio creditoris, justum dominium possidentis. Hinc
testis falsus etiam cum suæ vitæ periculo retractare se debet
apud Judicem, suo falso testimonio aliquem damnantem ad
mortem, si sciat se profuturum. *Bon. Ren. q. 8.* Qualis autem
excessus in debitore excusat? Dic cum *Affid.* (contra *Bon.* di-
centem non excusare duplo maius damnum debitoris,) id re-
mittendum esse prudentis arbitrio.

8 Quid

- 8 Quid si cym pari damno in restituendo ratione expensarum, prævideat debitor, se omnino in futurum impotentem fore, an teneatur tunc restituere? R. teneri statim restituere, nisi damnum, quod patitur esset triplo majus, quod sit utile negotium proveniens creditori. Rat. primis quia Dominus non ideo potest re sua in perpetuum privari, quod debitor tantumdem in sumptus impendere cogatur: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc præsumitur Domino non displicere, si paulatim restituatur pauperibus. *Lef. Ren. q. 9.*
- 9 An excusat debitor, qui restituendo magnum lucrum amitteret? R. aff. quia magni lucri amissio æquiparatur magno damno debitoris: sed hoc ex dictis, excusat cum limitationibus ibi adductis: ergo, &c. *Vid. q. 6. Ren. q. 10.*
- 10 Quomodo excusat impotentia, seu necessitas extrema, quæ vel physica est excludens actum, & potentiam; vel moralis, quæ actum includit cum dejectione proprii status? R. Si impotentia est totalis, & certa, excusat; si vero est pro certo tempore, vel incerta, excusat pro tempore; vel impotens consulere debet viros doctos, & timoratos. 2. constat; primum probatur: quia ad impossibile nemo tenetur. *D. Tho. Ren. q. 11. Affi.*
- 11 An non solum extrema, sed etiam gravis necessitas excusat à restitutione? R. neg. si debitor sit in statu, (à quo cadere debet) injustè acquisito; vel sit in statu acquisito bona fide, adveniente deinde mala fide: Secus si sit in statu justè acquisito. Rat. primi, quia non potest quis furari ob gravem necessitatem. ergo, &c. Tunc quia non dicitur quis cadere à statu non suo: ergo, &c. Rat. 2. quia licet à principio justè possederit, adveniente verò mala fide, injustè possidet: ergo, &c. Rat. 3. quia tunc dicetur cadere à statu suo. Nec inde sequitur, hunc posse furari, ne cadat à suo statu justè acquisito, quia minus est aliena retinere, quam aliena rapere. *Ren. q. 12. D. Tho. Bon. Fag. &c.*
- 12 An teneatur Doctor vendere libros, vel agricola boves ad restituendum? R. neg. si exinde cadant ab eorum justo statu mendicando, &c. Secus si eorum status iniuatur tantum; tunc enim tenetur non sic laute vivere, familiam moderare, &c. ad restituendum. Primum constat ex dictis 2. probatur; quia unusquisque tenetur facere ea, per quæ commode restituere posse: ergo, &c. *Sag. Ren. q. 13.* Hinc non tenetur comes vendere comitatum, nec nobilis servitutē se exhibere, vel labori, nec artifex tenetur vendere sua instrumenta, etiam si hæc sint creditoris. *Sag. Bon.*

13 An

An non solum extrema, vel gravis necessitas propria, sed etiam fratri, patris, &c. amicorum, vel propinquorum excusat? *R.* Posse pro illo tunc debitorem differre restitutionem, si alia via non possit supradictis occurtere, & creditor non sit in pari necessitate; quia in extrema necessitate omnia sunt communia, & in gravi, licet non possit quis aliena surripere, potest tamen ea retinere, cum hoc minus sit illo. *Res. q. 14.*
Leff. Bon.

An in casu, quo debitor, & creditor sunt in pari extrema necessitate excusat debitor à restitutione? *R.* neg. si creditor sit persona publica, & utilis Republicæ, & hoc ex ordine charitatis dumtaxat: Secus si talis non sit; quia tunc cum omnia sint communia, melior est conditio debitoris possidentis. *Ren. q. 15. D. Tho. Leff. Dia. &c.*

Quid si parentes, vel amici debitoris simul cum creditore dumtaxat, sint in extrema necessitate? *R.* præferendos esse parentes, & insignes amicos; quia quando omnia sunt communia, nec consequenter aliquid debetur alicui ex justitia, præferenda est pietas. *Ren. q. 16. Leff. Say. contra Aro.*

Vtrum existente debitore, vel ejus parentibus in pari gravi necessitate cum creditore, res sit restituenda? *R.* aff. quia ideò in extrema necessitate debitor non debet restituere, cd quod tunc omnia sunt communia; quod non verificatur in gravi necessitate: ergo, &c. *Res. q. 17.* Et licet possit debitor in gravi necessitate sua, vel aliorum, si non surripere aliena, saltem ea retinere; hoc est, ne cadat à suo statu justè acquisito: at status conjunctorum, nec justè, nec injustè acquisitus dici potest respectu alienorum bonorum.

An accepta in extrema necessitate, sint restituenda in pinguori fortuna? *R.* aff. si extent: Secus si non; quia non sunt restituenda ratione rei, cum non extet, nec ratione injustæ acceptationis, ut patet, nec ratione contractus, etiam impliciti; cum ea acceptio ex natura sua fuerit libera absque ullo onere: ergo, &c. *Res. q. 18. Say. Dia. contra Med. Nav. Covaru. &c.*

An res accepta ante necessitatem, consumpta verò in extrema, sit restituenda? *R.* aff. sive res injustè sit accepta, ut ex furto, sive justè, ut ex contractu (intellige ex contractu transferente dominium, ut est contractus mutui.) Rat. primi; quia debitum contractum ante necessitatem, per hanc supervenientem, non extinguitur, sed suspenditur, quod satis est ad eam sublevandam absque eo, quod debitum omnino tollatur: ergo,

go, &c. Ren. q. 19. Scotus, Lef. Sag. &c. contra Pald. Dia. Coni. &c.
Rat. 2. quia tunc non aliena, sed propria res consumpta fuit:
ergo aliena restituenda est. Tamb.

39 Quomodo excusat ignorantia, vel æquale debitoris dubium
et. Invincibilem ignorantiam tam juris, quam facti excusare;
quia ea ignorantia facit involuntarium. Fag. Vnde ad 2. æqua-
le dubium (facta diligentia) circa rem, etiam excusare; quia
melior est conditio possidentis. Say. Ren. q. 20. Dixi circa rem;
quia si quis certus sit de debito, dubius verò de solutione, te-
netur restituere; quia possedit stat pro debito: Quod intelligi-
tur, si solus debitor dubitet; si enim de ipsa solutione etiam
creditor dubitet, tunc omittis variis opinionibus. Dico cum
Lag. nec creditorem damnandum esse, si integrum creditum
recipiat, nec debitorem si integrum solutionem facere omit-
teret, & id ob probables rationes utriusque partis.

20 Quomodo compensatio excusat. Vid. Furtum q. 3.

21 Verum possit quis bona oblata compensare cum donis gratui-
tis, quæ Domino rei mittit? &c. aff. (dummodo expressè non
intendat donare) quamvis interim nil cogitet de debito. 2.
constat; prium probatur; quia sic servatur æqualitas restitu-
tionis: ergo, &c. Probatur 3. quia voluntate interpretativa
censetur voluisse solvere debitum. Ren. q. 22. Fag. contra Bon.
Sag. &c. absolutè negantes.

22 An compensatio fieri possit in rebus, quæ non recipiunt fun-
ctionem in genere suo; ut an possit compensari frumentum,
cum equo? &c. aff. in foro interno, quid quid sit de externo, &
nisi sic grave damnum creditor iheratur: quia servatur, vel
non, æqualitas restitutionis. Fag. Ren. q. 23.

23 Quomodo rei interitus excusat? &c. rei interitum excusare, si
res sit aliena, nec intercesserit tua culpa, vel mora: Secus si sit
tua; vel si aliena debita tamen in specie (non in individuo) ut
centum modios frumenti ex mille; sive interim tua culpa, vel
mora perit, sive non. Rat. primi; quia res aliena suo Domi-
no perit: ergo, &c. Rat. 2. quia quando res est tua, tibi perit:
ergo, &c. Lef. Rat. 3. quia debitor immediate obligatur in
persona, mediate verè, & consequenter in re: ergo re pe-
rennita in specie adhuc debitor tenetur. Ren. q. 24. Sag.

24 Quomodo præscriptio excusat? &c. excusare concurrentibus
quique conditionibus. Prima est continuata posseditio rei alien-
æ. 2. capacitas possessionis, tam active possidentis, quam
passivè in re possessa. Vnde nec Laicus res Ecclesiasticas, nec
Reli-

Religiosi aliquid præscribere possunt. 3. est bona fides. 4. est titulus emptionis, e. g. donationis, &c. (licet res possessa sine titulo, aliquando per longius spatum solito, triginta scilicet annorum, præscribi possit, & universum sive mobilis, sive immobilis; Ecclesiæ verò tantum mobilis.) 5. est tempus, vide licet spatum trium annorum inter præsentes, & quatuor inter absentes: quadraginta cum titulo, si res sint Ecclesiæ, ex l. mala fidei. Cod. de præscrip. longi temporis; & si Ecclesiæ Romanæ centum, deducendo spatum Sedis vacantis, cum tunc Ecclesia defensorem non habeat; cap. si diligenti, c. cum vobis, &c. de græscript. Idem spatum requiritur ad præscribendum adversus Civitates, & Principem in bonis Coronæ; ad præscribendum verò legibus, & consuetudinibus, sive non bona, sive mala fide observatis, decem annorum sufficit spatum. Say. Tam. Ren. q. 25.

25 Quomodo compositio, & spes restituendi omnibus creditoribus excusat? R. ad primum compositionem excusare, etiam si postea unus creditor compareat; compositio enim seu dispensatio, quæ fit à Pontifice, & locum habet in rebus incertis, in quibus ignoratur Dominus, & quæ alias restituendas essent pauperibus, vel Ecclesiæ, æquivalet præscriptioni: ergo, &c. Dia. Henr. &c. contra Villalo. &c. Vnde ad 2. R. spem, &c. excusare ob aliorum creditorum utilitatem; æquum enim est, ut sicut damnum aliorum, ita & aliorum utilitas excusat à restitutione. Ren. q. 26.

26 An Religionis ingressus sit numerandus inter causas excusantes à restitutione? Præter dicta Ver. Restitutionem quis, &c. q. 3. & 14. R. neg. si debitor ante ingressum habet bona extantia: quod si non, tunc potest cessis omnibus bonis creditoribus (alias profectio esset nulla, ex motu proprio Xisti V.) Religionem ingredi, (nisi manendo in sæculo brevi tempore, & sine notabili difficultate satisfacere posset:) quia tunc redditur impotens ad aliud restituendum, & sic excusatur. Hinc est, quod Religionis ingressus, non ut talis, sed ratione impotentiae excusat. Sap. Leff. Ren. q. 27. &c. contra Med. Val. &c. absolute negantes.

RESTITUTIO OB HOMICIDIUM. Quæst.

1 A N aliquid sit restituendum pro vita occisi, membro rotulato, cicatrice inficta, &c.? R. neg. si occisus sit liber, quia

- quia liber homo nullam recipit aestimationem, ex L. fin. de bis, qui dejecterint, vel effuderint. Tum quia restitutio æqualitatem respicit, quæ in casu haberi non potest, cum vita, vel pars vitæ, ut potè superioris ordinis, nulla pecunia compensari possit. Ren. fol. 384. q. 1. Bon. Tamb. etc. contra Sol. Syl. etc.
- 2 An sit aliquid ex justitia restituendum pro anima occisi, sacrificia applicando, &c. R. neg. licet hoc optimum medium esset ad satisfaciendum pro peccato. Rat. quia non tenetur quis pro anima occisi pagari: ergo neque pro fidiли: consequentia probatur; quia obligatio naturalis est universalis: ergo, &c. Tum quia res est incerta, cum nescire possumus, an in vita occisus meruerisset, vel demeruerisset: ergo, &c. Less. Lay. Ren. q. 2. etc. contra *Rebellium*, etc.
- 3 An sit restituendum totum lucrum cessans ob mortem occisi, vel potius detrahendæ sint expensæ in personam ipsam occisi necessariæ: R. restituendam esse spem lucri cessantis, detractis item expensis in sui personam insumendis; quo facto non tenetur ulterius occisor administrare alimenta iis, quibus occisus ex justitia tenebatur. Rat. primi, quia lucrum cessans considerari debet cum omnibus suis periculis, diminutione, scilicet, sanitatis, cum impedimentis ad lucrandum, &c. ergo non totum lucrum, sed spes lucri est aestimanda. Rat. 2. quia quæ occisus consumpsisset in sui personam, imputari non possunt ad damnatum hæredum: ergo, &c. Rat. 3. quia occisus ex eo lucro debebat illos alere; ergo, &c. Affili. Ren. q. 3. Less. Dia. etc. contra *Pan. r. Nov.* etc. absolute affirmantes.
- 4 An detrahendi sint etiam labores quos occisus suscepisset in eo lucro cessante acquirendo: R. neg. quia aliqui nil esset restituendum, cum ordinariè tanti valeant labores, quanti lucrum ipsum: Tum quia hæredes (quibus facienda est restitutio) nullum laborem subituri erant: ergo, &c. Less. Tamb. Ren. q. 4. etc. contra *Majorem*.
- 5 Per quænum numerum annorum computandum est lucrum: R. non posse in hac computatione certam regulam assignari, sed id remittendum esse prudentis arbitrio, attentis circumspectantibus Personæ, loci, temporis, modi vivendi occisi, ejus valetudinis, officii, & curæ in eo se exercendo, &c. Less. Fog. Ren. q. 5. etc.
- 6 Vtrum homicida mortem tantum subeundo satisfaciat? R. neg. si hæredes occisi aliquid exigant: Secus si non. Rat. primi, quia per mortem solum compensatur injuria Reipublicæ illata: ergo,

- ergo, &c. Rat. 2. quia sic ordinariè per posnam mortis heredes occisi acquiescunt, & videntur compensati: ergo, &c. *Leff. Ren. q. 6. Fag. &c. contra Angel. Sol. &c.* absolvè affirmantes.
7. An homicida aliquid restituere teneatur pro expensis funeris occisi? R. aff. si ipsæ fuerint extraordinariæ, ut quia extra dominum, vel patriam occisi faciendæ essent: Secus si ordinariæ fuerint. Rat. primi est damnum extraordinarium. Rat. 2. quia illas occisus facere debuisset, si naturali morte obiisset. *Leff. Fag. Ren. q. 7. &c. contra Nav.* absolvè affirmantem.
8. An si homicidium sequatur ex justa defensione, teneatur homicida aliquid restituere? R. neg. etiam si mortaliter excesserit moderamen tutelæ; sive interim homicida fuerit provocatus, si ve tantum aggressus ab occiso, quia tam qui provocavit, quam qui aggreditur, videtur damna renittere, cum uterque illis damnis voluntariè se exposuerit. *Tamb. contra Leff.* provocatum excusantem in casu excessus, non autem aggressus. Quod si quis neque provocatus, neque aggressus rixa tantum. (& solis verbis) causam dedit, tenetur ad restitutionem illumin occidens: Secus si gladio evaginato. Rat. primi; quia solis verbis rixantem occidens, peccat contra justitiam: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc occidens justè se defendit: Et idem dicendum, quando quis solis verbis rixans, alium occidit gladio, se defendere conantem. *Tamb. Ren. q. 8.* Hinc ex *textu cap. imprimis verbo si rixari fuerint*: si repente orta fuerit rixa, neutrò dante causam, occidens tenetur ad restitutionem. *Fag.*
9. An teneatur aliquid restituere occidens Petrum, qui paulò post erat occidens? R. neg. si certò justè erat occidens, sententia, scilicet Judicis, vel morte naturali: Secus si injustè; vel si justè, non certò. Rat. primi; quia tunc nihil debet occidens ratione lucrificantis, vel damni emergentis: ergo, &c. Rat. 2. quia teneretur, qui paulò post occidisset: ergo, &c. 3. patet. *Bon. Fag. Ren. q. 9. &c.*
10. An teneatur quis aliquid restituere à se vulnerato, pereundi medicorum culpa? R. teneri tantum de vulnere, si hoc non fuerit lethale; de occidente verò, si mortale fuerit; vel si non, vulnus tamen inflictum fuit in loco, ubi Medici esse non possunt. Rat. primi; quia tunc reputatur homicidium casuale, & ideò involuntarium, cum vulneratus non fuerit causa efficax damni: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc tantum accelerata fuit mors, cum alioquin ex eo vulneratus mortuus fuisset vulneratus: ergo, &c. Rat. 3. quia tunc vulnus tali loco, & tempore censetur lethale.

thale. Less. Bon. Quod si dahium de gravitate vulneris contingat, tunc si certò constet de culpa Medici, vel vulnerati, vulnerans tenetur tantum de vulnere. *Fag.* de homicidio verò, si certò constet de indemnitate Medici, vel vulnerati. *Jul. Clarus contra Fag.* Quæ omnia procedere possunt etiam in foro interiori, cum exterius in casu nostro non nitatur fallia præsumptione. *Ren. q. 10.*

11 Vtrum qui in duello alium necavit, vel vulneravit, teneatur ad restit. ? *w. neg.* si duellantes ad invicem se provocaverint: si verò unus alium provocavit, tenetur provocans; non autem provocatus. *Rat. primi;* quia sic voluntariè pugnant: ergo, &c. *Rat. 2.* quia sic provocans invitat ad sui occisionem: ergo, &c. *Rat. 3.* quia tunc provocatus involuntariè pugnat: ergo, &c. *Ren. q. 11. Less. Dia. etc. contra Peregr. & Mol.* absolute affirmantes.

12 An homicida teneatur ad damna uxoris, & filiorum tantum, an etiam consanguineorum, creditorum, vel amicorum occisi? *w. ad priora* *damna dumtaxat teneri;* quia tantum uxor, & filii censentur una persona cum marito, & Patre, non autem cæteri supradicti: ergo, &c. *Less.* Hinc si occisus, tantum fratrem habeat, nihil haic occidens restituere tenetur, nisi hæreditatem, si sit hæres, non autem lucrum cessans; cum enim non faciat unam personam cum fratre, reputatur hæres extraneus: imò addit *Less.* nec uxori aliquid deberi, si nullum notabile damnum ei deveniat, ut si æquè benè nubat, &c. *Ren. q. 12. Fili. contra Lay. Mol. etc.* loquendo de creditoribns; & contra *Nev. Vasq. etc.* Mol. opinionem extendentes ad restitutionem dñnorum, etiam amicorum.

RESTITUTIO OB STUPRUM, ET ADULTERIUM.

Propter dicta de restitutione ob stuprum Ver. Luxuria stupri, & de restitutione ob adulterium Ver. Luxuria adulterii. *Quarel.*

1 An adultera teneatur resarcire damna legitimorum cum periculo vitae, vel famæ, si hæreditas sit magni momenti; ut si esset Regnum, Marchionatus, &c. ? *w. neg.* nisi adultera esset prostitutæ famæ, vel apud prudentem filium tantum se prodere deberet, vel apud paucos. *Rat. est;* quia tam vita, quam fama sunt res altioris ordinis qualibet pingui hæreditate. *Tamb. Azo. Ren. son. 1. fol. 390. q. 1. contra Mayo. Govar.* absolute affirmantes.

2 Si

2. Si adultera fuit causa, ut spurius inter legitimos computaretur, an adulter teneatur, &c. ? R. aff. loquendo de hæreditates sicut etiam de alimentis ab anno tertio, & deinceps; quia ad hoc ut spurius inter legitimos computetur, non est necesse, ut adultera attestetur filium esse legitimum, sed sufficit ex ipsa fuisse natum, ad quod tam adulter, quam adultera æque concurredit ergo uterque tenetur. *Lef. Azo. Ren. q. 2. &c. contra Sor. Hen.* loquendo de hæreditate.
3. An adulter, & adultera teneantur unusquisque in solidum ad damna, an ex parte R. teneri in solidum provocantem, ut pote qui fuit causa totius damni. *Tamb.* ad partem verò utrumque, si communis consensu adulterium consumiserunt. Et idem dicendum, quando duo adulteri eodem tempore cognoscunt eandem mulierem, ita ut non possit cognosci, cuius sit proles spuria nata. *Pontius.* Quod si unus certificetur de sua prole, teneatur ad restitutionem alimentorum, si videat alterum adulterum prolem educare; si verò tantum dubitet, ad nihil tenetur, sibi enim imputet alter adulter, si leviter ductus impensa faciat. *Azo. Ren. q. 3.*
4. An marito sit aliquid restituendum, quando proles non suscipitur: vel cui facienda est restitutio, quando in familia est tantum filius spurius? ad primum neg. si nullum aliud damnum *præter injuriam* sit secutum; quia tunc marito solum ex justitia debetur satisfactio per veniae petitionem. *Lef. Azo.* Vnde ad 2. R. teneri adulterum ei, quem maritus instituisset, si nullum filium procreasset, vel venientibus ab intestato, si ille sciri non posset. *Say. Ren. q. 4.*
5. Si adulter in actu adulterii, non excedendo moderamen inculpatę tutelę maritum invadentem occidit, an teneatur ad damnum? R. neg. potest enim tunc adulter se defendere: ergo, &c. Tum quia adulterium est causa remota occisionis: ergo, &c. *Lef. Mot. Fili. Ren. q. 5. &c. contra Nav. Rebell. etc.*

RESTITUTIO OB DETRACTIÖNEM FAMÆ, ET HONORIS. Quæres.

1. **Q** Vibus modis lædatur fama per detractionem, ita ut sit obligatio restitutio? R. lædi, vel falsum crimen proximo imponendo; vel verum amplificando, quod dicitur propriè infamatio; vel verum, sed occultum manifestando, & dicitur propriè detractio. *Tamb. Ren. tom. 1. fol. 392. q. 1.*

- 2** *Quibus modis fama restituatur?* R. restituui, vel dicendo te mentitum fuisse, quando fama ablata fuit per impositionem falsi criminis (dummodo id non vertatur in notabile, non autem in æquale, vel majus tuum dedecus) Vel honorificè loquendo de infamato, quando fama ablata est per impositionem veri, sed occulti criminis (nisi æquivocando velis dicere, te mentitum fuisse) *Ren. q. 2.* Rat. primi; quia tunc verum dixis, nec mentiris sic dicendo: ergo, &c. Rat. 2. quia id Praelato e.g. multum esset dedecoristi ergo, &c. *Leff. Tamb. Rat. 3. &c. 4.* quia sic compensatur fama, nec æquivocando mentiris; ut contra *D. Tho. Gabri. Nav. &c.* docent *Leff. Tamb. Fil. &c.* Tum quia verè id, quod dixisti conforme non fuit Divince legi: ergo, &c.
- 3** *Vtrum in casu quo teneris dicere, te mentitum fuisse, tenearis juramenta adhibere, vel etiam testes adducere, si non eris credendus?* R. te teneri ad jurandum, non autem ad testes adhibendum. Rat. primi; quia jurando verum dicens, & juras: ergo, &c. Rat. 2. quia per juramentum satis abundè satisfecisti: ergo, &c. *Ren. q. 3.* contra *Sot. Mol. &c.* utrumque requirentes, & contra *Fabr.* utrumque negantem.
- 4** *An is, qui crimen alterius detexit, existimans esse verum, & publicum, teneatur, &c. I. R. teneri, & statim ac errorem cognovit;* quia possessio bona fidei, adveniente mala, tenetur teni acceptam restituere: ergo, &c. Tum quia fama non est consumpta apud infamatum: ergo se habere non potest sicut res consumpta bona fide, quæ restituenda non est. *Ren. q. 4. Leff. Tamb. &c.* Oppositum est dicendum, quando quis scienter falso crimen imponit alicui, quod comperit postea esse verum; quia dicendo, aliquem v. g. esse furem, hic non cognoscitur bis fur, ut vult *Pontius*, cum id intelligentes putent, infamatum locutum fuisse de furto, de quo ille talis est diffamatus. *Dis. &c.*
- 5** *Quid dicendum sit de restitutione, non quidem famæ, sed damnorum ex famæ violatione secutorum, an scilicet infamans, ex quavis infamia teneatur ad totum damnum?* Dico primò, in patefactione criminis falsi, tenetur infamans ad totum damnum ex amissione officii, e. g. secutum; quia hæc actio est omnino injuriosa: ergo, &c. *Ren. q. 5.* & est communis. Dico 2. manifestans verum, sed occultum crimen, tenetur etiam ad totum damnum; quia crimen, utpote occultum (quamvis verum) damnum illud inferre non poterat: ergo totum damnum infertur ab eo, qui crimen detegit: ergo, &c. *Leff. Nav. contra Se. dicente teneri ad partem dampni.*

6 An

- 6 An qui detexit crimen occultum proximi, sed causa capiendi consilii, teneatur, &c.? R. neg. nisi causa capiendi consilii, vel fraternalis correctionis facienda, crimen falsum existimatum verum, Superiori detegeret. Rat. primi; quia tunc non ex intentione, sed materialiter sequitur laesio in fama, sicut quando quis ex negligentia, & loquacitate detrahit: ergo, &c. *Ren. q. 6.* contra *Affl. 7.* Rat. 2, quia tunc statim famam restituere debet apud Superiorern, ut patet. *Bon. ex Less.*
- 7 Quid dicendum, si ad leniendum dolorem quis manifestat injuriam secretè sibi illatam? R. nec peccare, nec teneri ad restitutionem; quia nimis grave esset, ut quis injurias solus in silentio concoquere cogeretur. Tum quia sibi id imputet autor injuriæ. *Less. Bon. Ren. q. 7.* contra *Affl. 7.*
- 8 Vtrum sit obligatio restituendi famam, cum propriæ famæ, vel vitæ periculo? R. ad primum aff. si detexisti falsum crimen, & sit æqualitas in fama: Secus si verum, sed occultum: vel sit disparitas inter famam restituentis, & infamati; tunc enim sufficit, hunc à Superiore e. g. honorifice laudari, & alter non servaretur æqualitas restitutionis. *Ren. q. 8. Fag.* Vnde ad 2. R. etiam aff. si ex infamia immineat periculum vitæ infamati: Secus si non. Rat. utriusque; quia restitutio respicit æqualitatem rei ad rem: ergo, &c. *Less. Fag. Azo. &c.*
- 9 An qui non potest famam restituere ob vitæ periculum, vel propriæ famæ, teneatur famæ restitutionem pecunia compensare? Affirmant *D. Tho. Say. &c.* Sed verius cum *Fili. Sd. Cajet. &c.* dicimus non posse famam eo casu pecunia compensari; quia fama est altioris ordinis, quam pecunia; *melius est enim bonum nomen, quam divitiae multæ.* *Prov. 22.* ergo, &c. Tum quia vita ipsa, quia est altioris ordinis omni pecunia, non potest pecunia compensari: ergo ita, &c. *Ren. q. 9.*
- 10 An in infamatione, vel in restitutione famæ fieri possit compensatio? R. ad primum neg. quia ea compensatio esset vindicta: ergo, &c. *Ren. q. 10. Nav. Caj. &c.* contra *Sot. Ledes. &c.* Posset tamen infamatus aliquos veros defactus infamantis aperire, & quantum ad sui defensionem sufficeret, dicendo, infamantem esse oblinguem, e.g. mendacem, &c. juxta dicenda in expositione 44. op. *Innoc. XI.* quia tunc non vindicta, sed justa esset defensio: Unde ob eandem rationem ad 2. dicimus posse infamatos ad invicem compensare, altero nolente famam, restituere. *Less.*
- 11 Qui alterius delicta levia publicat, cum de gravibus est diffamatus,

magis, at, &c. & raff. si delicta non fint affinia, vel gravium circumstantiae: Secus è contrà; vel si affinia non fint, diffusus tamen est prostitutæ famæ; quia in primo tantum casu publicans peccat mortaliter ergo tunc tantum tenetur ad restitutionem. *Ren. q. 11. Tamb. Et c.*

12 Si temporis successu factum, hominum memoria exciderit, an fama restituenda sit? *q. neg.* si certò tibi constet, crimen abolitum fuisse: Secus si probabiliter id credas, vel de hoc dubites (in quo casu non debes inquirere, quia hæc esset quædam vulneris refractio; unde tunc sufficeret, infamatum de contraria virtute laudare.) *Rat. primi*; quia tunc crimen recordando, esset potius infamare, quam famam restituere: ergo, &c. *Rat. 2.* quia in dubio melior est conditio famæ ablatæ, quæ certò ablata est: ergo, &c. *Affid.* Quo autem tempore censendum sit crimen abolitum. Post 30. 20. vel etiam 15. annos dicit *Azo*, post 10. vel 30. *Bon.* at hoc remittendum est prudenter judicio, considerato tempore, facto, &c. *Ren. q. 12.*

13 Qui audita tantum refert dicendo, se nihil nosse, sed audita referre, teneatur, &c. *raff.* si vel valde gravia delicta narret, ut haeresim, sodomitiam, &c. vel sua, aut aliena auctoritate confirmet, augeatque, &c. ut prubat *Bon.* & constat. Quod si siue his circumstantiis referat, tunc si auditores non sunt credituri, non peccat contra justitiam: Secus si sunt credituri. *Rat. primi* quia tunc non est periculum infamiae in proximo: ergo, &c. *Fag. Sor. Ren. q. 13. Et c.* *Rat. 2.* quia tunc dicendo se nihil nosse, &c. magis credulus sit: ergo, &c. *Fag. contra Lef. Lop. Et c.* dicentes peccare tantum contra charitatem.

14 An qui detractorem tantum audit, non tamen ad detrahendum inducit, aut in detractione complacet, teneatur, &c. *q. neg.* certum est teneri, si inducat, & peccare contra charitatem, si complacet: Item certum est ex dictis Ver. Detractio q. 14. quod audiens peccet contra charitatem, si potest detrahentem effugere, nullatenus verò, si non potest, & ei non creditit: quod si non credendo inquirat postea facti veritatem, an peccet, & teneatur ad restitutionem? *q. neg.* si id inquirat aliqua intercedente causa: Secus è contra. *Rat. primi*: quia eò ipso quod quis vult matrimonium, e. g. contrahere, officium, vel beneficium obtainere, tacitam dat licentiam de se inquirendi: ergo, &c. *Rat. 2.* quia sic se exponit periculo cōfirmandi se in infamia proximi. Tum quia inquirendo, de novo apud alios infamari cito, &c. *Fag. Ren. q. 14.*

15 Vtrum

15 Vtrum si infamatus famam suis virtutibus recuperavit, teneatur adhuc infamans, &c. *R. aff.* si ex infamia damnum fuit secutum: Secus si non, & fama integrè recuperata fuit. *Rat. primi*; quia restitutio tendit ad damna resarcienda: ergo, &c. *Rat. 2.* quia fama jam recuperata fuit: ergo, &c. *3. constat. Ren. q. 15. Say. Bon. contra Nov.* absolutè affirmantem.

16 Si quis in judicio accusatus detrahit accusanti, ex quo hic infamatur, an teneatur, &c. *R. neg.* si contra reum injustè procedatur, vel quia crimen est falsum, vel si verum, est tamen occultum, & non probatum, &c. Secus si probatum sit. *Rat. primi*; quia tunc tantum jus habet in sui defensionem, & negando delictum cum infamia accusantis, & detrahendo accusanti (verum tamen dicendo) ergo, &c. *Rat. 2.* quia tunc neut sit facit injuria. *Judici legitimè interroganti negando delictum, ita & accusatori detrahendo illi:* ergo teneatur ad restitutionem. *Say. Ren. q. 16.* Quod si non detrahatur, sed tantum neget, peccat, sed nihil tenetur restituere, ut patet. *Aco.*

17 Si quis infamavit aliquem apud duos, sed isti aliis narraverunt, an apud istos etiam teneatur restituere, si non hac intentione illis duobus primis publicavit? *R. neg.* si infamavit apud viros probos, & taciturnos, vel cuni pacto, ut crimen nulli revelaretur: Secus si sine hoc pacto. *Rat. utriusque;* quia in primo tantum casu ad infamiam non concurrit. *Fog. Ren. q. 17.*

18 An seipsum infamans teneatur famam sibi restituere? *R. aff.* si infamia etiam in alios redundet, ut est infamia personæ publicæ, Religiosi, Patrisfamilias, &c. Secus si non nec alias ob infamiam immineat vitæ periculum. *Rat. primi* est infamia aliorum. *Rat. 1.* quia unusquisque est Dominus suæ famæ. *Rat. 3.* quia unusquisque suam vitam cueri tenet. *Aco.* Hinc potest quis suæ, non aliorum famæ condonare restitutionem. *Ren. q. 13. Say.*

19 Quæ excusent à restitutione famæ? *R. novem esse causas excusantes.* Prima est remissio. 2. est impotensia, ut si restitui non possit, nisi cum magna infamia. 3. quando quis bona fide credidit delictum esse verum, & publicum, vel si consilii capiendo causa delictum fuit manifestatum. 4. si tractu temporis crimini oculatum, publicum factum sit. 5. si fama sit aliter recuperata. 6. si infamia in oblivionem abiit. 7. si facta sit compensatio. 8. si ex debili autoritate infamante nulla sit infamia secuta. 9. si sit periculum vitæ. Constant ex dictis. *Bos. Dia. Ren. q. 19.*

20 Quando lœdatur honor, & quomodo sit restituendus? *R. ad F f 4 primum.*

primum. Honorem lædi vel per omissionem honoris , vel per contumelias. Primo modo non est obligatio restitutionis, bene verò 2. modo . Rat. primi ; quia ea omissio non est nisi contra observantiam tantum: ergo,&c. Rat. 2. quia tunc fit contra iustitiam ergo,&c. *Ren. q. 20.* Vnde ad 2. dicimus cum *Fag.* tribus modis honorem restitui posse. Primo petitione veniae (intellige ab æquali , vel inferiori tantum , in quibus casibus erit etiam necessaria; ut contra *Caje. Turr. &c.* probat *Affid.* quando aliter restitutio fieri non potest) 2. dando locum honorificum,&c. qui modus sufficit inter pares. *Fag.* 3. amica,& honorifica salutatione, qui modus solet esse inter dispare conditio- nis, ut inter subditum,& *Prælatum*,&c. *Lay. Lef.*

Restrictione mentali quando usi possit reus . v. Jus Prælati in Rei,
&c. q. 14.

Revelare ex vi monitorii qui, & quando teneantur. v. Denunciatio ex vi, &c. Revelare complicem in confessione, an, &c. v. Detracatio & &c. q. 4. v. Sacramenti Pœnit. materia prox. q. 25. 26. &c. Revelare peccatum alterius in confessione, an, &c. v. ibi q. 33. Revelare delictum quando teneantur subditi. v. Jus Prælati ad, &c. q. 5.

Revelari complex an possit à Confessario. v. Sacramenti Pœnit. sigil lum q. 30.

Revelatio sigilli quando sūt materiae S. Officii. v. Sacramenti Pœnit. sigillum q. 27.

Reverentia debita Magistris, et Superioribus, etc. v. Honor parentibus, etc. q. 28.

Revocatio donationis quid operetur . v. Contractus gratuit. q. 9. 19. etc.

Reus excommunicatus an excludatur à sua defensione. v. Censura excom. majoris q. 31. Quando faceri debeas delictum. v. Juri, et iustitia, etc. q. 1. Quando teneatur ad restitutionem. v. Restitutio q. 5. Reus, vel testis repelando quod non debes, an præbeat jus, etc. v. Jus Prælati ad, etc. q. 17. Quando occultare possit veritatem. v. Jus Prælati in Rei, etc. q. 3. 4. 10. etc. Quando excipere, et se defendere possit. v. Jus Rei in exceptiones, etc. Quando excusatetur à pœna. v. ibi. q. 24. etc.

Rixa quando importet obligationem restitutionis. v. Restitutio ob bonumcidium q. 8.

Rubricas Missalis an obligent in conscientia . v. Sacra menta maiorum, etc. q. 520

Sacerdos inculpabiliter communicans in mortali, an, etc. v. *Commissio annua q. 23. An possit dare partem sua bofisæ communicali.* v. *Sacramentum Eucha. q. 69.*

Sacramenta ministrare, vel recipere an possit excommunicatus. v. *Censura excom. majoris q. 44. etc.*

Sacramentum validum, et informe an detur. v. *Sacramenti Pœnit. materia prox. q. 12. An sit satisfactorum præcepti.* v. *Confessio annua q. 17.*

SACRAMENTUM IN GENERE. Quæres.

1 Quid sit? *R.* Sacramentum est signum rei sacrae, vel actu dans gratiam, ut faciunt Sacraenta novæ legis, vel actu significans dandam per Christum venturum, ut faciebant Sacraenta antiquæ legis. Est communis.

2 Quid sit Sacramentum novæ legis? *R.* esse signum sensibile à Deo institutum efficax gratiæ sanctificantis ex opere operato in homine disposito.

3 Quæ sit materia, & forma Sacramentorum? *R.* Sacraenta, quæ consistunt in usu, constare rebus tanquam materia remota, & verbis, sive formalibus, sive virtualibus tanquam forma. *Ren. som. 2. fol. 3. q. 1.*

4 An materia, & forma Sacramentorum fuerit à Christo Dominio instituta? *R.* aff. in genere, non in specie; alijs Græci aliqua Sacraenta valide non conficerent, quod ex *Pon. & Amic.* non est dicendum; ipsi enim variant substantialiter materiam, & formam aliquorum Sacramentorum. *Ren. q. 2.*

5 Quæ mutatio in materia, & forma Sacramentorum reddat illa irrita? *R.* mutationem substantialiem reddere illa irrita, non autem accidentalem; illa est, quando materia, quæ assumitur non censetur convenire (saltim moraliter) cum usitata ab Ecclesia, & à Christo præscripta: ut esset in Baptismo aqua rosee, &c. vel quando in forma non manet idem sensus verborum. *Ren. q. 3.* Dixi saltem moraliter; quia & si non perseveraret idem oleum physicè in extrema unctione, quando benedicto, non benedictum additur, perseverat tamen moraliter. *Vericel.* Hinc patet quænam sit mutatio accidentalis, & rursus quando mutatio secum ducat mortale; videlicet, & quando mu-

- mutatio est substantialis, (quia committitur sacrilegium,) & quando etiam est accidentalis; quia fit contra communem usum Ecclesiæ; nisi parvitas materiæ excusat, ut si quis baptizaret puerum in aqua calida. *Tamb.* Quor autem modis fieri possit mutatio, colliges ex his sequentibus versibus.

Nil forma demas, nil ponas, nil variabis.

Transmutare cave, corrumpere verba, morari. Fili.

- 6 An omittere aliqua in verbis formæ sit mutatio substantialis? *R. aff.* si vox omissa essentialis sit, quia scilicet, ea omissa non salvatur significatio per se intenta in Sacramentis: Secus è contra. *Ren. q. 4.* Hinc omittere *Enim* in forma Eucharistie, vel *Ego*, vel *Amen* in Baptismo, non est mutatio substantialis. *Bon.* sicut nec etiam si omittatur *ly Et* in forma Baptismi, ut contra *Reg.* docent *Comi. Dia. Tole.*
- 7 An sit mutatio substantialis addere aliquid in verbis formæ? *R. neg.* si additum non variat substantialiam formæ; ut est addere in forma Baptismi has particulas, *Patris Omnipotens*, *Fili sapientis*, & *Spiritus Sancti Paracleti*. *Ren. q. 5.* Idem dicendum, si quis in fine predicationis formæ addendo diceret, & *Beata Virginis*; nam antequam hæc verba proferantur, priora suum habent valorem, si *ad hanc intentione facienda*, quod fecit *Christus Dominus. Comi.*
- 8 An error faciat mutationem substantialiem, ut si quis baptizando crederet Patrem à Filio procedere? *R. aff.* si error exterioris in forma exprimatur; ut si Arrianus diceret, *Te baptizo in nomine Patris increati, & Filius creavi, &c.* Quod si in mentem tantum sit error retentus, tunc verum conficitur Sacramentum, si minister habet intentionem facienda quod facit Ecclesia; quia tunc ponit omnia essentialia, & error non exprimitur. *Lay. Tamb. Ren. q. 6.*
- 9 An sit mutatio substantialis in forma, si hæc ita varietur, ut reddatur sensus ipsius ambiguus: ut si quis diceret, *boc est, quodammodo corpus meum?* *R. neg.* si Minister habet intentionem facienda, quod facit Ecclesia: Secus si sic velit novum ritum essentialiem in Ecclesiam inducere. *Rat.* est; quia cum ea intentio adest, non mutatur verus sensus verborum à Christo intentus, etiamsi materialiter verba haheant ambiguum sensum. *Lay.* Idem dicendum de verbis synonymis, importante scilicet mutationem substantialiem, quando confusè, & non distinctè idem æquè important, ut e.g. *ego te refrigero, baptizo te in nomine Trinitatis*: Non sic erit, quando quis loco verbi *bapti-*

baptizo, dicit ablvo, & loco verbi absolvō, dicit, remisso, &c.
Ren. q.7

10 Vtrum transmutatio verborum formæ reddat irritum Sacramentum? *R. aff. si transmutatio fiat de verbis in signa, excepto Sacramento Matrimonii; Rat. secundi; quia contractus celebrari potest per signa; ergo & Sacramentum matrimonii. Coni. Rat. 1. quia in aliis Sacramentis verba sunt destinata tanquam forma: ergo perfici non possunt per nutus. Bua. Ren. q. 3. Quod si transmutatio fiat de uno in aliud idiomā, erit peccaminosa, sed non reddit irritum Sacramentum, quia eadem significatio perseverat. Bon. Denique si contingat transmutatio transportando verba, & nihilominus salvatur significatio substantialis, non erit ideo irritum Sacramentum: ut si quis diceret ego *baptizo te*: Secus è contra, ut si quis diceret, *ego in te baptizo nomine Patris. &c. Bona.**

11 Quomodo ex verborum corruptione reddatur invalidum Sacramentum? *R. reddi invalidum, si non retineatur significatio formæ, etiamsi corruptio esset unius literæ: ut si quis loco Patris in Baptismo diceret matris; Constat: Secus si retineatur; ut si quis diceret, *hoc es*, vel *boc est corpus meum*: quia haec verba sic prolata faciunt eundem verum sensum, licet ob imperitiam linguae, barbarè proferantur. *Lug. Ren. q. 9.**

12 Quomodo ex verborum interruptione reddatur irritum Sacramentum? *R. reddi irritum ex interruptione sive verborum, sive syllabarum tali, vel tanta, itaut non videatur una componi oratio, etiamsi per unum verbum syllaba interrumpatur: ut si quis baptizando, verbo *ego te baptizo*, interponeret verbum, & *Dear, &c.* tunc enim distraheret sensum syllabæ præcedentis, quod non faceret momentanea tussis e. g. vel unica respiratio, *Bon.* In dubio vero, an interruptio sit magna, vel non, semper repetenda est forma *Tamb. Ren. q. 10.**

13 Quæ simultas inter formam, & materiam proximam requiriatur? *R. non requiri nisi moralem simultatem, ut patet in Sacramentis Pœnitentiæ, & Matrimonii; in hoc enim consensus unius præcedit consensum alterius contrahentis, & in illo, actus pœnitentis præcedunt formam; & Rat. est; quia Sacraenta non sunt compositum physicum, sed morale: ergo, &c. Verum tamen est, majorem simultatem moralem requiri in eis. teris Sacramentis, & sufficere in Baptismo e. g. si post ablutionem immediatè, vel ante illam proferatur forma; tunc enī verificaretur actio Sacramentalis, sicut qui in manu poculum*

te-

- tenendo diceret , bibo. *Ren. q. 11. Buss. Verie. contra Nav. Syl.*
&c. requirentes physicam simultatem.
- 14 Quæ intentio requiratur in Ministro Sacramentorum? *R. præter intentionem faciendi , quod facit vera Ecclesia, requiri intentionem virtualem; non necessariè actualem; nec sufficer habitualem , secunda enim utpotè consistens in actu præsentis voluntatis est difficilis . 3. quia consistit in habitu acquisito ex frequentatis actibus, reperiri potest in ebriis, & dormientibus.*
Et denique priua , quia est illa , qua agens operatur aliquid actualiter in virtute alterius præteritæ intentionis, quæ dum actualis erat, ordinata fuit ad omnes actus subsequentes , ita ut virtualiter in se contineat intentionem propriam cuiuslibet actus sequentis ex illa, tanquam è radice procedentis; ideo sufficit. Scos. Gabr. Ren. fol. 10.q.1.
- 15 An sufficiat in Ministro intentio conditionalis ? *R. ad valorem Sacramenti sufficere , si sit conditionalis de præsenti, vel de præterito : Secus si sit de futuro; excepto Matrimonio , quia hoc non solum validè , sed licet sub conditione de futuro celebrari potest. Rat. primi; quia ea conditio , vel verificatur, & sic intentio transit in absolutam , vel non verificatur , & tunc nulla est intentio: ergo, &c. Rat. 2. quia intentio afficere debet Sacramentum , quando de præsenti hoc adest , sed conditio de futuro , donec purifetur , suspendit effectum: ergo, &c. Fili. Lay. &c. Rat. 3. quia matrimonium est verus contractus : sed hic celebrari potest sub conditione de futuro: ergo , &c. Coni. Ren. q.2. Hinc peccat qui , praecisa necessitate , Sacramenta sub conditione ministrat ; quia sic non habet intentionem illa conficiendi , nisi conditione subsistente , quæ cum aliquando evenire possit, ut non subsistat , jam tunc Sacramentum invalidè ministratur. Sð. Sua. Bon. &c.*
- 16 An Sacerdos, qui nunquam habuit actualem intentionem consecrandi , dicatur habere virtualem, per id solum, quod quotidie vestibus sacris se induit , ad altare accedit, &c. *R. aff. quia estò in casu non adsit actualis intentio in actu signato , scilicet volo celebrare Missam , est tamen in actu exercito , accedendo ad altare, &c. Sua. Bon. Ren. q.3. &c.*
- 17 Sacerdos putans consecrare decem particulas , invenit postea novem esse , vel undecim , an censeantur consecratæ ? *R. aff. si intendat omnes consecrare : Secus si tantum decem: Rat. primi; quia error ille nihil obstat consecrationi: ergo , &c. Ren. q.4. Rat. 2. quia intentio Ministri debet versari circa determina-*

na-

natam materiam ; Sacra menta enim aut continent pronomen demonstrativum , ut Sacramentum Eucharistie pronomen *boc* , aut ad certam Personam diriguntur , ut *ego te absolvō ergo,&c.* *Sua. Lay. Coni. &c.*

18 Sacerdos in Sacrificia habuit intentionem consecrandi particulas in Pridge positas , sed tempore consecrationis de illis non recordatur , an censeantur consecratae ? *Si. neg.* si extra aram parvam , sive super altare , sive etiam supra corporale , pixis reperiatur ; quia ex rubricis , consecratio fieri debet supra aram consecratam : ergo talis presumitur intentio Sacerdotis , ut non potest consecrare extra aram parvam . *Sua. Tamb. Ren. q. 5. contra Tann.*

19 An eadem intentio actualis , vel virtualis requiratur in Sacerdote ad applicandum sacrificium ? *Neg.* quia intentio applicandi Missam se habet per modum donationis , & ideo durat , durante obligatione celebrandi : ergo sufficit habitualis , quod non verificatur in intentione habituali ad conficiendum Sacramentum . *Lug. Dia. Ren. q. 6. &c. contra Vasq. Gran. &c.*

20 Quae probitas requiratur in Ministro ad licetē Sacramentum conficiendum ? *q. requiri* , ut sit in gratia , saltem per contributionem : quod intelligendum est de Ministro consecrato , & *ex officio* ministrante dumtaxat . *Rat. est;* quia Minister Sacramenti Personam Christi immediatè representat , ita ut sit unius agens cum Christo : ego deducens est , ut sit hostis Christi : sed indecentia major est in Ministro ex officio , quam in aliis : ergo , &c. *Ren. q. 7.* Hinc Ministrans Baptismum , e. g. *ex officio* , in peccato , peccat mortaliter ; Ministrans verò matrimonium , tantum venialiter peccat , ut *Ministrans. Duxi saltem per contritionem* , nam in Ministrante , & Conficiente Eucharistiam , requiritur confessio , *ex Trid. Jeff. 13. cap. 3. Lay. Coni. Dia. &c. contra Crovers* dicenter quemlibet Ministrium peccare venialiter , & contra *Vasq.* dicentem peccare semper mortaliter .

21 An ministrans , & non conficiens debeat esse in gratia ? *Neg.* sed peccare tantum venialiter , si in peccato ministret ; quia ministrans , & non conficiens non est proximus Dei Minister justificationem causans : ergo , &c. *Vasq. Dia. &c. contra Bos. Coni. &c.* dicentes , toties quoties peccare mortaliter . Hinc patet , nec etiam peccare mortaliter Diaconum , & Subdiaconum in mortali ministrantes in suis ordinibus : Et à fortiori , nec in mortali tangentem vasa sacra . *Ren. q. 8. contra plures.*

22 An peccet Minister , si in casu necessitatis ministret , & conficiat

ciat in peccato , nec tempus habeat eliciendi actum contritionis ¹ &c. neg. quia in casu necessitatis potius saluti animarum consulendum est per Sacra menta ad eam instituta, quam reverentiae Sacramenti: ergo, &c. *Iug. Dia. Tamb. &c. contra Merchant.* Quod si habens modum eliciendi contritionem , hanc differat, usque ad confectionem Sacramenti , quam postea elicere non potest, qui casus figurari potest in Confessario , antequam impendat absolutionem; tunc utique peccabit, si mala fide incipiat confessionem : Secus si bona fide , expertus, se aliis potuisse ante absolutionem sine molestia poenitentis, cum actum elicere. *Tamb. Ren. q. 9.*

23 Quot peccata committat Sacerdos in peccato conficiens Eucharistiae Sacramentum? *Et.* unum peccatum committere; quia tres illae partis sacrificii unum sacrificium constituunt . *Ren. q. 10. contra aliquos.*

24 Quam gratiam conferant Sacra menta ? *R.* conferre gratiam sanctificantem : Item gratiam donorum : Item gratiam Sacramentalem : Rursus aliqua Sacra menta per se conferunt pri- mam gratiam; alia 2. Per accidens vero omnia utramque. Pri- mum est de fide, & constat ex *Trid. sess. 7. de Sacr. Can. 6. 7. et 8.* & ex variis locis Scripturae. *Bon. Fili. 2. probatur ex eodem Trid. sess. 6. cap. 7.* Tum quia fides, spes, charitas, justitia, tempe- tantia, &c. sunt veluti proprietates consequentes gratiam san- tificantem : ergo , &c. Probatur 3. quia singula Sacra menta habent suos peculiares effectus, & fines: ergo, &c. Probatur 4. quia Baptismus , & Poenitentia dicuntur Sacra menta mortuo- rum, cætera vero dicuntur vivorum, quia supponunt, vel non, gratiam: Probatur 5. in casu, quo quis Baptismum , vel Poenitentiam sumeret in gratia , vel cætera Sacra menta in peccato invincibiliter ignorato. *Ren. fol. 16. q. 1.*

25 An ex opere operato , vel operantis Sacra menta conferant gratiam? *R.* conferre ex opere operato, ex *Trid. sess. 7. de Sacr. Can. 8. contra Calvinum, & Lutherum.* Tum quia infantes, & amentes nihil operando recipiunt gratiam , Sacra mentum suscipiendo . Tum etiam , quia Sacra menta habent suum effec- tum non obstante malitia Ministrorum: ergo, &c. *Ren. q. 2. & omnes Catholici.*

26 An Sacra menta æqualem gratiam conferant , si ex opere ope- rato illam conferunt ? *R.* idem Sacra mentum à diversis suscep- ptum æqualem gratiam causare in subiectis æquanter dispositis; inæqualem vero in subiectis inæqualiter dispositis: quia sicuti

- sicuti cause naturales causant suum effectum secundum dispositionem subiecti: ita, &c. Nec obstat, quod Sacraenta conferant gratiam ex opere operato, quia in nostro casu dispositio subiecti non concurrit per modum cause efficientis, sed tollentis tantum impedimenta: ergo, &c. *Ren. q. 3.* & communiter DD. Quod si Sacraenta inter se comparentur, ut si Baptismus comparetur cum Poenitentia, tunc aequalem conferunt gratiam in sequentibus dispositis, excepta Eucharistia, quae cum sit fons gratiae, superat cetera Sacraenta. *Fag. D. Tbo. Bon. contra Fili.*
- 27** Quando Sacraenta conferant gratiam? *R.* Sacraenta, quae consistunt in usu, conferre cum ultimò sunt completa. *Rat.* est pactum Christi Domini. *Coni. Ren. q. 4.* Sacramentum vero Eucharistiae permanens, conferre gratiam, quando aliqua pars illius degluditur, & pervenit ad stomachum; nam gratia in hoc Sacramento promittitur manducanti: *qui manducas meam carnem, etc.* sed nec dum Eucharistia est in ore, contra *Beca.* nec dum est in stomacho, contra *Caje.* verificatur manducatio: ergo, &c. *Bon. Fili. Fag. etc.*
- 28** Quae dispositio requiritur in suscipiente ad licet, & valide recipiendum Sacramentum? *R.* ad validè requiri intentionem, (excepta Eucharistiae, quae non consistit in usu) saltem habitualē, (excepta Poenitentia, & Matrimonio; ad illam enim requiruntur actus poenitentis, & hoc suscipiens, est etiam Minister) nisi suscipiens sit puer, vel perpetuū amens; & hinc validè hi suscipiunt Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, cum susceptioni repugnare nunquam possint, vel potuerint; quod in aliis est ratio necessitatis intentionis. Quod sufficiat habitualis, probatur in eo, qui habuit intentionem suscipiendi Baptismum, & postea incidit in phrenesim, cui ex sola habituali Baptismus conferri potest. *Coni. contra Fili.* requirentem actualē, vel virtualem. Ad licitam verò susceptionem Sacramentorum vivorum, requiri statim gratiae per contritionem, excepta Eucharistia, quae necessariò requirit Confessionem, ex *Trid. sess. 13. cap. 3.* Rat. est ipsa natura Sacramentorum. *Ren. q. 5.*
- 29** Qui cum obice recipit Sacramentum, an recedente obice, gratiam Sacramenti recipiat? *R.* aff. excepta Poenitentia, & Eucharistia. Rat. primitus quia cetera Sacraenta, vel sunt perpetua, & permanentia, item & irreiterabilia ob characteris impressio- nem, ut sunt Baptismus, Confirmation, & Ordo; vel sunt quasi talia, ut sunt Matrimonium, & extrema Unctio, quae vel vi- vente

vente altero conjuge, vel durante eadē infirmitatē, semper perseverant, nec iterari possunt: ergo recedente obice, possunt gratiam conferre: alias posset esse casus, ut ea nunquam recipetur, quod est inconveniens. Rat. 2. quia non admittimus in Sacramento Pœnitentiæ Sacramentum validum, & informe, & Eucharistia, præterquam quod iterari potest, nec actu, nec habitu perseverat, *consumptis speciebus*. Ren. q. 6.

80 An possit ministrari Sacramentum ei, quem scio habere obicem, vel esse in statu peccati? R. neg. si suscipiens sit peccator publicus, publicitate, sive juris, sive facti; sive interim publice, sive secretè petat: quia dandum non est Sanctum canibus. Ren. q. 7. Bon. Hinc Parochus matrimonio supradictorum assistere potest, quia tunc est tantum testis. Lay. Quod si peccator sit occultus, ministrari potest Sacramentum, si ipse publicè petat, nec scandalum vitari possit: Secus si occultè (dummodo peccatorei, talem in Confessione Minister non cognoscat.) Rat. utriusque est periculum scandali in primo, non in 2. casu. Ren. cit. Non potest tamen Parochus assistere matrimonio illorum, quorum occultè scit impedimentum dirimens, vel impediens matrimonium, etiam si hoc publicè petatur; quia licet non sit Minister, sed tantum testis, tenetur ipse, sicut & cæteri, ex Edicto Superiorum, impedimenta manifestare. San.

81 Vtrum Sacraenta veteris legis gratiam perfectam causaverint? R. aff. loquendo de Circuncisione, & de quolibet alio signo in lege naturæ ad delendum originale instituto: Imo & ex opere operato prædicta signa gratiam causaverunt, si ly ex opere operato contradistinguatur à ly ex ope se operantis. Primum probatur ex Innoc. III. qui in cap. majoris de Bapt. docet Circumcisioni successivè Baptismum: Et D. Greg. 4. Moral. c. 2. ait: *Quod apud nos vales aqua Baptismi, hoc fecit apud veteres, vel pro parvulis sola fides parentum, vel pro adultis virtus sacrificii, vel per eis, qui ex stirpe Abrabæ prodierant, mysterium Circumcisionis: ergo, &c.* Probatur 2. quia Circumcisio sortiebatur suum effectum absque merito ministrantis August. lib. 1. contra Cresconium cap. 3. & epi. 103. dicente Circumcisionem collatam à Samaritano fuisse validam, non minus, ac nunc Baptismus collatus ab haeretico: ergo, &c. Scot. Scottif. D. Bon. Gabr. Hen. &c. contra Ren. q. 8. D. Ibo. &c. His tamen non obstantibus, adhuc Circumcisio valde dissimilis fuit Sacramentis novæ legis; nam per comparationem ad Baptismum parvam contulit gratiam, nec hanc tanquam immediatam dispositionem ad Glosiam, januam Cœli statim aperiendo.

32 Quid

- 32 Quid sit Character? *q. esse signum reale spirituale indeleibile (de potentia ordinaria) impressum in anima.* Hinc Sacra-
menta, quæ imprimunt characterem reiterari non possunt: unde si
ordinatus e.g. post mortem resurgeret, non esset iterum ordi-
nandus. *D.Tho.Ren.q.9.*
- 33 Quæ Sacraenta imprimant characterem? *R. Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, ex Trid. eff. 2. de Sacr. Can. 9. im- primere characterem; nam per hæc, non autem per cætera— Sacraenta Christiani determinatum habent gradum in fa- milia Christi. Tum quia prædicta iterabilia non sunt: ergo, &c.*
Hi verò characteres differunt specie inter se, quia diversum— habent finem. Dixi, inter se, quia licet unusquisque ordo im- primat characterem, quia tamen omnes Ordines ordinantur ad idem Sacerdotium, ideo characteres ejusdem sunt speciei.
D.Tho. Bon. Ren. q.10.
- 34 An in consecratione Episcopi imprimatur novus character,
distinctus à characterib[us] Sacerdotali? Dubium procedit, supposi-
to, quod Episcopatus, ex Trid. eff. 23. c. 3. sit ordo, & Sacra-
mentum? *q. nunc neg. sed characterem Sacerdotalem extendi ad*
aliqua nova munera, ad ordinandum scilicet, confirmandum,
&c. Ren. q.11.
- 35 Si subiectum characteris, ex Trid. eff. 7. de Sacr. Can. 9. est ani-
ma, queritur, an hæc sit subiectum immediatum? *R. animam*
sub ratione potentiae volitivæ esse immediatum subiectum— characteris; quia character est signum spiritualis obligationis
ad Deum: sed hæc obligatio est in voluntate: ergo, &c. Scotus,
*& Scotista, contra Thomistas assignantes pro immediato subie-
cto intellectum: & contra Vafq. Fili. Coni. &c. Neutrales po-
nentes illum immediate in anima.*
- 36 Si solus homo est capax characteris, quia capax Sacramen-
torum: queritur, an Christus Dominus, & B. Virgo aliquem
characterem receperint? *R. ad primum neg. quia Christus,*
excepta Eucharistia, nullum aliud recepit Sacramentum à se
institutum; Baptismus enim ipsius fuit Joannis. Tum quia non
erat conveniens, quod ipse Dux omnium reciperet signum—
servorum, & militum Christi. D.Tho.Ren.q.13. Vnde ad 2. di-
co B. Virginem suscepisse characterem Baptismi, & Confirma-
tionis, non autem Ordinis: quia illa duo priora Sacraenta—
suscepit, primum scilicet, à Christo Domino, & 2. per linguas
igneas in die Pentecostes: ergo, &c. Et licet B. Virgo non indi-
guerit Baptismo ad delendum originale, indiguit illo pro reli-
quis Sacramentis suscipiendis, quorum ille est janua. *q.14.*

SACRAMENTUM BAPTISMI. Quares.

- 1** **Q**uid sit? **R.** Baptismus est Sacramentum regenerationis ex aqua, & Spiritu Sancto per certa verba à Deo instituta, & dicitur Baptismus fluminis ad differentiam Baptismi fluminis, idest desiderii, & sanguinis, idest martyrii. **Lay.**
- 2** Quando institutum fuit Sacramentum Baptismi in sua materia, & forma? **R.** institutum fuile ante mortem, & passionem Christi Domini, non autem post; quia ante hanc suo Baptismo, non autem illo Joan. legitur (Joan. 3.) Christum aliquos per suos Apostolos baptizasse: ergo, &c. antecedens probatur; quia discipuli Joan. conquarebantur, quod Apostoli baptizabant: ergo signum est, quod non baptizabant Baptismo Joan. Tum quia Apostoli in ultima coena fuerunt facti Sacerdotes, & Eucharistiam sumpererunt: ergo in eis supponi debuit Sacram. Baptismi: ergo. &c. **Sco. Fili. Ren. tom. 2. fol. 25. q. 1. contra Rüberum, &c.**
- 3** Quæ sit materia Baptismi? **R.** validam, & remotam esse omnem aquam elementarem, etiam balnei sulphurei. Est de fide, **ex Trid. eff. 7. de Baptismo Can. 2.** Licitam autem extra casum necessitatis, esse aquam benedictam, sive calidam, sive frigidam ex usu, & consuetudine Ecclesiæ. **Ren. q. 2.** Proximam denique esse ablutionem, tam activam, expressam per ly ego, quam passivam, per ly te baptizo in prolatione formæ. **Vaq.** contra Sua. requirentem tantum passivam.
- 4** An in casu necessitatis sufficiat aqua impura, ut juscum, lixivia, cervisia valde tenuis, &c.? **R.** ad primum aff. si juscum, non plus habeat de aliena, quam de propria substantia, quod colligi potest ex insufflitudine. **S. Tho.** Vnde ad 2. **R.** etiam aff. quia in lixivio non solvitur species aquæ. Tum quia aqua balneariorum per venas sulphureas transiens, est sufficiens: ergo, &c. **S. Tho. Coni. Ren. q. 3. contra Tamb.** hanc materiam ut dubiam admittentem. Denique **R.** ad 3. etiam aff. si species aquæ non sit mutata. **Coni. Bon. contra Tamb.** idem dicentem quod de lixivia. Nota tamen, quod in his, & similibus casibus hujus materiae Sacramentorum, sive horum-materia, vel forma sit tantum fundata in opinione minus probabili, sive sit dubia (non autem certo inepta) semper Sacra menta administrari debent (& possunt) in necessitate sub conditione; ut diximus in explanatione primæ op. Innoc. XI:
- 5** An per potionem chocholaticam possit quis valide baptizari? **R. aff.**

7. aff. si componatur ex majori quantitate aquæ frigidæ, nulla facta decoctione; vel si cum calida, modica sit tamen ejus decoctio. Rat. primi; quia ex *D. Tho.* aqua admixta pulveri est apta: ergo, &c. Rat. 2. quia parva decoctio aquæ cum carnibus est valida: ergo, &c. *Ren. q. 4.*

6 An aquæ ex vi ignis ex herbis, floribus, vel radicibus expressæ, sint materia valida? *R. neg.* quia hæ aquæ substantialiter differunt ab aqua elementari. *D. Tho. Bon. Ren. q. 5.* *Ecc.* contra plures, vel aptam, vel dubiam respectivè, supradictam materiam existimantes.

7 An in necessitate sit apta materia saliva, sudor hominis, virosis, vel aqua parietis humidi? De sudore, & saliva. *R. neg.* & de saliva loquendo, est de fide ex cap. penult. de *Bapt.* Rat. quia saliva, & sudor non sunt aquæ elementares. *Guimenus. Fili. Ecc.*

• Aliter de aqua parietis discurrendum est, sicut etiam de vaporibus densatis in tegumento ollarum simplici aqua plenorū; nam illa est aqua elementaris ex aere humido genita, & isti essentialiter sunt aqua. *Tamb. Ren. q. 6.*

8 An aqua ex sale, glacie, nive, grandine, &c. resoluta, in necessitate adhiberi possit? *R. neg.* loquendo de aqua salis montium: Secus de aqua salis maris virtute solis congelata. Et idem dicendum de aqua ex reliquis resoluta. Rat. primi, quia sal montium non ex aqua naturali condensatur, sed vel ex humore terræ, vel sic nascitur: ergo, &c. Rat. 2. quia sicut quæ ex aqua naturali congelantur, sufficiunt si sint resoluta, ita, &c. *Ren. q. 7.* Rat. 3. quia prædicta resoluta, substantialiter, & certò sunt aqua: ergo, &c. *I amb.*

9 An sufficiat glacies, vel nix congelata, si inter ablendum rē-solvatur *in corpore baptizati?* *R. neg.* quia tunc ipse baptizatus diceretur se ablueret, non autem baptizans. *Tann. Ren. q. 8.* contra *Sua. Sol. Vasq. Ecc.*

10 An sufficiat quævis gutta aquæ, si non ad licitè, saltem ad validè baptizandum? *R. unam*, vel alteram sufficere, dummodo fluat; quia sic dicitur quis ablutus. *Vasq. contra Sol. Lay. Ecc.* absolute negantes,

11 An sufficiat una ablution in Baptismo, vel requiratur tria? *R. Hodie in Ecclesia sub præcepto requiri trinam ablutionem, quamvis repeti non debeat forma in quavis ablutione. Constat ex Rituali Rom. Ren. q. 10.*

12 An possit quis licitè baptizari quolibet ex his modis, vel scilicet, per aspersione, vel per immersionem, vel per infusio-

nem? &c. unumquemque *sub mortali* (contra *Sot. Valer. etc.*) debere servare consuetudinem suam Ecclesiae; quia materia est gravis: Sic Mediolani fit per immersionem, & nostris Regionibus per infusionem. *Ochagavia.*

13 An opus sit, ut in casu necessitatis simul cum immersione adsit etiam emersio? &c. aff. quia sic non diceretur quis ablui, sed suffocari, ad quod non est instituta ablutio baptismalis. *Sco. Syl. etc. contra Fili. Bon. etc.* Vtraque opinio est probabilis.

14 An possit quis in casu necessitatis projicere puerum in puteum ad eum baptizandum, cum certa illius morte, in casu, quod haec ei instaret, vel casu, vel per Tyrannum? & neg. immo irregularitatem incurreret, nisi sic faciendo se non peccare putaret. Rat. primi; quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Tum quia non licet secare ventrem matris vivae ad baptizandum puerum: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc bona fides excusat. *Ren. q. 13. Coni. Lag. etc. contra Sot. Ieff. etc.*

15 Quae sit forma Baptismi? *R. in Ecclesia latina esse verba: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.* In qua ly Ego, & Amen sunt de precepto obligante ad veniale cantum, ut contra Fili. tenet *Hurt.* Cetera vero sunt essentia lia. In Ecclesia vero Graeca, forma sunt verba; *baptizatur, vel baptizetur servus Christi in nomine, etc.* quae verba sunt indicativa, vel imperativa, non autem deprecativa, aliter non valeat Baptismus. Hinc contra *Val.* & *Tamb.* non potest sine peccato latinus uti forma Graecorum; quia mutaret ritum in re gravi. *Coni. Hurt. Ren. fol. 33. q. 1.*

16 An pronomen *Te* sit essentiale in forma Baptismi? *R. aff. sed non obstat, si ejus loco honoris causa quis diceret vos, vel Excellentiam vestram, vel vos in casu necessitatis plurimum baptizandorum; sicut etiam si authoritatis causa, loco ego, diceret nos. Bon. Coni. Ren. q. 2.*

17 Vtrum sit valida forma, in qua non explicatur actio Ministeri; ut si quis diceret, *baptizet te Deus, vel Christus, aut baptizeris a Deo, seu Christo?* *R. neg.* quia Christus dixit: *baptizantes eos: ergo, etc.* Tum quia forma debet practice significare, effectum Sacramenti procedere tum a Deo tanquam a causa principali, tum a Ministro, ut a causa instrumentalis; Sacra menta enim sunt signa practica. Tum denique, quia tunc male apponentur verba: *In nomine Patris, etc. Tamb. Ren. q. 3.*

18 An sit valida forma Baptismi prolata inverso ordine? *R. neg.* si ex inversione non salvetur significatio substancialis verborum formae:

formæ: Secus è contra. Hinc validè baptizat, qui dicit, *in nomine Patris, etc.* ego te baptizo, sicut contra *Tamb.* ego baptizo te, etc; vel denique, *in nomine Spiritus Sancti Filii, & Patris, etc.* si sic dicendo Minister errorem inducere non intenderet, ut vult *Say.* contra *Alensem* invalidam, & contra *Tamb.* dubiam talem formam absolute existimantes. Invalidè verò baptizaret, qui diceret, *ego Patris baptizo te in nomine Filii, et Spiritus Sancti.* *Sot.* *Ren.* q. 4. contra *Lug.* hunc modum loquendi ut usitatum admittentem apud Poetas latinos.

19 An in forma Baptismi sit necessaria explicita invocatio trium personarum? *R.* aff. quia sub ea invocatione fuit à Christo Domino institutus Baptismus. *Ren.* q. 5.

20 An sit validus Baptismus collatus in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque; vel in nomine Ingeniti, Geniti, & Doni; vel in nomine primæ, 2. & 3. personæ, &c.? *R.* neg. quia in forma non tam attenditur significatio quasi materialis, quæ haberi potest per synonima, quam significatio formalis, & secundum Christi institutionem: sed hæc habetur per expressam invocationem Sanctissimæ Trinitatis: ergo, &c. *D. Tbo.* *Ren.* q. 6. *Sua. Et c.* contra *Caje.*

21 An sit validus Baptismus collatus in nominibus Patris, &c. vel in nomine Patris, in nomine Filii, &c.? *R.* ad primum neg. quia in Baptismo exprimenda est unitas essentiæ. *Buff. Fili. Et c.* Vnde ad 2. *R.* aff. quia ea explicatio non importat multiplicationem essentiæ: ergo, &c. *Fili.* *Ren.* q. 7. *Coni. Et c.* contra *Bon.*

22 Quis sit Minister Baptismi in casu necessitatis; de jure enim, & ex officio, Episcopo, & Parocho (vel Sacerdotibus, ex eorumdem commissione) competit solemniter baptizare? *R.* esse omnem hominem rationis compotem, excepto muto, & cum hoc ordine; Itaut Sacerdos preferatur Diacono, hic Subdiacono, &c. usque ad prima Tonsura initiatum, hic preferatur laico, hic foeminæ obstetrici, hæc foeminæ simpliciter, hæc excommunicato, hic hæretico, hic infideli, & hic apostata à fide; qui ordo si invertatur praesente Diacono, vel Sacerdote, quibus ratione ordinis competit baptizare, erit mortale, ut potè inversione in re gravi. Idem dicendum, si praesente fideli, infidelis baptizaret, vel praesente non excommunicato, excommunicatus, Cæteræ verò inversiones veniales tantum sunt. *Ren.* fol. 37. q. 1. *Coni. Tamb. etc.*

23 An in casu necessitatis preferendus sit laicus non excommunicatus Parocho, vel Sacerdoti excommunicato? *R.* aff. quia in

- tantum conceditur privilegium baptizandi Sacerdoti e. g. excommunicato, quatenus non sit alius, qui possit baptizare : ergo, &c. *Sua. Nav. Ren. q.2. contra Say. Tamb. Dia. 15c.*
- 24 An foemina præferenda sit Patri ipsius baptizandis? *R. aff.* quia Pater in casu peccaret mortaliter, ut volunt *Coni. Dia. Sua. 15c.* quidquid sit de jure petendi debitum : ergo nè Patri præbeatur causa peccandi, præferenda est foemina. *Ren. q. 3.*
- 25 An qui est in statu gratiae, præferendus sit non tali, etiam si hic Sacerdos sit? *R. aff.* quia Sacerdos sic baptizando, præsente alio existente in gratia, peccat mortaliter, quia baptizat in peccato extra casum noceffitatis: ergo, &c. *Ren. q. 4. contra Tamb.*
- 26 An in casu extremæ necessitatis possit Diaconus sine licentia solemniter baptizare, si ei (in cuius ordinatione dicitur, *Diaconum oportet ministrare ad Altare, baptizare, et prædicare*) plus concedendum sit, quam laico, qui primatum baptizare potest? *R. neg.* quia ex cap. *Diaconus dist. 93.* Diaconi absque commissione comparantur laicis: ergo, &c. Tum quia Diaconus in suo officio est Minister Sacerdotis: ergo nunquam sine hujus licentia, &c. *Ren. q. 5. Coni. Dia. contra Sua.*
- 27 An plures Ministri possint simul validè baptizare? *R. neg.* si dicant *nos te baptizamus*; vel si unusquisque suam formam proferat dependenter ab alio: Secus si unusquisque ut causa totalis baptizare intendat, in quo casu essent plura *Sacramenta* physicè, unum verò moraliter. Rat. primi, quia tunc ratione pluralitatis Ministrorum, ut causæ partiales concurserent ad Baptismum, quod est contra institutionem Christi, unum Ministrum requirentis. *S. Ibo. Caje. Vale. 15c.* & per hoc ad 2. *Coni. Rat. 3.* quia tunc unus alium non impediret, ut patet in consecratione Eucharistiae, quæ fit in Missa Ordinationis: ergo, &c. *Coni. Rat. 4.* quia plures essent materiae, & formæ, unus autem effectus, una scilicet gratia, vel character. *Ren. q. 6.*
- 28 An unus Minister possit plures simul *licitè* baptizare, *extra necessitatem?* *R. neg.* quia talis modus est contra institutionem Christi Domini, *ego te baptizo:* ergo, &c. *Sco. Ren. q. 7. Dia. Coni. ecc. contra Sos. Vale. etc.* dicentes esse tantum veniale sic baptizare.
- 29 Si in casu necessitatis, unus proferat verba, alias baptizet, an sit validus Baptismus? *R. neg.* quia deficeret veritas in utroque ministrante; nam licet mancus diceret, *nos te baptizamus*, falsum tamen diceret, quia non ablueret, sicut & mutus non proferret verba: ad essentiam autem Baptismi requiritur veritas: ergo,

ergo, &c. *D Tho. Ren. q. 8. contra Caj. etc.* quam opinionem
improbabilem putat *Dia.*

30 Si ex parte materiae, formae, aut intentionis intercedat defec-
tus, an hic suppleatur à Deo? *R. neg.* quia ex verbis Joan. 3.
nisi quis renatus fuerit, &c. & ex *Trid. ieff. 5. Can. 5.* Baptismus
est necessarius ad salutem: ergo non esset talis, si Deus supple-
ret defectum. Tum quia, pueri salvati non possunt per Bap-
tismum flaminis: ergo per Baptismum fluminis, vel sanguinis
dumtaxat: ergo, &c. *Ren. q. 9. Filii. contra Caj. etc.* quorum
opinio variis, & gravibus censuris inuritur à DD.

31 Quam poenam incurrat Minister, qui rebaptizat sine necessi-
tate? *R. incurrere irregularitatem, sive absolutè, sive condi-
tionatè rebaptizet.* Primum constat ex cap. 2. de *Apostatis. Filii.*
2. contra *Dia.* probatur ex Cathechismo Romano, *turu. de Bap-*
cap. de effectibus Bapt. Tum quia tunc conditio in fraudem le-
gis apponeretur: ergo, &c. *Sot. Say. etc.* Idem dicendum de eo,
qui scienter baptizatus permittit se iterum baptizari, ex cap.
Afros dist. 98. & ex cap. confirmandum dist. 50. Ren. q. 10.

32 An parvuli Christianorum (ex extra necessitatem) sint statim
baptizandi? *R. ex consuetudine Ecclesiae, peccare mortaliter*
eum, qui multum differt Baptismum. Quanta autem dilatio
faciat mortale, hoc remittendum esse consuetudini uniuscu-
jusque loci, quæ esse solet, ut octavo, ib. vel 12. die puer bap-
tizetur, ajunt *Ren. fol. 42. q. 1. Filii. Lay. etc.* contra varios di-
versimode discurrentes.

33 An sicut pueri, ita adulti teneantur, cum primò sunt in fide
instructi? *R. aff. ex cap. quando quis de Consecr. dist. 4.* Tum quia
præceptum divinum Baptismi obligat, cum primum suscipi
potest; est enim Baptismus initium vitæ spiritualis, utpote
janua omnium Sacramentorum: ergo, &c. Imò irregularis es-
set, qui usque ad finem vitæ differret Baptismum. *Sua. Coni.*
Fili. etc. contra D Tho. Setram, etc. Quod si pro Baptismo diffe-
rendo mors adulto minaretur (non quidem in odium fidei)
non teneretur ipse (quamvis posset) Baptismum suscipere cum
tanto incommodo, etiam si nesciret, an postea posset illum su-
scipere: quia tunc ei sufficeret Baptismus in voto cum contri-
tione. *Dia. Ren. q. 2.*

34 In qua parte corporis puer sit baptizandus? *R. in casu necessi-*
tatis, in quavis parte corporis posse baptizari, etiam in un-
guibus, capillis, &c. (non autem in umbilico, per quem puer
unitur Matri) quia supradicta dumtaxat dicuntur partes ho-

minis; Extra verò necessitatem, baptizandus est puer in capite, vel, ut ait *Fili.* in pectore, scapulis, brachio, humeris, &c. vel etiam in capillis, qui supra caput sunt, quatenus aqua cutem non attingat; non autem in pede, manu, vel digitis, nisi pro manu, vel pede, intelligatur etiam complexum ex femore, & tibia, vel ex brachio, & cubito, quia omnes supradictae dici possunt partes principes hominis. *Fili. Valsq. etc.* Verum tamen est, in calibus partium non principalium, puerum rebaptizandum esse sub conditione. *Ren.q.3.*

35 An in casu necessitatis possit puer pelle secundina involutus baptizari? *Si. neg.* quia nullus adest in casu contactus realis alicujus partis corporis. *Fili. Lay. Ren.q.4.etc. contra Coni.*

36 An possit puer in casu necessitatis baptizari in utero matris, media fistula, vel alio modo? *Si. aff.* si aqua puerum attingere possit; quia hic adhuc in utero matris est homo à matre distinctus, & jam originale contraxit, ex cap. si ad matris dea *Consecr. diff. 4. Coni. Sua. Lay. etc. contra Bon. Fili. etc.*

37 Si mater sit in articulo mortis, an possit ejus uterus aperiri, ut puer baptizetur? *Si. neg.* si articulus veniat ob partus causam, etiam si mater consentiat: Secus si veniat ob sententiam mortis, etiam si commode (contra Bon.etc.) expectari possit tempus partus; dummodò tamen adsit spes vitae prolixi. Rat. primi; quia sectio illa esset directa decisio matris innocentis. Tum quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona: ergo, &c. *D. Tho. Coni. contra Fag. Rat. 2.* quia in eo casu mater ut potè rea nullum jus habet ad vitam: ergo, &c. *Fili. Lay. Ren.q.6.etc.*

38 Vtrum monstra sint baptizanda? *Si. aff.* si principalia membra (inter quæ præcipue computatur caput) humanam formam habeant. *Fili. Bon. Ren.q.7.*

39 Si monstrum habeat duo capita sub uno pectore, vel è contrà, itaut dubitetur, an sit unum, vel duo; an sit duplice Baptismo ablucendum? *Si. neg.* sed differendus est Baptismus, donec certum quid appareat: Quod si in mora adsit periculum, unum caput, vel unum pectus absolute est baptizandum, alterum verò sub conditione. *Lay. Buff. Ren.q.8.etc. ex Rituali Romano.*

40 Quæ dispositio requiratur in adultis, ut validè, & licite baptizari possint? *Si. requiri intentionem suscipiendi Baptismum, & non tantum voluntatem non contrariam, ut validè baptizari possint, ex cap. majores, §. dormiente dc Bapi.* quia actuale peccatum, quod contractum est etiam ab adulto, ipso consentiente, sine actuallí ejus consensu remitti non potest. *Ren. q.9. contra*

tra Coje. Ut licetè verò baptizari possint, requiritur fides supernaturalis: qui credideris enim, et baptizatus fueris, etc. Marci ulti. Item requiritur contritio, vel attritio de præteritis: Actor. enim 2. dicitur: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Lay. &c.

41 Qualis consensus in adulso requiratur, actualis, virtualis, an habitualis? R. sufficere habitualem, Lay. Ren. q. 10. & constat ex dictis. Ver. Sacramentum in genere. Nota, Adulsum incuria suorum parentum Catholicorum non baptizatum, compellendum non esse, ex Trid. sess. 14. cap. 2. dicente, Ecclesiam in neminem judicium exercere, qui ipsam per Baptismi januam non fuerit ingressus. Sua. contra Sot. etc.

42 Si ex dicto unius testis constet de voluntate adulti infidelis requiringentis Baptismum in articulo mortis, an possit baptizari? R. aff. etiam si testis sit infidelis, dummodò in eo non sit suspicio perniciosi mendacii; quia sufficit unus testis ad impendandi absolutionem moribundo, qui coram illo dedit signa contritionis: ergo, &c. Lay. Dia. Ren. q. 11. etc.

43 De quibus mysteriis fidei instruendus sit adulitus baptizandus? Necessitate medii scire debet adulitus explicitè Deum esse remuneratorem; & contrarium damnatum est ab Innoc. XI. op. 20. Item tenetur explicitè scire Mysterium Trinitatis, licet non eo modo, quo Docti, & Theologi. Item mysterium Incarnationis explicitè; hoc est, Christum esse pro nobis mortuum, & nos redemisse, ex illo Ioan. 17. Hæc est vita æterna, us cognoscant te solum Deum, et quem misisti Iesum Christum. Necesse est verò præcepti explicitè, & secundum substantiam, quamvis crassò saltē modo, tenetur scire, & credere articulos fidei, in simbolo contentos, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, & insuper ea, quæ spectant ad Sacraenta saltē Eucharistiae, Pœnitentiae, & Baptismi. Hinc non tenetur adulitus scire Christum tertia die resurrexisse, in ipso esse duas naturas in eadem Persona, ipsum passum fuisse sub Pontio Pilato, liberasse animas Sanctorum Patrum, &c. Lug. Ren. q. 12. etc.

44 An teneantur fideles scire memoriter orationem Dominicam, symbolum Apostolorum, & Salutationem Angelicam? R. sub mortali, & præcepto Ecclesiæ teneri ea scire (maximè symbolum) quoad substantiam, idest, ut si interrogentur, sciant respondere singulis; memoriter verò sub veniali tantum in quavis lingua, etiam latina, ex consuetudine Ecclesiæ. Azo. Ren. q. 13. etc.

45 Qua-

45 Qualis dolor requiratur in adulto ad licetè suscipiendum Baptismum? & sufficere attritionem supernaturalem, cognitam ut talem, nec esse necessariam contritionem, vel attritionem putatam contritionem; quia illà sufficit in Sacramento Pœnitentiae, nec alia dispositio est necessaria: ergo à fortiori in Sacramento Baptismi, in quo facilius datur remissio peccatorum: imò & absque horum confessione; nam nulla pœna (quani etiam secum defert rūbor) impónenda est baptizato pro peccatis; cum per Baptismum pœna simul, & culpa remittatur. *D. Tho. Bon. Fili. Lay. &c. contra Med. Cord. &c.* requirentes attritionem putatam contritionem. Adverte tamen, ad ultimū teneri restituere ablata, & satisfacere de injuriis proximo illatis; nam hæc non exequi, esset permanere in peccato: ergo, &c. *D. Thom. Ren. q. 14.*

46 Vtrum sit baptizandus adulitus, surdus, & mutus à nativitate, qui instrui in fide non potest, nec ad dolorem disponit? & aff. loquendo de surdo nato in terris fidelium: & idem dicendum de natis in terris infidelium Baptismum potentibus, quia vident alios baptizari; sub hac tamen conditione, scilicet si es capax Baptismi. Rat. primi; quia præsumitur, eum aliquam nostræ fidei habere notitiam: ergo, &c. *Cos. contra Ocbaga.* Rat. 2. quia potest moribundus, qui dubia dedit signa contritionis sub-conditione absolvi: ergo, &c. *Veric. Ren. q. 15.*

47 An peccet Parochus baptizans adultum in fide catholica non instructum? & neg. si adultus sit in articulo mortis: Secus è contra. Primum constat ex *Can. Iudæi de cconsec. difl. 4. Dia. Probat.* & ex illo Matth. 28. *ducete omnes gentes, baptizantes,* &c. *San. Vasq. Sol. &c.* Instructio verò sufficit, si versetur circa Mysteria Trinitatis, & Incarnationis tantum; cætera enim non cadunt sub fide explicita graviter: ergo, &c. *Veric. Ren. q. 16.*

48 An ad infantes baptizandos requiratur sin minus eorum voluntas, saltem voluntas parentum? & neg. si infantes sint filii hæreticorum, aut infidelium mancipiorum: Sectus si Judæorum, vel infidelium vaſtallorum, aut (à fortiori) nullo modo subjectorum: in quo casu sufficit alterius parentis consensus. Rat. 1. quia hæretici sunt subditi Ecclesiæ, & infantes filii infidelium mancipiorum possunt vendi: ergo, &c. *Ren. q. 17.* Rat. 2. quia supradicti vendi non possunt, & sunt sub patria potestate: ergo, &c. *Lay.* Rat. 3. quia tunc præferenda est voluntas justa, injustæ; & ita colligitur ex *cap. majores de bapt.* & ex *cap. Judæi eod. Fili. &c.*

49 An in casu, quo possunt pueri prædicti baptizari sine consensu parentum, teneatur quis illos baptizare? R. aff. nisi ob aliquod incommodum inde sequens excusaretur; quia ad hoc obligat charitas. *Bon. Ren. q. 18.*

50 Vtrum infans Judæi possit licetè baptizari, si à parentibus offeratur ad Baptismum ob finem, ut eviter malum odorem; quem ex Dei ordinatione in poenam eorum perfidiæ contraherere solent? R. aff. si liberari possint à patria potestate: Secus si non; in quo casu validè baptizaretur si ob finem prædictum judicent Parentes, verum Baptisma suos infantes recipere. Rat. primi, quia alias non esset bonum avertere prædictos parentes à bona opinione, quam habent de nostra fide: ergo, &c. Rat. 2. est periculum subversionis. Rat. 3. quia finis non vitiat voluntatem illam recipiendi verum Baptisma. *Ako. Ren. q. 19.*

51 An possit quis in dubio Baptismi rebaptizari? R. aff. sub conditione, & in casu verè dubii Baptismi, qui sunt omnes illi, in quibus Minister usus est opinione tantum probabili circa essentialia Baptismi; absolute verò non potest. Rat. primi; quia sic consulitur saluti Baptizandi, & nulla fit injuria Sacramento. Rat. 2. deducitur ex illo ad Ephes. 4. *unus Deus, una fides, unum Baptisma. Dia. Ren. q. 20.* Idem dicendum de domi baptizatis ab obstetricibus, eos scilicet, absolute, vel sub conditione dumtaxat rebaptizandos esse, si interrogatis obstetricibus, error, vel dubium inveniatur, *Coni. contra Quintanad. Simpliciter affirmantem.*

52 Vtrum sint sub conditione rebaptizandi pueri fidelium, sed nati, & educati inter infideles? R. neg. nisi parentes fideles habitassent in loco, ubi nullus Sacerdos Catholicus adsit, quod difficile est. *Coni. Ren. q. 21.* & conflat ex dictis.

53 An sint sub conditione rebaptizandi ab hereticis baptizati? R. aff. dumtaxat quando constat, dubiè fuisse baptizatos. *Coni. Ren. q. 22. contra Opacovium absolute affirmantem.*

54 An infantes expositi, & recenter nati, sint sub conditione rebaptizandi, si cum schedula testante de Baptismo inveniantur? R. neg. nisi in casu, quo puer in partibus infidelium, vel Juðorum inveniretur. Rat. primi; quia in tantum fuit schedula opposita, ne iteraretur Baptismus: ergo, &c. Rat. 2. quia tunc presumendum est, eam fuisse appositam, ne baptizarentur. *Ochaga. Dia. Ren. q. 23. esc. contra Quintanad. absolute negantem.*

55 An sit sub conditione puer baptizandus, si inveniatur sine sche-

schedula, sed sit 20. aut 30. dierum? qd. eo casu debere credi esse baptizatum, nisi conjecturæ oppositum persuadeant. *Fili. Vag. Ren. q. 24. &c. contra Quinta.* dicentem esse rebaptizandum, etiamsi cum schedula inveniatur.

SACRAMENTI BAPTISMI SOLEMNITATES. Quæres.

- 1 **Q**uæ sint solemnitates, & cæremoniæ Baptismi? qd. solemnitates Baptismi, alias hunc præcedere, alias comitari, alias denique subsequi, quæ à *Pala.* ex Rituali Romano ad 15. reducuntur, videlicet; ut adsit aqua benedicta, adsit Patri-nus, ut imponatur nomen, &c. V. Rituale; Eas omnes omittere, vel aliquas *graves*, esse mortale contra ritum Ecclesiæ ait *Lay.* sicut & eas non supplere, esse etiam grave, constat ex cap. I. de *Sacra. non iterandis.* Hinc supplendæ sunt cum puer in casu necessitatis ab obtestrice domi baptizatus fuit; quamvis in hoc casu, sub veniali tantum cadat supplementum, ajunt *Ren. fol. 56. q. 1. & 2. Caje. etc. contra Coro. etc.*
- 2 An sint hæc solemnitates repetendæ, cum quis cum illis nulliter baptizatus, repetendus est Baptismus? qd. neg. quia necesse non est, ut tales solemnitates simul cum Baptismo adhibeantur, cum multæ Baptismum præcedant, & quandoque diu post collatum Baptismum in casu necessitatis suppleantur: ergo, &c. Tum quia solemnitates matrimonii invalidi non sunt repetendæ: ergo, &c. *Bon. Ren. q. 3. Sua. contra Pala. Sot. etc.*
- 3 An sint adhibenda solemnitates in casu quo quis sub conditio-ne est rebaptizandus, si nullatenus præcesserunt? qd. aff. in quo casu censetur contracta cognatio spiritualis, etiam in dubio validitatis prioris Baptismi. Rat. primi, quia hæc solemnitates supplendæ sunt, etiam in Baptismo valide collato, si non præcesserunt: ergo, &c. *Lay. Veric. contra Tamb. Quinta.* in Ba-ptismo, absoluto duntaxat admittentes solemnitates. Rat. 2. quia in eo casu Ecclesia præsumit posteriorem Baptismum va-lidum: ergo, &c. *Ren. q. 4. Perez. &c. contra Tamb. Quinta.* absolutè negantes. Dixi etiam in dubiis, etc. nam si appareat, prioren Baptismum fuisse validum, certum est ex *Perez. etc.* cognationem non contrahi.
- 4 An sit mortale, si omnes cæremoniæ Baptismi domi adhibeantur? qd. aff. extra casum necessitatis, nisi sint liberi Principum Vasallos habentium; in quorum nomine ex *Glo. in Clem. unica de Bap.* veniunt nepotes descendentes ex filiis ma-scus.

sculis tantum, & in quibus Regia Majestas servatur. Ita ex cit. Clem. Sua. Nug. Ren. q.5.

- 5 An sit mortale uti chrismate veteri in Baptismo solenni? R. aff. ex cap. si quis de alio de conse. dist. 4. Tum quia eo uti in confirmatione est mortale, quamvis in utroque casu non invalidet Sacramentum: ergo, &c. Coni. Lay. Ren. q.6. &c.
 6 Utrum sit mortale uti aqua non benedicta? R. aff. quia benedictio talis aquæ, fit cum multis solemnitatibus in die Resurrectionis, & Pentecostes; infunditur enim in ea per tres vices in crucis modum sacram chrisma, quæ consecratio, ex Less. est ex Apostolica traditione; ergo non est quid levior: ergo, &c. Dia. Bon. Ren. q.7. etc. contra Grana. Quinta.
 7 An sit mortale relinquere insufflationes, unctiones, vel non uti superpelliccio, & stola? R. aff. quia insufflationes fuerunt in primitiva Ecclesia in usu, unctiones ante, & post Baptismum videntur mysteriosæ, & alicujus momenti, de quibus loquuntur Aug. & Chrys. & usum superpelliciei, & stolæ, requirit reverentia huic Sacramento debita. Grana. Ren. q.8.
 8 An sit mortale omittere solemnitatem Patrini, vel matrinæ, quæ teneat puerum, dum hic baptizatus, suscipiat post Baptismum immediatè de manu baptizantis, & respondeat cathechismo? (ex qua tentione, & susceptione, dummodò vera sit, contrahitur ex c. 1. de cogn. spiri. in 6. cognatio spiritualis impediens, & dirimens matrimonium, & ex qua responsione contrahitur ex cap. 2. de cogn. spir. cognatio impediens tantum illud) R. aff. in Baptismo solemnni: Secus in privato. Rat. primi, quia sit contra ritum Ecclesiæ in re gravi: patrinus enim institutus est ad instruendum puerum in fide: ergo, &c. Tamb. Ren. q. 9. Rat. 2. quia adhibitio patrini est solemnitas Baptismi solemnis: ergo, &c. Sua. Hinc si adhiberetur, non contraheretur cognatio, ut dicemus infra.
 9 Quæ requirantur in patrino, ad hoc ut validè munus suum implere possit? Requiritur primò ut sit baptizatus, ad hoc ut possit esse Pater spiritualis, ex c. in Baptism. de consecr. dist. 4. San. 2. ut habeat intentionem saltem implicitam faciendi, quod alii, vel Ecclesia intendit. San. 3. ut usu rationis gaudeas ad habendam talen intentionem. San. Dia. 4. ut sit unus, vel una, vel duo, diversi tamen sexus; ex Trid. sess. 24. cap. de refur. maritim. quod non servare, veniale esse dixit San. 5. non requiritur ut Patrinus à Parocho designetur, sed sufficit si à parentibus, Dia. Nec Parochi admisso necessaria est, & id non ob-

obstat *Trid.* cit. à *Taxed*a relatum, quia *Trid.* intelligendum est, quando *Patrinus* non designatur à Parentibus. *Tamb.* *Ren.* q. 10.

- 30 An mutus tenens in Baptismo contrahat cognitionem spiritualem? R. aff. quia ex dictis, ad contrahendam cognitionem spiritualem, sufficit tentio; alia enim est cognatio, quæ contrahitur ex tentione, alia quæ ex responsione ad catechismum, ut deciditur expresse in c. 1. et 2. de cognat. spirit. in 6. *Ren.* q. 11. contra *Hoffien.* et *de Janu.*
- 31 An possint esse Patrini vir, & uxor? R. aff. absque ullo peccato; quia ex dictis, unus, & una, patrini esse possunt: ergo, &c. Tum quia consuetudo id probat: ergo, &c. *Lay.* *San.* *Dia.* etc. contra *Dicaf.* mortale, & contra *Fili.* veniale esse dicentes. Nec verba *cap. final.* 30. q. 4. relata à *Fili.* important præceptum aliquod, sed tantum decentiam. Quod si in casu unus tantum teneret, v. g. uxor, non proinde transfundetur cognatio in alterum, ex motu proprio *Pii V.* *Ren.* q. 12. *Sua.* *Sa.* etc.
- 32 Vtum possint duo viri, unus nomine proprio, alter procuratio nomine mulieris, esse Patrini? R. aff. quia cum *Trid.* ait non posse duos viros, vel duas fæminas esse Patrinos, loquitur de principalibus, non de procuratoribus: eò vel maximè, quod procuratores verè non sunt Patrini. *Fari.* *Nald.* contra *Joan.* *Propos.* *Dia.* etc.
- 33 An Hæreticus possit esse Patrinus in filiis Catholicorum? R. neg. nisi in casu, quo aliàs puer esset deferendus ad Sacerdotem hæreticum pro Baptismo. *Rat.* primi; quia instruere non potest, qui instructione indiget, *Ren.* q. 14. *Rat.* 2. quia sic consuleretur saluti pueri. *Pala.* Hinc potius baptizandus est puer solemniter absque patrino, quam cum hoc hæretico. *Lay.*
- 34 An Catholicus possit esse Patrinus in filiis Hæreticorum? R. neg. ex declarat. *S. Congr. die 12. Septemb. 1642.* de qua *Verr.* Tum quia Patrinus sic approbaret contemptum nostrarum cœremoniarum, quam hæretici ostendunt illas omitendo, quamvis substantialia Baptisni observent (in quo sensu procedit responsio) *Nav.* *Lugo* *Ren.* q. 15. etc. contra *Lay.*
- 35 An Monachi possint esse Patrini? R. neg. sive sub nomine Monachorum veniant mendicantes, sive non. Excipiuntur Episcopi, & Cardinales Monachi, non autem Abbates. Primum constat ex Rituali Roma. Tum quia eadem ratio currit in mendicantibus, ac in aliis, videlicet, quod licet baptizando, contrahere possint compaternitatem, hanc autem contrahere non

non possunt tenendo ex e. placuit communi 16. q. 1. eto. ergo Patrini esse non possunt. Ren. q. 16. Lay. contra Coni. Hur. Pala. etc. 2. probatur ex cap. non lices, et 1. cit. de consecr. diff. 4. Pellicio contra Buff.

- 16 Quos effectus pariat Paternitas, vel Compaternitas in Baptismo? R. Paternitatem parere cognitionem spiritualem inter Patrinum, & Baptizatum, & inter Baptizantem, & Baptizatum: Compaternitatem vero eandem parere inter Matrem, & Patrem Baptizati cum Patrini. San. Hinc hodie (quidquid olim erat) potest baptizatus suscipere in uxorem filiam sui Patrips, vel relictam illius uxorem: & potest pater baptizati eandem uxorem sui Compatris viduam relictam ducere. Lay. Ren. q. 17.
- 17 Si tenens non habeat intentionem contrahendi cognitionem, an contrahat illam? R. aff. si habeat intentionem exercendi munus Patrini, & faciendi quod facit Ecclesia: Secus si habeat intentionem materialiter tantum assistendi: quamvis peccet mortaliter. Rat. primi, quia accessorium sequitur principale: ergo, &c. Ex quo probatur 2. Ren. q. 18. Rat. 3. quia mortalis est omisso solemnitas Patrini: at in casu sic assistens vere non esset Patrus: ergo, &c. Tamb.

- 18 Si in privato Baptismo adhibetur Patrus, an hic contrahat cognitionem spiritualem? R. neg. quia Ecclesia non præcipit Patrimum nisi in solemnini Baptismo in cœremoniam ipsius; ergo, &c. Dia. Ren. q. 19. De Ianu. Et c. contra Lay. Sua. Coni. Et c. Hinc est, quod neque Patrus contrahat, quando cœremonie Baptismi validi sine Patrino celebrati simul cum Patrino supplerunt; quia cognatio oritur ex Baptismo, qui in casu supponitur, non vero confertur. San. Et c.

- 19 Si plures contra formam Trid. adhibeantur Patrini, an omnes contrahant, si tangant? R. aff. quia Trid. suo loco designans unum, & unam, non irritat factum, si plures adhibeantur; nam ibi designat unum, & unam juxta Sacr. Canon. instituta, hi autem cap. finali de cognitis spirit. in 6. Et c. non irritant factum, si plures Patrini adhibeantur: ergo, &c. San. Ren. q. 20. Lay. contra Tamb. Dia. Sua. Et c. dicentes nullos contrahere.

- 20 In casu, quo nullus designatur Patrus, sed plures tangunt, an omnes contrahant? R. si nullus a parentibus designetur, omnes designati a Parocho (qui eo casu tenetur) contrahunt. Constat ex dictis, nam se haberent in ordine ad cognitionem sicuti si essent a parentibus designati: ergo, &c. San. Quod si neque Parochus designaverit, nullus contrahit quamvis tangat quia

quia designatio p̄cepta à Trid. est forma, & conditio sine qua, non contrahitur: ergo,&c. Ren. q. 21. contra Nav. I. edes. S. & c. Hinc est, quod si designati non tangerent, non designati verò sic, isti non contraherent. San.

- 21 Si baptizans, & Patrinus fideles baptizant filium infidelis, an contrahant cum parentibus baptizati; cum baptizato enim non est dubium? R. neg. quia cognatio spiritualis est relatio mutua ex sua natura, sicut cognatio carnalis: ergo sicut hæc non potest esse ex parte unius, & non alterius, ita neque illa potest esse ex parte fidelium cum infidelibus, & non è contra: ut volunt Lay. Syl. &c. Ita Ren. q. 22. San. Vericel. &c.
- 22 Si baptizans, & Patrinus sint infideles, an cuin convertuntur ad fidem, contrahant cum baptizato, ejusque Patre, & Matre, si hi sint fideles? R. neg. quia infideles, quando tales sunt, non subduntur juri Ecclesiastico, de quo jure est cognatio: ergo,&c. Tum quia carens vita carnali, non potest esse cognatus carnaliter: ergo ita & carens vita spirituali. Ren. q. 23. Coni. Lay. &c. contra de Ianu. dicentem, Patrimum non contrahere, bene vero baptizantem.
- 23 Si vir, vel uxor proprium filium teneant in baptismo solemnii, an vir contrahat cum uxore, vel è contrà? R. neg. quamvis peccent mortaliter. Hinc non privantur jure petendi debitum. Probatur ex cap. si vir de cognat. spiri. ubi in proposito dubio concluditur: ideoque nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere. Ren. q. 24. &c. contra Lay. San.
- 24 Quis tenens in Baptismo filium Pauli putat esse filium Petri, an contrahat cum Paulo? R. neg. si tenens non habeat intentionem tenendi nisi filium Petri: Secus si habeat intentionem tenendi quem habet præsentem; quia cognatio dependet ab intentione tenentis: ergo,&c. Ren. q. 25. Bon. Tamb. &c. Quod si dubium oriatur, præsumendum est pro tentione personæ non præsentis, sed in mente habiteæ, quia regulariter pro filio sui amici, e.g., intendit quis exercere munus Patrini, non autem pro filio non amici. Tamb. Sgn. contra Dia.
- 25 Vtrum tenens per Procuratorem contrahat? R. aff. quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur: ergo, &c. Tum quia Procurator, per ipsos adversarios, non contrahit: ergo contrahit principalis: alias Baptisinus sine Patrino conferretur. Ren. q. 26. Coni. Lay. contra San. Leon. &c.

SACRAMENTUM CONFIRMATIONIS. Quar.

- 1** **Q**uid sit? **R.** Confirmatio est unctionis Christmatis in fronte signo crucis facta sub praescripta forma verborum.
- 2** Quae sit materia remota hujus Sacramentii? **R.** esse Christma ex oleo olivae simul, & balsamo ab Episcopo benedictis. Constat ex Conc. Florent. *Ren. tom. 2. fol. 71. q. 1.*
- 3** An tam oleum, quam balsamum sint de essentia, an vero de precepto? **R.** utrumque esse de essentia, quia ex *Trid. sess. 7. de Conf. cap. 2.* hoc Sacramentum vocatur Christma, quod est compositum ex oleo, & balsamo. *Ren. q. 2. Coni. Lay. et. contra Casum dicentem neutrum esse de essentia; & contra Nav. Cara. Barbo. etc. oleum tantum esse de essentia arbitrantes.*
- 4** An Christma, seu mixtum ex oleo, & balsamo debeat necessario ab Episcopo benedici? **R.** neg. sed sufficere, si a simplici Sacerdote ex commissione Pontificis benedicatur; ita *Sco. Sor. etc. contra Mollesium dicentem valere Sacramantum collatum cum oleo, & balsamo nullo modo benedictis, & contra Ren. q. 3. necessariò requirentem Episcopi benedictionem.* Hæc autem, licet a Christo Domino non fuerit determinata, servanda est tamen benedictio determinata ab Ecclesia: Et hinc est primò, quod si Episcopus omiserit aliquam ex ceremoniis hujus benedictionis, adhuc Christma benedictum remaneret. *Dia. Deducitur 2. Episcopum benedicentem in mortali non peccare, mortaliter ut contra *Lug. ait Dia.* quia materia non est gravis.*
- 5** Vtrum de precepto Christma debeat esse novum illius anni? **R.** aff. ex cap. *litteris de Consec. difl. 3.* in quo Fabianus Papa scribens ad Episcopos Orientales, præcipit, quod vetero Christmate combusto, novum singulis annis renovaretur: ergo, &c. *Coni. Dia. Ren. q. 4. etc.* Hinc cum ex Conc. Florent. tantum requiratur, ut Christma sit ab Episcopo benedictum, dum describita essentia hujus Sacramenti, sequitur, quod sive novum, sive vetus sit, sufficit ad essentiam ipsius. *Coni. Tamb. Deducitur 2. cum veteri Christmate non posse conferriri hoc Sacramentum, etiam in casu necessitatis, cum non sit necessarium ad salutem. Tamb.*
- 6** Quae sit materia proxima hujus Sacramentii? **R.** esse unctionem ipsam in fronte factam manu Episcopi in Crucis figuram, quæ omnia sunt de essentia Sacramenti. *Sua. Ren. q. 5.*
- 7** An sit essentiale, ut unctione pollice dextero fiat? **R.** neg. sed tan-

H h

tum

tum de præcepto. Rat. primi; quia essentiale tantum est, ut sit per manus impositionem: ergo, &c. Rat. 2. quia in Pontificali adest de hoc præceptum, quod est de re gravi, cum ad illum effectum pollex dexteræ manus Episcopi in ipsius consecratione inungatur. Ren. q.6. Lay. Coni. etc. contra Dia. Dicat. etc. neque de præcepto esse dicentes.

8 Quæ sit forma in Sacramento Confirmationis? B. esse verba: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti;* quæ omnia sunt de essentia. Ita Pontificale ex Conc. Floren.

9 Quando fuerit à Christo Domino institutum hoc Sacramentum? B. in ipsa nocte Cœnæ, quamvis potestas illud conferendi fuerit data post Resurrectionem, quando Christus Dominus discipulis dixit: *Accipite Spiritum Sanctum.* Primum probatus quia ea nocte & Spiritum Sanctum promisit, & de eo plurie, locutus fuit, ut constat ex cap. 14. 15. 16. et 18. Joan. ergo credibile est, tunc docuisse discipulos modum conferendi Spiritum Sanctum fidelibus: ergo, &c. Ren. q. 8. Sot. Videlius. Probatus 2. quia tunc Christus ordinavit Apostolos Sacerdotes, & Episcopos: ergo sicut tunc dedit potestatem absolvendi, præcipue Sacerdotibus, ita & Episcopis potestatem dandi Spiri. San. Coni. Fili.

10 Quis sit ordinarius Minister hujus Sacramentorum? esse solum Episcopum, & hunc consecratum. Rat. primi; quia ad conferendum Spiritum Sanctum baptizatis Samariæ, non nisi Petrus, & Johannes ab Apostolis missi fuerunt, ut manus imponerent. Ador. 9. ergo, &c. Rat. 2. quia confirmare est actus ordinis: ergo, &c. Ren. fol. 75. q. 1.

11 An Episcopus excommunicatus, hæreticus, degradatus validè conferat hoc Sacramentum? B. aff. quia id spectat ad potestatem Ordinis, non jurisdictionis. Ren. q. 2. Fili. Bon.

12 An Episcopus debeat esse confirmatus, ut validè, & licetè conferat hoc Sacramentum? B. ad primum neg. quia character Ordinis verè recipitur, nec impeditur à carentia characteris Confirmationis: ergo, &c. Ren. q. 3. Vnde ad 2. B. aff. quia non baptizatus, vel non confirmatus, baptizando, vel alium tenendo in Confirmatione peccat mortaliter: ergo, &c. Turr. Coro. contra Less. Nas. etc. utrumque negantes.

13 An possit Papa delegare simplicem Sacerdotem ad hoc Sacramentum conferendum? B. aff. quia id concesserunt S. Greg. Papa in Sardinia, & pro Indis Joan. XXII, Leo X. & Greg. XIII. Coni.

Cont. San. Dia. apud *Verit.* qui contrariam temerariam vocat; & nostram putat quasi de fide *Megala.* Est contra *Dor. Adria. &c.*

14 An possit Episcopus delegare hanc potestatem simplici Sacerdoti, attento jure Divino, praescindendo à prohibitione Romanorum Pontificis, si quæ sit? *R. neg.* quia solus Papa potest ea, quæ sunt de jure Divino, sicut est ministerium *Sacramentorum.* *Verit. Ren. q. 5. &c.* contra *Ledes. &c.*

15 Vtrum peccet mortaliter Episcopus alienum subditum in sua Dioecesi confirmans? *R. neg.* si Episcopus confirmati non contradicat; quia actus confirmandi est actus Ordinis, non jurisdictionis: ergo semper presumitur tacitus proprii Episcopi consensus, & insuper id gratum ei esse. *Dia. Ren. q. 6. Lay. etc.* contra *Riccium, Ledes. &c.* absoluere affirmantes. Hinc à fortiori poterit Episcopus confirmare alienum subditum, debite ad ipsum accedentem ad Ordines suscipiendos, cum ex Trid. Ordinibus præmittenda sit Confirmatio. *Dia. Lay. etc.* Non potest tamen Episcopus suum subditum in aliena Dioecesi confirmare sine interpretativo saltem consensu proprii Episcopi, cum non possit ibi Pontificalia exercere. *Bon.*

16 Qui confirmari possint; & an hi tentantur. hoc Sacramentum suscipere? *R. ad primum omnes baptizatos confirmari posse* ex illo Acto. 2. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Unde ad 2. *R. nullum adesse Divinum præceptum per se hoc Sacramentum suscipiendi, quamvis per accidentis ratione Ordinis extet Ecclesiasticum.* Primum probatur; quia hoc Sacramentum non est necessarium ad salutem; alias Ecclesia determinasset tempus, & curasset sumptionem illius in articulo mortis: ergo, *&c. D. Tho. Vasq. Ren. q. 7. Coni. etc. contra Sol. D. Bona. D. Antonin. etc.* Probatur 2. ex *Trid. ioff. 23. cap. 4.* de refer.

17 An saltem sub veniali tentantur fidelis hoc Sacramentum suscipere? *R. neg.* per se loquendo; quia nullum adest per se præceptum, ut diximus. *Nav. Sol. Coni. &c.* Dixi, per se loquendo: Quia per accidentis negligencia poterit esse veniale, sicut est negligere tantum donum, id est gratiam, maiorem illa collata per Baptismum. *Coni.* Dixi ratione negligencia; quia ratione contemptus esset mortale. *D. Tho.* contemptus tamen non necessario sequitur ex notabili negligencia; ut volunt aliqui, quia ea oriri possit à notitia, quod tale Sacramentum necessarium non sit. *Lay. Ren. q. 8.*

18 Vtrum pueri ante usum rationis possint licet ad hoc Sacra-

mentum admittit. & neg. sed sub veniali. ex *Leff. Fili. etc. convenientius esse usum rationis expectare.* Constat ex Cathechismo Rom. Pii V. Tum quia sic magis reverenter sumitur, & facilius illius recordatur, cum ad hoc alapa pueri impingatur, ex Pontificali Romano. *Sor. Pala. Lay. etc. contra D. Tho.* Dixi, *sub veniali*, intellige sine causa; quia si per longum tempus non se offerret occasio pueros confirmandi, *Ren. q. 9. Rursum adesset contraria consuetudo*, ut in Hispania. *Vival.* Item si confirmandus esset filius Principis. *Buff.* vel in periculo mortis constitutus. *Dia.* tunc nec etiam veniale esset.

19 An amentibus possit hoc Sacramentum conferri? *R. aff. sive* sint perpetuò tales, sive in tempore in amentiam inciderint (dummodo notoriè non constet, in eam cum peccato incidiisse) sive denique quandoque lucida habeant intervalla; in quo casu hæc sunt expectanda, sicut in pueris expectatur septennium. Rat. est; quia non sunt tanto bono privandi. Tum quia pueris ante usum rationis datur, ex dictis: ergo & perpetuò amentibus concedi potest. Tum quia licet in tempore amentes, nunquam illud petierint, supplet tamen in eis interpretativa voluntas: ergo, &c. *Lay. Ren. q. 10.*

20 Quæ cæmerioræ præscribantr in hoc Sacramento? *R. prætermisis cæmerioriis confectionis Chrismatis.* Dico cum *Ren. fol. 80. q. 1. oœto præscribi.* Prima est circumstantia temporis Paschatis, & Pentecostes, vel alterius comodioris Episcopo. 2. est circumstantia loci Ecclesiæ. 3. est, ut Episcopus sacris vestibus sit induitus. 4. ut tam confirmans, quam confirmandus sint jejuni. 5. ut adsit Patrinus. 6. sunt aliquæ preces cum benedictionibus. 7. ut frons confirmati post unctionem vitta linea ligetur, vel alio modo frons extergatur. 8. ut Episcopus det alapani per verba *Pax tecum* de quibus modo.

21 An poshit Episcopus extra Ecclesiam hoc Sacramentum conferre? *R. decentius esse in ea conferre; imo & ex rubricis, ante Altare. Fili. Bon. Sua. contra Nug. dicentem, esse mortale extra Ecclesiam conferre, quod admittit. Ren. q. 2. si non in loco decenti, Oratorio scilicet, vel suo Palatio id facheret Episcopus.*

22 Si Episcopus in Ecclesia, sed sine vestibus conferat hoc Sacramentum, an mortaliter, vel venialiter peccet? *R. peccare mortaliter, si sine omnibus vestibus conferat; venialiter vero, si absque aliquibus.* Rat. primi: quia omnes omitens in administratione Baptismi, vel extremæ unctionis, peccat mortaliter:

ter+ergo, &c. Sua. Ren. q. 3. Rat. 2. quia materia est levis ; sicut ex Marchino, levis materia est celebrare sine manipulo: ergo, &c. Dia. Tamb.

23 An necesse sit, ut hoc Saeramentum jejunis conferatur, & non nisi existentibus in gratia ? R. ad primum jejunium esse de confilio, tam in Episcopo ex cap. Episcop. de Consecr. diff. 3. quām in confirmando ex cap. ut jejunii eadem diff. Tum quia consuetudo contraria est, ut post prandium conferatur, & decentius, maximè multitudini. Lay. Vnde ad 2. dico, tam Episcopum, quām confirmandum debere esse in gratia, saltem per contritionem ; quia & Episcopo ex officio competit hoc. Sacramentum ministrare, & solus in gratia existens in ipsa confirmari potest. Megala. Zero. Ren. q. 4.

24 Vtrum omissio alapee sit peccatum mortale ? R. neg. quia vel alapea infligitur, ut confirmatus Sacramenti recordetur, vel ut sciat se pro Christo ludibria pati deberé : & utrumque non indicat grave præceptum, cum alia Sacra menta sint irreterabilia, & sine alicujus signi necessitate collata, & finis potius ad mores quam ad essentialia Sacramenti spectat : ergo, &c. Lay. Bon. Ren. q. 5. &c.

25 Vtrum sit mortale non adhibere Patrinum, vel Matrem in hoc Sacramento ? R. aff. quia est contra usum Ecclesiae in re gravi: ergo, &c. Hinc Patrinus contrahit cognationem, eo modo, quo locuti sumus de Patrino Baptismi, ut docens San. ex Trid. diff. 24. cap. 2. de reform. marit. Ren. q. 6.

26 Vtrum possint in Confirmatione esse plures Patrini, sicut in Baptismo ? R. neg. sed unum tantum, vel unam tantum : quia Trid. in Baptismo concessit unum, & unam, quod non concessit in Confirmatione : ergo confirmationi competit dispositio juris communis in cap. finali de cognat. spiritu 6. ut unus tantum, vel una applicari possit. Dia. Tamb. Bon. contra San. Verum tamen est, talem dispositionem non obligare sub mortali, quia non est tanti momenti. San. Ren. q. 7. contra Bon.

27 An Patrinus teneatur edocere confirmatum in rebus fidei, sicut Patrinus Baptismi ? R. neg. nisi (ex Coni. & Tamb.) in casu, quo alias non adesset, qui cum erudiret, ut patet. Rat. est; quia ad id sufficit Patrinus Baptismi, de quo tantum id expressum est in jure, cap. Vos ante omnia de Consecr. diff. 4. Maximè, quia in hoc Sacramento adhibetur Patrinus potius ad solemnitatem, quam ad necessitatem. Ren. q. 8. Bon. Lay. &c.

28 Quae requirantur in Patrino Confirmationis ? R. requiri primò,

ex Pontificali Romano , ut unius non possit ducere eodem die tenere. 2. ex eodem, ut praecisa consuetudine , nec mas feminam, nec foemina marem teneat; quod intelligitur , sicut confirmatus est adulterus ; hic omni filii pedem ponere debet supra dexterum pedem sui Patrii. *Buss.* contra D. Thos. 3. ex eodem, & ex cap. in *Baptismate de Confec.* dist. 4. ut Patrius sit confirmatus : alias peccaret mortaliter, quia redderet irritam ceremoniam; nec (ex *Coni.* & ex *Declarat. Sac. Cong. Conci.* 13. Junii 1694 contra *Soc. Nav. S. & G.*) contraheret cognationem. 4. ut sub ventrali saltē , diversus sit à Patrio Baptisimi . *S. & B.* 5. non requiritur , ut Patrius sit majoris aetatis confirmando, cum Episcopus posse esse minoris aetatis ipso , & tamē cognationem contrahit. *S. & R.* q. 9. sexū non requiritur, ut per scriptum teneat, sed potest per Procuratorem. Denique, ex Pontificali, nec parentes suos filios, nec vir & uxor ad invicem se tenere possunt. *Q. & R.* q. 10. idem. *S. & B.* q. 11. idem. 29 Verum possit quis esse Patrius sui filiastrī , vel frater sui fratris, vel sororis, & ē contrā r. ad primum neg. & jus antiquum circa hoc correctum fuit pet Nicol. Papam, cap. de his evidētiis titulo. *Ren.* q. 10. Vnde ad 2. r. aff. quia mulier in jure id videtur prohibitum. Hinc est, quod si frater in honore ageret curia forere, teheretur expidere circumstantiam cognationis , quam contrahit. *Tamb.* contra *S. & R.* absolute negantem, & contra *S. & B.* id admittentes in necessitate. Sed per personam , quia cum hoc Sacramentum non sit necessarium ; si frater non potest extra necessitatem, neque in ipsa posset. *Q. & R.* q. 12. idem. 30 An Religiosus possit esse Patrius in Confirmatione alterius non Religiosi ? r. neg. quia necēt Canones Iuquanor. de Baptismo , eadem tamen ratio currit in Confirmatione ut felicitetur nimia familiaritas cum secularibus. *Pala. Lay. Dia.* contra *Tamb. Quinta.* etiam sine libertate Superioris id admittentes . Quod si Religiosus esset Patrius , non ob id contraheret cognationem ex i. non dubium, Cod. de dogib. Megal. *Ren.* q. 11. contra *S. & R.* Hinc exp*Pala.* Religiosus, Religiosus Patrius esse potest.

SACRAMENTUM EUCHARISTIE. Quares.

Q Vid sit? r. Eucharistiam esse Sacramentum Corporis ; & Sanguinis Christi , veraciter contenti sub speciebus panis, & vini, post consecrationem factam à Sacerdoti sub certis verbis

- verbis cum debita intentione prolatis, ex institutione Divina; veraciter significantibus Corpus, & Sanguinem Christi Domini, sub eis realiter contineri. *Sco. in 4. diff. 3. q. 1.* Hinc constat Sacramentum hoc consistere essentialiter, & in recto in solis speciebus, connotando tamen Corpus, & Sanguinem Christi sub ipsis contentum.
- 2 Quæ sit materia hujus Sacramenti? *q. 1.* materiam ex qua, hoc Sacramentum conficitur, aliam esse remotam, & tunc est panis triticeus, & vinum ex vite; aliam proximam, & tunc sunt species Sacramentales prout connotant Corpus Christi. *Rat. primi;* quia ex ea materia Christus hoc Sacramentum instituit. *Lean.* qui id dicit esse de fido. *Rat. 2.* quia in aliis Sacramentis usus illorum est materia proxima: ergo ita species sunt materia proxima, ex quibus constituitur hoc Sacramentum. *Ren. tom. 2. fol. 88. q. 1.*
- 3 An panis debeat esse azimus, vel fermentatus? *q. 2.* debere panem sub precepto esse azimum; quia Christus hoc Sacramentum instituit prima die Azimorum, in quo necesse erat occidi Pascha; *Luce. 22.* sed tempore Paschatis non licet Judæis comedere fermentatum, nec illud in dominis habere, *Exod. 14.* ergo, &c. *Fag. Cons. Ren. q. 2.*
- 4 An peccant Graci consecrando in azimo, sicut peccant Latinis consecrando in fermentato? *q. 3.* aff. tum ex Conc. Florent. in literis unionis, tum ex Constitut. Pii V. tum denique, quia unusquisque sub gravi servare debet ritum suæ Ecclesiæ. *Ren. q. 3.* Dia. *Fag.* qui deducit esse mortale, miscere salem in azimo, cum panis azimus excludat saltem.
- 5 An posit Latinus in Ecclesia latina consecrare in fermentato ad communicandum moribundum, si deficiat azimus, & idem queratur de Græco? *q. 4.* neg. quia non potest non jejunus celebrare ad communicandum moribundum: ergo, &c. Tum quia utilitas publica, sicut est observantia ritus propriæ Ecclesiæ præferenda est utilitatí privatæ proximi. *Bon. Pala. Ren. q. 4. etc.* contra *Dicast. Major. etc.*
- 6 An Græci commorantes inter Latinos possint in azimis consecrare, & idem queritur de Latinis commorantibus inter Græcos? Supponendum est, hanc esse differentiam inter incolas, seu habitantes, peregrinos, advenas, seu alienigenas, & vagos: nam hi nullibi domicilium habent; alienigenæ sunt ex aliena gente geniti; advenæ, qui è longinquo veniunt; peregrini, qui à loco sui domicilii proficiuntur, ad differentiam

- 1 hospitis, qui in aliena Civitate est ; Denique Incolæ, seu inhabitantes sunt ii, qui non sunt cives, sed in aliqua Civitate domicilium contrahunt, animo ibi manendi. Hoc supposito. N. aff. si sint Incolæ; secus si advenæ, & peregrini. Rat. utriusque; quia unusquisque servare debet consuetudinem suæ Ecclesiæ, ubicumque sit: sed quando est incola, facit suam Ecclesiam, in qua commoratur, nisi propriam habeat, quod non facit peregrinus: ergo potest, vel non, se illius ritui accommodare. *Vasq.* contra multos multa arbitrantes. Hinc non possunt græci Incolæ celebrare sub ritu græco in aliqua Ecclesia latina, dum propriam Ecclesiam habent, nisi ex aliqua rationabili causa, & de licentia Episcopi, ex Decreto Sac. Cong. 17. Maii 1631. *Veric.* *Ren.* q. 5.
- 7 Vtrum Laicus græcus possit in azimis communicare, ubi inter latinos habet Ecclesiam græcam? N. posse Græcum, non autem in opposito casu Latinum: quia pro primo adest consuetudo, non pro 2. Tum quia universalis ritus, qualis est ille Ecclesiæ latinae, variari non potest, sicut variatus particularis græca, stante consuetudine, *Veric.* *Ren.* q. 6.
- 8 An panis ex Amido, vulgo *Lamido* sit apta materia? N. neg. quia ad amidum conficiendum, triticum petit in aqua corrumpi: ergo, &c. *Scot.* *Sos.* *Ren.* q. 7. etc. contra *Palud.* *Henri.* etc.
- 9 An possit validè consecrari in pane ex typha, seu centeno, ut Hispani dicunt? N. neg. quia typha, seu filigo ex tritico per degenerationem nascitur, sicut acetum ex vino: ergo non est verum triticum: ergo, &c. *Fag.* *Sua.* *Ren.* q. 8. etc. contra *Caj.* *D. Bona.* *Vales.* etc.
- 10 An panis ex hordeo, avena, oriza, millio, lolio, &c. sit apta materia? N. neg. quia non usualis, nec simpliciter panis est, sed cū addito hordeaceus, scilicet, avenaceus, &c. *Laz.* *Ren.* q. 10.
- 11 An panis ex farre confectus sit apta materia? N. aff. si far fiat ex adore, vel adoreo, qui est triticum habens grandia, & alba grana, aut si pro eo intelligatur triticum trimestre, apud Siculos in usu: Secus si nomine ipsius veniat commune far apud nos. Rat. primis quia illud est verum triticum: ergo, &c. *Sua.* *Fag.* *Ren.* q. 11. etc. Rat. 2. quia istud specie differt à tritico, & vix ex eo panis fieri potest, cum sit durissimum frumentum. *Tamb.* *Coni.*
- 12 Vtrum panis ex spelta, vulgo *Biada*, possit validè consecrari? N. neg. quia non est usualis. Tum quia parum differt ab avena, & specie à tritico. *D. Ibo.* *Fili.* *Ren.* q. 12. etc. contra *Albert.* *Magnum.* *Henri.* *Tann.* &c.

13 An

13 An pasta cruda possit validè consecrari i. v. neg. quia non est panis usualis. Tum quia specie differt à pasta cocta, sicut farina triticea ab ipso tritico, & caro cruda à cocta per actionem ignis, qua ratione differt etiam specie cinis ab ipso ligno. *D. Tbo. Sc. Ren. q. 13. Et c.*

14 An pasta oleo, vel butyro frixa, vel manibus impressa, & sub cineribus decocta, sit, &c. i. q. ad primum neg. quia potius placenta, quam panis usualis est. *Vidal, Tamb. Lay.* Vnde ad 2. v. aff. quia est panis subcinericeus, & fuit hujus Sacramenti figura: & quamvis non usualis, loco tamen panis adhiberi potest, quia accidentalis est, quod panis furno, vel sub cinere coctus sit, & de facto utimur pane ferro cocto (à qua consuetudine antiquissima recedere, mortale putat *Megala*) ergo, &c. *Bon. Tamb. Ren. q. 14. Et c.*

15 An panis elixus, vulgo *pane cotto* sit materia apta? v. neg. quia potius jusculum, seu minestra dicitur, quam panis usualis. *Dis. Ren. q. 15.*

16 Vtrum hostiae rubræ sint validè consecrabiles? v. neg. etiam q. cinabrum non præponderet tritico; quia potius ad literas sigillandas deserviunt, quam ad usualem panem. *Lug. Dis. Ren. q. 16. contra Leand.*

17 An panes dulciarii, confecti scilicet ex farina, zaccharo, vel melle, sint consecrabiles? v. aff. si in eis non prævaleat mixtio mellis, & in eis aqua naturalis ingrediatur, &c. quamvis sic mortale sic consecrare: Secus si prædicta prævaleant. Rat. pri- mi: quia modica mixtio non destruit rei naturam, trahitur enim modica quantitas ad naturam aliorum: ergo, &c. *Bon. Tamb. Ren. q. 17. Rat. 2.* quia sic consecrare est contra usum communem Ecclesie. *Fag. Rat. 3.* quia ex talibus mixtis resultat tertium quid distinctum à pane usuali. *Bon. Tamb.*

18 Si panis conficiatur ex aqua rosacea, vel alia distillata, an possit validè, &c. i. q. neg. etiam si aqua distillata (in majori tamen quantitate) admisceatur cum naturali. Rat. est; quia ad confectionem panis essentialiter requiritur aqua naturalis fluminis, maris, &c. nam sicut est de essentia panis usualis triticum, ita & aqua naturalis. *D. Tbo. Ren. q. 18. Bon. Et c. contra Caj. Sd. Et c.*

19 An ad valorem Sacramenti sit necessaria quantitas panis, & vini? Supponendum est, de præcepto tantum esse figuram orbicularem, integritatem, & magnitudinem hostie consecrandar, item & parvitetem hostie distribuendar. Hoc supposito. v. primo.

- primò. Quamcumque quantitatē, dummodò præsens sit, validè consecrari posse: ut totus panis, qui venditur in platea, vel totum vinum in dolio existens. Idem dicendum de quavis minima quantitate *sensibili*. Rat. primi; quia finis hujus Sacramenti est usus fidelium; sed fideles possunt esse plures: ergo, &c. *S. Iba.*, contra aliquos. Rat. 2: quia, ex Trid. omnes partes etiam minimæ in *toto* remanent consecratæ: ergo, &c. *S. Tbo. Ren. q. 19. n. 2.* Consecrari non posse minimam partem separatain, quæ visibilis non sit, quia non est demonstrabilis per pronomen *hoc*, vel *bis*. *Vasq. Coni. &c. contra Val. Henr. Sol. &c.*
- 20 An sicut materia, ut sit valida, debet esse sensibilis, ita debeat esse præsens Sacerdoti? R. aff. quia alioquin non posset per pronomen *hoc*, vel *bis* demonstrari: ergo, &c. Vnde non posset quis consecrare Hostiam ad unum, vel duo millaria distantem: Et quamvis penes hanc distantiam, posset quis demonstrare montem, hoc non esset solo pronomine, sed dígito, item illum ostendendo, quod non procedit in casu nostro: ergo, &c. *Coni. Ren. q. 20.*
- 21 In quanta distantia possit Sacerdos validè consecrare? R. id prudentis judicio remittendum esse, cum in moralibus (sicut est præsentia materiæ consecrandæ) nil possit physicè determinari: ergo nec distantia 30. passuum, ut vult *Leand.* aut 20. ut *Henri.* nec ea, in qua sonus verborum audiri potest, ut vult *Vigue.* nec denique præsentia materiæ in altari, ut scrupulozè vult *Bon.* requiritur, vel sufficit. *Ren. q. 21.*
- 22 An sint consecrabiles hostiæ in tabernaculo clatisæ? R. neg. quia tunc per proximum continens demonstrari potest contentum, quando ex communi usu continens continent contentum, quod verificatur solum de pixide, non de Tabernaculo. *Fili. Ren. q. 22. Bona. &c. contra Leand.*
- 23 Si panis sit post parietem, vel à tergo Sacerdotis, an possit dici moraliter præsens? R. aff. si in primo casu, manu Sacerdos panem teneat; vel si in 2. vestat ad illum faciem, vel dígito eum demonstret, Rat. primi; quia tunc est demonstrabilis per pronomen *hoc*; ergo, &c. Rat. 2. quia talis modus demonstrandi communis, & frequens est humano consortio. *Arauius. Ren. q. 23. contra Majo.* absolute negantem.
- 24 Vtrum dicatur moraliter præsens hostia posita sub corporali, vel sub pulvino, aut missiale. Dubium procedit, si Sacerdos ad eam advertit, & velit eam consecrare? R. neg. quia supradicta non sunt destinata ex usu ad continentiam hostiam: ergo, &c. *Ren. q. 24. Lay. Coni. contra Bon.*
- 25 Quo-

25 Quomodo materia hujus Sacramenti debeat esse certa, & determinata in intentione Sacerdotis? R. Requiri, ut quantitas consecranda determinetur per intentionem implicitam, vel explicitam Sacerdotis, quia intentio est essentialis huic Sacramento. Hinc sequitur primum, illas particulas remanere consecratas, quae sunt cognitae Sacerdoti. Sequitur 2. non consecrari particulas etiam in ara parva positas, inscio Sacerdote. Sequitur 3. nullas particulas ex septem remanere consecratas, si Sacerdos intendat sex consecrare, illas non designando. Sequitur 4. omnes esse consecratas, si Sacerdos intendens consecrare 6. inveniat 4. quia intentio consecrandi sex, includit intentionem consecrandi 4. non autem intentio consecrandi sex, includit intentionem consecrandi septem. *Coni. Ren. q. 25.*

26 An Sacerdos possit consecrare particulam non consecratam, permixtam multis aliis consecratis, quasi distinguere non potest? R. illarum consecrare non possit absolute, benè vero conditionate, videlicet quidquid in pixide consecrabile est. Rat. primi; quia designari non potest à Sacerdote, cum ab eo non cognoscatur: ergo, &c. Est communis. Rat. 2. quia non est necesse, ut Sacerdos omnes partes materiae consecrandae distinguat, cognoscat, cum possit consecrare medietatem dexteræ partis hostiæ, vel cumulum hostiarum, quarum partes, & individua distinguere non potest. *Tamb. l. 5. Ren. q. 26. esc. contra C. Lug.*

27 An guttae vini discontinuae calici adhaerentes, censendæ sint consecratae? R. neg. quia intentio cujuscumque consecrantis est, consecrare id, quod in calice est per modum unius s. alias post infusionem vini in calice, purificatio non abstergerentur. *Sua. Dia. L. 5. Ren. q. 27. contra Bon. & contra Coni. admittentem ut consecratas illas tantum, quæ proxime sunt continuo liquori.*

28 An Offa, apud nos, *zuppa di vino*, sit valida materia consecrationis vini? R. vinum sic immixtum validè non consecrari. Primum, quia non est demonstrabile. 2. quia non est potabile, dicente Domino Matth. 26. *bibite ex eorum*: ergo, &c. *C. Lug. Tamb. Ren. q. 28. contra Dicast.*

29 An succus in uvis non dum expressis inclusus, sit apta materia? R. neg. quia talis succus sic inclusus non est potabilis, sed potius cibus: ergo, &c. Tum quia vinum, *ex Vidal*, dicitur quasi vi unum: ergo, &c. *Fag. Ren. q. 29.*

30 An vinum mustum inox ex uvis expressum, possit esse materia licita? R. neg. & sub mortali. Excipitur tamen casus hec.

cessitatis. Rat. primi; quia mustum habet faces, quae separari possunt a vino, ante, vel post consecrationem, & consequenter amittere possunt qualitates vini: ergo irreverenter fit in illis consecratio. *Lay. C. Lugo. Bon. etc.* Rat. 2. quia gravis indecentia est sic consecrare: ergo, &c. *Bon. Fag. Lay. etc.* Rat. 3. quia posset Sacerdos ad communicandum moribundum, vel ad satisfaciendum præcepto auditionis sacri, aut annuae communionis, in musto, (panno tamen inter uvam, & calicem prius interposito ut humores crassiores ex uva expressa remaneant in panno ex *Dia.*) consecrare *Ren. q.30. C. Lugo. Bon. etc.*

31 Vtrum ex uvis non maturis expressis, possit validè consecrari? *R. neg.* si uva sit omnino acerba: Secus si sit semiacerba. Rat. primi; quia agrestum non est consecrabile, ex *Rubrica Missalis.* Tum quia vel non est vinum, vel ab hoc specie differt. *Coni. Sua. etc.* Rat. 2. quia ut vinum conservetur, quandoque fit ex uva semiacerba. *Amicus Ren. q.31. contra Bon. requirementem vinum dulce.*

32 An sapa, seu vinum coctum sit materia sufficiens consecrationis? *R. neg.* quia non est vinum simpliciter, sed cum addito, idest coctum. Tum quia per coctionem amisit substantiam vini, taliter, quod amplius non sumitur per modum potus, sed condimenti ita communiter. *C. Lugo. Pala. Ren. q.32. etc.*

33 Vtrum lora, seu aquaria, ut nos dicimus, sit consecrabilis; idem queritur de aqua vitae? *R. ad primum neg.* quia ob magnitudinem aquæ, solum habet colorem vini, & aliquale vini acumen. *Fili. Bon. C. Lugo. etc.* Vnde ad 2. *R. etiam neg.* quia aqua vitae virtute ignis amisit substantiam vini, unde habet effectus vino contrarios, cum ex ea flamina infurgat, igne applicato: ergo, &c. Est communis. *Ren. q.33.*

34 Vtrum, ex uvis passis, (non quidem furno siccatis) possit fieri vinum aptum ad consecrationem? *R. neg.* quia nec etiam ex eis aliquid potabile extrahi potest sine magna admixtione aquæ: ergo, &c. *Opacovius Ren. q.34. contra Veric. Amic. etc.*

35 An vinum congelatum validè consecratur? *R. aff.* quia remanet vinum consecratum, si congelatio contingat post consecrationem, ut colligitur ex *Rubrica Missalis:* ergo validè consecratur, si ante consecrationem congelatio contingat. *Lay. Tam. Ren. q.35. contra Cara. Henri. Ledef. etc.*

36 An mortale, vel veniale sit, consecrare vinum congelatum? *R. esse mortale;* quia consecratur materia dubia, cum probabilis sit opinio contraria nostræ probabiliori de validitate.

con-

separationis in vino congelato. *Fili. Bon. Ren. q. 36.* contra
mb. An autem post vini congelationem, factam ante con-
gelationem, debeat novum apponi? *Dia. cum Coni.* dixerunt
esse de consilio, quando commode fieri potest; quia non
edit vinum vi caloris solvere, & consecrare, ait *Tamb.*

possit vinum post consecrationem congelatum, aqua,
panno calido liquefieri, si ex ea calefactione vinum eva-
etetur? *R. aff.* quia ille vapor non est vinum, quod sine gra-
cate esse non potest; ergo, &c. *Cara. Ren. q. 37.*

aqua sit vino miscenda in materia sanguinis? *R. aff.* non
cessitate Sacramenti, sed præcepti, non quidem Divini, sed
clericali. Rat. primi; quia ex *Floren.* in literis Euge. ad
menos dicitur, materiam hujus Sacramenti esse panem
ticeum, & vinum de vite. Nec omnia, quæ fecit Iesus sunt
essentia hujus Sacramenti; nam consecravit in azimis, &
nen, &c. ergo, &c. *Fag. Ren. q. 38.* contra *Henri. Grau. 2. & 3.*
et ex cap. cum omne crimen de consec. diff. 2. Item ex *Trid.*
2. 2. cap. 1. ubi ait: *Mones Sancta Synodus præceptum esse ab*
clericis Sacerdosibus, ut aquam vino in calice offerendo misce-
ris: ergo, &c. *Sco. Fag. Sua. &c.*

n aqua immediatè transeat in vinum, an in sanguinem? *R.*
immediatè transire in vinum per actionem vini; alias materia
charisticæ esset etiam aqua, & sicuti mixta, ita separata con-
trari posset. *Sco. Scoss. Thomis. Fag. Sua. Fili.* contra *Ren. q. 39.*
mi. Laz. &c. 4. *Cardinales Lugo, Alanum, Baronium, & Tolosum.*
trum aqua vino miscenda debeat esse naturalis? *R. aff.* sub
mortali, nec excusat casus necessitatis; quia potius nulla
qua admisceri debet, quam rosacea e. g. in casu, quo natura-
s haberi non possit, nec misera sine scandalo omitti. *Bon. Dia.*
en. q. 40. contra *Palud.*

In peccet mortaliter, qui aquam, vel viuum calidum, vel ni-
e perfrigidatum in calice ponit? *R. neg.* imò nec venialiter,
isi (præcisa necessitate) ad gustum id faceret: quia mutatio
occidentalis in materia levi Sacmentorum non est mortaliter.
ergo, &c. *Ren. q. 41.* *Dia.* contra *Fag.* loquendo de aqua calida.
n qua quantitate aqua sit vino miscenda? *R.* debere esse mo-
ticissimam, quia converti prius debet in vinum. Tum quia
a assertit Conc. *Floren.* sub *Euge. IV. Fag. Ren. q. 42.*

Vtrum utraque species tam panis, quam vini sit materia ne-
cessaria consecrationis? *R. aff.* necessitate præcepti Divini, non
Sacramenti. Rat. primi; quia Christus Dominus instituit Eu-
cha-

charissimam, tam ut Sacramentum, & per modum convivii, quam ut sacrificium, quæ omnia sanguinem à corpore separatum significare debent: ergo, &c. *Caj. Bon. Sua. &c.* contra *Gabri. Maj. &c.* Rat. 2. quia alias non posset proponi adoranda species panis ante Caſtis consecrationem. *Ren. q. 44.*

44 Si quis haberet intentionem consecrandi unam tantum speciem, an hanc consecraret? *R. neg.* quia licet una species consecratur independenter ab alia, hoc tamen verum est, quando non adest positiva intentio consecrandi unam, & non aliam; nam tunc quis non intenderet sacrificium confidere: ergo non intenderet facere, quod Christus fecit: ergo nihil ficeret. *Ren. q. 45. C. Lugo Fag.* qui dicit contrariam *Cornejo. Aversa, &c.* non esse tutam.

45 Sint nè aliqui casus, in quibus potest quis consecrare unam speciem sine alia? (quam tamen intendit consecrare, sed non potest) *R. aff.* & primus casus est, quando Sacerdos consecrato pane, advertit non esse vinum, nec illud potest adhibere absque scandalo, vel sui damno ob hostium incursionem e. g. vel quia possit ob eum defectum purificari. *Rat. est;* quia præceptum naturale fortius est præcepto Divino. *Fag. Secu. est,* si in specie vini post consecrationem appareret caro, vel è contra. *D. Tho. Fag.* Hinc excluduntur alii casus à *Maj.* adducti, quando videlicet Populus ex præcepto audire Missam, & simul Eucharistiam sumere debet, vel quando communicandus est in extremis constitutus; quia falsum est in primo casu, fortius esse duplex illud præceptum, præcepto Divino consecrandi in utraque specie, & in 2. præceptum Divinum communicandi cessat. *Ren. q. 46.*

46 Quæ sint verba essentialia formæ, sive panis, sive vini? *Hoc est Corpus meum;* & in forma vini, *Hic est calix sanguinis mei,* esse de essentia: coetera vero nequaquam. Tum quia ab aliquibus Evangelistis non ponuntur. Tum etiam quia prædicta verba consecrationis vini sufficienter significant, quod efficiunt, scilicet Sanguinem Christi sub speciebus: ergo, &c. *Ren. fol. 111. q. 1.* contra *D. Tho. &c.*

47 A Christus Dominus consecraverit ea forma, qua nos utimur. *R. aff.* Constat ex Trid. sess. 3. cap. 1. ubi dicitur, *Christus hoc Sacramentum instituit cum post panis, vinique benedictionem, se suum Corpus illi præbere, ac suum Sanguinem disertissimis verbis testatus est:* ergo non per benedictionem, ut volunt aliqui apud *Fag.* consecravit, sed per verba sequentia; *Hoc est Corpus meum,* qui-

quibus testatus fuit, se illis suum corpus præbere. *Ren. q. 2. Fag.*

48 An Græci consecrarent eisdem verbis, quibus nos utimur? Rat. dubitandi est, quia Græci post verba, *Hoc est Corpus meum;* *Hic est Sanguis meus,* dicunt: *benedic Domine panem sanctum;* & subiungunt, *fac quidem panem hunc pretiosum Corpus Christi tui.* Nihilominus? R. aff. quia Sacerdos non potest consecrare, nisi in illis verbis, quibus Personam Christi repræsentat, quæ sunt supradicta, idest, *hoc est,* &c. Tum quia post hæc verba statim Græci ostendunt panem, & vinum Populo adorandum. Tum denique, quia prædicta verba sequentia solum deprecatoria sunt pro nobis, ut scilicet *Corpus,* & *Sanguis Christi* fiat nobis fructuosum; *Bellar. C. Lugo Ren. q. 3. Fag.*

49 An verba sequentia ad verba consecrationis vini sint saltem de præcepto? R. aff. Rat. est usus antiquissimus Ecclesiæ ab Apostolis descendens. Tum quia sub dubio, & quæstione est, an dicta verba sint de *essentia;* ergo, &c. *Fag.* Hinc est, quod consecrants non debet habere intentionem coarctatam consecrandi per hæc, vel illa verba, sed per ea, quæ intendit Ecclesia, *Bon. Fag.* cum hac tamen differentia, quod verba consecrationis proferuntur recitative, & formaliter simul, quia proferuntur à Sacerdote tanquam ex Persona Christi; sequentia vero tantum recitative. *Ren. q. 4.*

50 An particula *enim* sit de præcepto gravi in forma consecrationis? R. neg. quia ex ejus omissione sequitur accidentalis tantum, & levius mutatio. *Bona. Ren. q. 5. Henri. esc. contra Nug. Fag. etc.* Hinc ex solo contemptu ejus omissione erit mortaliter. *Fili.*

I Quid si quis in omnibus tribus Missis diei Natalis Domini eam particulam omitteret, secluso contemptu? R. non committere mortale; quia non est verum, quod dicunt Adversarii, illas omissiones uniri in unitate unius actionis successivæ, cum unaquæque missa sit una completa actio: alias si quis in peccato illas celebraret, unum peccatum committeret. Hinc sequitur, nec mortaliter peccare committentem tria nomina Sanctorum in illis tribus missis *Ren. q. 6. contra Dia.*

Vtrum verbum *Est* sit necessarium necessitate Sacramenti in forma consecrationis? R. aff. quia tale verbum est substantivum; ergo est de substantia: ergo, &c. Tum quia efficit Sacramentum, juxta illud: *Dixit et facta sunt:* ergo, &c. *Dia. Ren. q. 7. Fag.* qui contrariam *Erasmi* vocat erroneam.

Si quis diceret, istud est corpus meum, vel illud, vel hic est cor-

pas meum, vel hoc corpus est meum, aut meum est hoc corpus, an validè consecraret? R. in primo tantum casu validè consecrage; in cæteris verò non. Rat. primi; quia pronomen *istud*, sicut & *hoc* significat rem præsentem: ergo non importat mutatio nem substancialē: ergo, &c. *Lay. Fag.* Vnde patet ad 2. *Sua. etc.* Rat. 3. quia illa est mutatio essentiale. (Intellige, si accipiatur *ly hic* adverbialiter) *Grana. Ren. q. 8.* Rat. 4. & 5. quia *ly meum* non substancialē, sed possessivē sumeretur. *Fag. Præp. etc.* contra *Gabr.*

§ 4 An validè consecraret panem, qui diceret, *hoc est caro mea;* vel *hoc est substantia mea?* R. ad primum neg, quia caro est pars corporis, sumere autem partem pro toto est mutatio substancialis. *Coni. sua. etc. contra Vasq. Fag. etc.* Vnde ad 2. R. etiam neg. quia nomen substancialē significat etiam animam, quæ non venit nomine corporis. *Ren. q. 9.*

§ 5 *Vtrum validè consecraret, qui diceret, hic cibus est corpus meum, vel hoc res est corpus meum?* R. ad primum neg. quia *ly hoc* in consecratione non significat pro pane, neque pro speciebus panis, sed pro corpore Christi ponendo sub speciebus, completa propositione: ergo non potest dici hic cibus: ergo, &c. *Hen.* Vnde ad 2. R. aff. quia idem est dicere, *hoc*, ac *haec res.* *Ren. q. 10.*

§ 6 An peccaret, qui in consecratione Calicis uteretur verbis *Lucæ 22. hic est Calix novum testamentum in meo Sanguine?* R. aff. quia novum ritum in Ecclesia induceret. *Fili. Fag. Ren. q. 11.*

§ 7 Quid veniat ex vi verborum formæ consecrationis? R. primariò ex vi verborum consecrationis corporis, venire corpus, & ex vi verborum sanguinis venire sanguinem ipsum; quia tam corpus, quam sanguinem primariò verba significant: ergo, &c. Concomitanter verò venire sanguinem, & corpus, item animam, Divinitatem, ac proinde unionem hypostaticam, Verbum, & Trinitatem. *Trid. sess. 13. cap. 3. Ren. q. 12.*

§ 8 Quid sub nomine corporis veniat, quid sub nomine sanguinis? R. sub nomine sanguinis venire materiam, & formam ipsius, & sub nomine corporis, venire materiam primam, & formam corporeitatis, non verò animam; nam haec ex Trid. cit. venit concomitanter. Est contra *D. Ibo.* non admittentem formam corporeitatis distinctam ab anima. *Coni. Ren. q. 13.*

§ 9 Si ex cap. *pervenit de consecra. dist. 1.* solus Sacerdos ex officio est Minister distribuens hoc Sacramentum, sicut solus ipse est Minister conficiens: quæritur an possit Diaconus ex commis-

one hoc Sacramentum ministrare? **R.** aff. quia licet de jure vivino, ex cap. cit. soli Sacerdoti ex officio id competit, de eodem tamen jure Divino, potest Sacerdos hujus Sacramenti ministratiōnem aliis committere, sicut D. Laurentio commissim fuit: ergo, &c. *Coni. Ren. fol. 117. q. 1.* contra *D. Ibo. etc.* dientes Diacono competere ex officio ministrare Sanguinem ne ejus contactu, non verò Corpus.

Jum possit Diaconus absque commissione hoc Sacramentum ministrare? **R.** aff. in gravi necessitate; quia in hac, sicut in extrema, præsumitur ratihabitio proprii Sacerdotis. *Ren. q. 2. ol. Hen. contra Sua.* requirentem extremam necessitatem. In requiratur aliqua necessitas ad hoc Sacramentum ministrandum ex commissione? **R.** aff. ut si stante Jubilæo, vel præcepto adimplendo, non sit alius Sacerdos, nisi in concionibus, et confessionibus applicatus, debilis, &c. *Conc. Cartag. 4. Cap. n. 38. Ren. q. 3.*

trum possit Laicus in casu necessitatis hoc Sacramentum ministrare? **R.** neg. nec etiam ex commissione Sacerdotis; quia non potest Sacerdos ipse sine vestibus sacris gravem infirmum immunicare: ergo, &c. *Fag. Lug. Sot. etc. contra Less. Lenza. etc.* Nec obstat, quod possit laicus è terra hostiam eleire, vel quod Communio in articulo mortis sit de jure Divini; quia primus casus est necessitatis, non verò 2. cum jus vinum in eo casu non obliget. *Ren. q. 4.*

casu quo moribundus existit in peccato mortali, & non habet copiam Confessarii, an possit per manus laici communicare ad recipiendam gratiam? **R.** aff. quia iste est casus necessitatis, imò extremae, cum per difficile sit elicere actum contritionis, & per eam communionem potest moribundus ex attrito ri contritus. *Amic. Ren. q. 5. Dia. etc.*

laicus in necessitate aliis ministret Eucharistiam, an incurrit regularitatem? **R.** neg. quia capitula circa hoc *primum*, *2. Clerico non ordinato administrante*, loquuntur de Clerico: et non sunt extendenda ad laicum. *Dia. Dicass. contra Sua. 1. Pisi. etc.* Hinc ob eandem rationem incurrit Diaconus, si que necessitate, & commissione ministret. *Ren. q. 6. Coni. comp. Dia. Dicass.*

trum si minus laicus, possit saltem Subdiaconus de mandato sacerdotis in casu necessitatis hoc Sacramentum ministrare? **R.** g. quia in tantum potest Diaconus, quia est consecratus ad sacerdoti ministrandum, quod non verificatur in Subdiacono,

qui consecratur ad ministrandum Diacono: ergo, &c. *Serra.*
Ren. q. 7.

66 An possit quis sibi in necessitate Eucharistiam ministrare? De Diacono non est dubium ex *Conc. Niceno cap. 14.* Vnde à fortiori id concedendum est Sacerdoti tempore pestis, v. g. licet non extra Missam Eucharistiam consecrando: ut contra *Sotum, Palud.* &c. tenent *Contra, Hurt.* De laico igitur discurrendo. *v. neg.* nisi in casu, de quo locuti sumus *q. 23.* quia, ex dictis, non potest laicus aliis ministrare: ergo, &c. *Ren. q. 8.*

67 Vtrum possit Sacerdos seipsum communicare extra necessitatem in die magnæ devotionis? *v. aff.* si alias Sacerdos non adficit, nullum enim jus adest id prohibens. Tum quia Sacerdos est Minister ordinarius hujus Sacramenti: & id denique accidit in die Parasceve: ergo, &c. *Ren. q. 9.*

68 An præsente Diacono possit Sacerdos in extremis seipsum, extra Missam communicare? *v. neg.* quia magis congruum est, ut Diaconus ministret: Nec obstat, quod præsente Sacerdote non possit Diaconus hoc Sacramentum ministrare, si Sacerdos nolit; quia id tantum est verum respectu aliorum: ergo, &c. *Fag., Tamb., Ren. q. 10. contra Duar. Lay. &c.*

69 An possit Sacerdos in defectu Particulæ consecratæ partem suæ Hostiæ moribundo dare? *v. aff.* quia nullum adest jus in contrarium, inquit potius in favorem, ut est rubrica Missalis id præcipiens. Tum quia non tenetur Sacerdos totam quantitatem consecratam consumere: ergo, &c. *Syl. Sanci. Dia.* qui cum *Bon. &c.* id extendit ad casum magnæ devotionis, vel solemnitatis. *Ren. q. 11.*

70 Quot peccata committat, qui sibi Eucharistiam ministrat in peccato? *v. unum committere, & hoc etiam in sententia eorum, qui dicunt, esse mortale in peccato ministrare;* quia ex communiori si unum peccatum committit, qui in peccato celebrat, & sumit; ergo, &c. *Ren. q. 12. Tamb. contra Sue.*

71 An peccatori deneganda sit Eucharistia? *v. publico peccatori, sive publicè, sive privatum petenti denegandam esse; nisi alias publicè constet fuisse emendatum, si publicè perat.* Rat. quia sanctum canibus non debet dari. *Masib. 7.* & aliunde scandalum oriretur. *Ren. q. 13. Lay, Tamb.* Occulto verò peccatori, publicè tamen petenti, denegari non posse. Dixi publicè; nam si occultè perat, tunc denegari non solum potest, sed debet, si notitia sit extra Confessionem. Constat ex dictis. *Lay. Fag. &c.*

72 An possit in casu necessitatis ministrari Eucharistia currendo, sine

ne stola, lumine, superpelliceo, &c. ? q. ad prium affidum-
xat quando moritus nequit aliud Sacramentum recipere,
nisi Eucharistiam sumat, timetur ejus damnatio; quia tunc
intum, reverentia debita cedit necessitati morientis. *Lug. Dia.*
e reliquis discurrendo q. neg. quia ea, publicè, repugnant
reverentia debita Sacramento. *Tamb. Bon. Lugo, Gc. contra*
and. Hinc mortale non erit privatim extra Missam sine sto-
Sacramentum hoc ministrare; quia materia non est gravis.
amb. Ren. q. 15.

Trum Eucharistia ministrari possit aliis digitis, quam polli-
, & indice, vel aliquo instrumento tempore pestis? q. ad pri-
um aff. in casu gravissime necessitatis, in qua tantum con-
seruudo non habet locum. *Dia. Lug. Ren. q. 16.* Vnde ad 2. q. neg.
via Conci. Mediolan. talen modum ministrandi reprobavit.
on. Fag. Dia. contra Marcha. Manci. Gav. Gc.

An Eucharistia ministrari possit Feria VI. Parasceve? q. neg.
am ex consuetudine in contrarium, tum ex declaratione Sac.
long. Rituum 9. Maii 1606. *Ren. q. 17. Marchi. Megalius, &*
iclinat Dia. contra Sua. Vasq. Gc.

In statim post celebratam Missam, possit Sacerdos eibum su-
vere? q. aff. quia licet decens sit post communionem à cibo,
et potu abstinere, hoc tamen nullo jure cadit sub præcepto.
q. Tamb. Ren. q. 18. Gc.

SACRAMENTUM EUCHARISTIÆ,

Ut est Sacrificium.

Quares.

QVÆ sint partes essentiales Sacrificii Missæ oblationem
(saltem intentionalem) consecrationem, & sumptionem
tie de essentia sacrificii Missæ; quia & consecratio, & sumptio
epræsentant Christi passionem: ergo, &c. Et quia Sacrificium
oblationem requirit, quæ insuper verbis significatur, ideo
verbalis, sed non ut talis, sed qua intentionalis, est etiam de
ssentia. *Ren. tom. 2. fol. 127. q. 1. Bon. Azo. contra plures plura-*
pinantes.

Quænam oblatio sit de essentia hujus Sacrificii? q. esse illam,
quæ consecrationem consequitur, non quæ antecedit; quia
unc adhuc non est victimæ, quæ est Corpus Christi: ergo tunc
nihil offerri potest. *Ren. q. 2. Hen. Azo. contra Canum.*

An ad essentiam Sacrificii spectet, ut ejusdem Hostiæ sit con-
sumptio, cuius est consecratio? q. aff. ex cap. *relatum de Consecr.*

- diff. 2. Tum quia præsens Hostia , & non alia spectat ad hoc Sacrificium præsens : ergo sumptio ejusdem est de essentia Card. Lug. Ren. q. 3. Praepo. &c. contra Fag.
- 4 Vtrum de essentia Sacrificii sit , ut eadem Hostia , quæ consecratur , populo ostendatur ? Casus fingi potest in eo , qui parvam Hostiam consecravit in necessitate (vel extra illam , ne alijs cogatur omittere celebrationem Missæ , quod fieri posse ostendit Iamb.) an scilicet , ad scandalum vitandum elevare possit aliam grandiorem in sacrario conservatam ? Et ¶. aff. quia elevatio non est de essentia Sacrificii , sicut est sumptio: ergo; &c. Ren. q. 4.
- 5 An ad rationem Sacrificii spectet , ut sit idem Sacerdos in uno sacrificio ? ¶. neg. quia ex cap. nibil 7. q. 1. Si Sacerdos moretur in Missa , posset , & deberet alius Sacerdos Missam complete: quod intelligitur , non quando ipsa est tantum incepta , vel ejus Canon , aut incepcta verba consecrationis Corporis , sed quando consecrata est iam prima materia saltem. Syl. Ren. q. 5.
- 6 Quid si dubium sit , à quibus verbis Sacerdos defecerit ? ¶. si certum sit , Sacerdotem perfecisse primam , vel utramquim consecrationem , incipiendum esse respectivè à verbis, Simili modo; vel à verbis, Unde & memores . Fag. Si vero dubium cadat supra verba consecrationis , tunc non novam materiam cum veteri , sed eandem sub conditione consecrandam esse ; quia ea spectat ad rationem Sacrificii , nec Sacerdos secundus jus habet faciendi novum sacrificium , sed tantum illud supplendi. Dicast. & Villalo. contra Bon. Fili. &c. Idem dicendum , quando dubitatur , an quis protulerit verba , novi , & aeterni testamenti , &c. ea scilicet , sub conditione repetenda esse; quia dubium est , an omnia sint essentialia. Ren. q. 6.
- 7 Si Sacerdos moriatur post sumptum Corpus , an possit Sanguis ab alio in alia Missa sumi ? ¶. neg. quia de essentia Sacrificii est consumptio rei , quæ offertur , & consequenter est consumptio utriusque speciei , quia utraque offertur. Dicast. Ren. q. 7. Dia. contra Hen.
- 8 An teneatur alias Sacerdos Sacrificium perficere , quando sacrificans post consecrationem moritur ? ¶. aff. quia integritas Sacrificii est de jure Divino: ergo, &c. Ren. q. 8. D. Tho. &c. contra Pelliz. Azo. &c.
- 9 Quid si alias Sacerdos non adsit , nisi in mortali existens , vel excommunicatus , suspensus , interdictus , irregularis , &c. De primo loquendo , dico , tunc teneri Sacerdotem elicere actum con-

contritionis, nec posse sine ipso Sacrificium perficere; quia aliquo modo est etiam de jure naturali status gratiae in eo, qui ad Eucharistiam accedit ex illo; *Sancta sancte tractanda sunt: ergo, &c. Fag.* De reliquis discurrendo, dico, posse excommunicatum, &c. supplere sacrificium; quia jure tantum Ecclesiastio prohibetur Sacrificium supradictis, & perfectio Sacrificii est de jure Divino. *Ren. q. 9. contra Sd.*

An in casu praedicto possit perfici Sacrificium sequenti die? R. neg. quia Sacrificium requirit unitatem saltem moralem. Tum quia ex *Glos. in cap. nihil 7. q. 1.* Sacrificium non est splendens post meridiem: ergo, &c. *Aver. Ren. q. 10. contra Sd,* ius opinio expuncta fuit à Sacra Indicis Congr.

Vtrum ad essentiam Sacrificii spectet consecrare prius Hostiam, deinde Calicem taliter, ut si Sacerdos post consecrationem utriusque speciei advertat, Hostiam esse corruptam, non possit novam sine novo vino consecrare? R. neg. quia de essentia Sacrificii est, ut Corpus ex vi verborum veniat separatum à sanguine, & è contra; quod verificatur, siue prius Hostia, siue prius viuum consecretur. Vnde in casu debet Sacerdos aliam Hostiam, sed non aliud vinum consecrare. *Ren. q. 11. Dia. Priso. etc. contra Sua. Palud. etc.*

Quid facere debet Sacerdos, si advertat Sanguinem esse venatum? R. nequaquam ab eo sumendum esse, ne Calix vitae vertatur in mortem, sed stuppa, vel panno lineo absorbendum esse, donec species exiccentur, interim aliud viuum apponendo. *Ren. q. 12. D. Tho. Fag. etc. & colligitur ex Rubrica Missalis.* An aliquando Missa interrupsi possit ob adventum Principis, vel Praelati? R. aff. si nondum oblatio incepta sit. *Lay. Ren. q. 13.* Quale peccatum sit omittere lotionem manus, orationes praescriptas in vestimentorum inductione, Gloriam, Symbolum, unam, vel alteram orationem in Missa? R. omnia esse venialia; quia Gloria, Symbolum, &c. quandoque non dicuntur, & sunt materia parva, sicut cætera antecedentia, quæ ad decentiam, & consilium spectant. *Ren. q. 15. T amb. &c.* Idem dicendum de Evang. S. Joannis in fine: Omittere vero Epistolam, Evangelium, vel Offertorium esse mortale, ait *Grana.*

Quando sit mortale omittere aliquid in Canone? R. quotidiorum unum, vel alterum nomen, aut verbum, sed plusquam-
luso, aut integra oratio Canonis omittitur; quia tunc materia sit gravis. *Sua. Ren. q. 16.* Hinc ait *T amb.* non esse mortale
omittere id, quod interponendum est quandoque in Oratione
communicantes, vel *Hanc igitur.*

- 16 Quale peccatum sit celebrare fine lumine, vel sine Missali, aut sine omnibus Tobaleis, vel sine Corporali, aut Ara sacra, vel Crucifixo? R. omnia esse mortalia: immo neque ad dandum Vaticum, sine lumine celebrari potest. *Bau. Ren. q. 17. etc.*
- 17 Quale peccatum sit celebrare sine aliquibus vestibus sacris, aut cum aliqua non benedicta? R. primum esse mortale ex communio usu Ecclesiae in re gravi, ob mysteria, quae vestes representant, nisi parvitas materiae excusat. *Fag. Ren. q. 18. etc.* Idem dicendum ex cap. *relinqui de custodia Ecclesie*, de celebratione in vestibus immundis, & laceris. *Lay.* Hinc veniale erit omittere Cingulum. *Tamb. contra Fili.* ex quo patet ad 2.
- 18 Qualiter peccet, qui sine ministro extra casum necessitatis celebrauit? R. mortaliter peccare, ex cap. *ficusi*, cap. *propositus de filiis Presbyterorum*. *Lay. Sua. etc.* Idem dicendum, si extra necessitatem foemina adhiberetur, vel in necessitate foemina, quae ultra ad Altare accederet. Hinc potest in necessitate sanctorialis admitti. *Ren. q. 19.*
- 19 Quale peccatum committat canens Missam, si Epistolam, vel Evangelium non legat? R. venialiter peccare, non verò mortaliter. Rat. primi; quia facit contra consuetudinem. Rat. 2. quia potius ad Diaconum, vel Subdiaconum spectat eorum recitatio. *Dia. Ren. q. 20.*
- 20 An peccet, qui in purificatione, vel in ablutione post sumptum Sanguinem in Missa, adhibet aquam, & non vinum? R. ad primum peccare venialiter; quia materia non videtur gravis, cum vinum non adhibetur ad mysterium aliquod significandum, sed ad abluendum Calicem, ad quod sufficit etiam aqua. *Tamb.* Vnde ad 2. R. nullum esse peccatum. Constat ex consuetudine timoratorum. *Tamb. Ren. q. 22. contrà Coso.*
- 21 Quale peccatum sit festina Missæ celebratio, ut si longe minori spatio, quam quadrantis Missa absolvatur? R. esse mortale, tam ex parte celebrantium, quam Praelatorum permittentium, tum ob scandalum, tum ob confusionem ceremoniarum, tum denique ob interpretativum contemptum. *Ren. q. 23.* Veric. qui subdit veniale esse paulò ultra quadrantem Missam absolvere.
- 22 An licitum sit Sacerdoti ~~jejuno~~ plures Missas celebrare? R. aff. & primò si sit Parochus habens duas paræcias, quibus satisfacere debeat. 2. si sit communicandus infirmus per modum Vatici. Constant. 3. si post consacrationem adveniat Princeps, vel Praelatus, nec alia Missa addit; nam si ob solam utilitatem

Po-

opuli (non autem necessitatem, cum tunc excusetur Populus b auditione Sacri) potest Parochus in primo casu, ita etiam otetit quilibet aliis in hoc tertio *Ren. q. 24. Fag. contra Coni. amb.* Hinc præcisa necessitate, vel utilitate, non poterit Sacerdos duas Missas celebrare: ut si benedicendæ essent nuptiæ, et defunctus sepelieñdus.

Quia hora possit Sacrificium Missæ celebrari? R. posse per duas horas ante Solis ortum usque ad meridiem, & per tres, qui prilegium habent, ut PP. Societatis ex Greg. XIII. Rat. primi; via aurora præcedere solet ortum Solis per horam, & dimidium, exceptis mensibus Martii, & Junii: aliundè ex Rubricis celebranda est in aurora, ad quod sufficit, si initio ipsius Missæ solvatur: ergo, &c. *Brancassus, Lay. etc. Rat. 2.* quia in privilegiato aliquid plus operari dehet privilegium: ergo si non rivilegiatis, &c. *Pelliz.* Quid autem dicendum sit de Sacerote celebrante in nocte Natalis Domini, an possit omnes tres Missas ea nocte celebrare? Dic eum *Ren. q. 25. in hoc servandam* se consuetudinem loci.

Vtrum ultra meridiem differri possit Missa? R. post integratim oram Sacrificium incipere, non esse mortale, tum ex coniunctione, tum quia hora videtur parva materia respectu tempore matutini. *Branca. Mart. à S. Joseph. Ren. q. 26. etc.* Hinc privilegiatis, ut Mendicantibus, licitum est post duas horas celebrare. *Pelliz.*

Quo loco possit Missæ sacrificium celebrari? R. ex cap. *primo, ip. nullus de Consecr. diff. 1.* ordinariè celebrari debet in Ecclesia, seu publico Oratorio benedicto: in necessitate vero celebrare potest in Castris pro militibus, in littore mari pro navigibus, pro longè peregrinantibus extra Ecclesias, si hæ desint; denique alibi ex privilegio, ut habent Religiosi, & Episcopi, quod an sit revocatum modò videbimus. *Tamb. Lay. ren. q. 28.*

In Missæ Sacrificium celebrari possit in mari supra navim, iis, qui habent privilegium? R. aff. si desit periculum everonis Sanguinis, ut in magnis navibus, sereno Cælo, tranquillo mari, & alio Sacerdote manu tenente Calicem. Probatur ex axi Lusitanorum. Tum quia privilegium extendit etiam celebrationem in mari, quando desunt pericula. Vterque go, *Lay. Ren. q. 29. Fag. &c. contra Nob. &c.*

Vtrum in his casibus necessitatis requiratur licentia Episcopis neg. quia de jure licita est celebratio: ergo, &c. (Tum quia,

- per Adversarios, ea licentia petenda non est, quando commode haberi non potest: ergo signum est, non esse necessariam...
Ren. q.30. Sot. Vag. &c. contra Fag. C. Lugo. Coni. &c.
- 28 An privilegia in hoc concessa Regularibus, & Episcopis sint revocata per Trid. &c. ad primum aff. quia *Trid. Ieff. 22. de Sacrificio Missæ in fine*, ait: *Non obstantibus quibuscumque privilegiis, & exemptionibus*: Idem dicendum de privilegio Mendicantium celebrandi in quocumque loco, etiam extra Missionem, quod habetur cap. *in his de privilegiis*; quia in hoc, sicut in illis expressè non derogatur Tridentino *Fag. Barb. &c. contra Rodri. C. Lug. Pelliz. &c.* Vnde est, quod possint Patres Societ. ubique celebrare per concessionem Greg. XIII. derogantis Concilium *Tamb.* Vnde ad 2. R. neg. ex declarat. *Sac. Cong. Card. 1586. Coni. Pelliz. Ren. q.31. &c.*
- 29 Vtrum absente Episcopo, licitum sit in Oratoriis privatis ipsorum celebraretur &c. aff. quia Palatum Episcopi gaudet immunitate, etiam ipso absente, vel mortuo: ergo ita privilegium in dictis Oratoriis celebrandis durat etiam Episcopo absente, vel mortuo. *Pelliz. Branc. Ren. q.33. contra Dia.*
- 30 An satisfaciant præcepto, qui in dictis dominibus audiunt sacramentum, nec sunt familiares Episcopi: &c. aff. quia id eis non prohibetur, sicut prohibetur non familiaribus auditio sacri diebus festivis cum ejus satisfactione in Oratoriis privatis secularium: ergo, &c. *Branc. Tann. Ren. q.33. &c.*
- 31 An Sacerdos, qui ex obligatione tenetur Missas in tali Ecclesia, vel tali Altari privilegiato, e. g. celebrare, peccet mortaliter alibi celebrando? &c. aff. nisi primò, semel, aut bis diebus feriatis, & singulis mensibus id faceret. 2. nisi assignatio loci facta fuisset, quia frequens est ibi populi concursus, & hic cef saret. 3. nisi loco assignato aliud Sacerdotem mitteret, ipse vero Sacerdos alibi pro eodem defuncto celebraret, nec deputatio loci à defuncto sit intenta ad effectum indulgentiæ lucranda. Rat. quia in his casibus non defraudatur testatoris voluntas. *Tamb. Ren. q.34.*
- 32 An Sacerdos peccans mortaliter non celebrando loco designato, teneatur ad restitutionem? &c. aff. si obligatio fit celebrandi in Altari privilegiato; in quo casu tenetur restituere per aliam indulgentiam, cui concessa sit liberatio animæ à Purgatorio, quod est id, quod operatur celebratio in Altari privilegiato, & est damnum, quod patitur testator. *Ren. q.33. contra Akg. Fag. &c. absolutè negantes.*

33 Quid

Quid si quis loco Altaris privilegiati , alibi celebret cum nullitate habente similem Indulgentiam ? R. peccare mortaliter, licet ad restitutionem non teneatur; quia Indulgentia nullitatis non est ita secura, sicuti Altaris privilegiati: ergo, &c. Tum quia adhuc, quod esset secura , aliud pro alio invito crelitore solvi non potest: ergo, &c. C. *Lug. Tamb. Ren. q.34.etc.*
An Cappellanus obligatus quotidie celebrare , possit aliquando Missam omittere? R. posse semel in hebdomada , si id testator non prohibuerit ; quia grave onus est quotidie celebrare: ergo non præsumitur testatorem voluisse illud imponere. *Ren. q.37. Bon. Tamb. &c.* Hinc sequitur prædictum non suffragari Ecclesiæ , vel Monasterio valenti per alios Sacerdotes satisfacere. *Tamb. Pelliz.*

An in casu posito, quo potest Sacerdos omittere, possit pro se, vel amicis celebrare ? R. neg. & multò minus alteri applicando Sacrificium, stipendum accipere. Constant ex Decreto Sac. Cong. Conci. de die 18. Septembbris 1633. Primum est *Pelliz.* contra *Peyri.* 2. *Bon. Tamb. Dia. &c.* contra *Ren. q.38.* & *Vidal.*

An Cappellanus infirmus teneatur per alium satisfacere fundatori ? R. neg. si infirmitas ultra 15. dies non protrahatur , quia per simile spatum famulo infirmo debetur salariū : ergo, &c. *Ren. q.39.* contra varios variè opinantes.

An peccet mortaliter, qui *unam Missam* ex stipendio, vel liberaliter promissam non celebrat? R. neg. etiam (contra *Persecum*) si sciat potenter teneri Missam facere celebrari; quia neutrum dantur, spirituale scilicet, vel temporale, est grave: ergo, &c. *Ren. q.40. San. Fag. &c.* contra *Bon. Lede. &c.*

An peccet Sacerdos dicens Missam currentem, cum ex stipendio terreatur ad votivam, vel de requiem? R. neque mortaliter, neque venialiter peccare. Rat. quia omnes Missæ sunt ejusdem valoris ex opere operato: ergo, &c. Tum quia Missa currens magis accepta est Sancto, & Defunctis ob conformitatem cum Officio. Tum denique, quia per hanc conformitatem compensantur preces particulares, quæ pro Defunctis dicuntur. *Bon. Azo. Ren. q.41.etc.* contra *Fag.*

An ad implendam voluntatem testatoris dici possit Missa de requiem in festo, vel in duplicitibus , sicut dici potest pro re gravi, præsente corpore defuncti, &c.? Respondet aff. *Tamb.* si festum duplex non sit de præcepto, & ex legato relicto ordinatur Missa de requiem singulis diebus, quod probat ex Declarat. *Sac. Cong. 1. Sept. 1607. apud Gav. Ren. q.40.*

- 40 An pro Jucranda Indulgentia Altaris privilegiatis possit dici Missa de requiem in festo duplice? R. neg. ex Declarat.S.Cong. 24. Aprilis 1626. *Dia. Ren. q.41.*
- 41 Vtrum possit Sacerdos per alium celebrare Missam, retenta sibi parte eleemosynæ? R. Beneficiatum posse: non sic simpli- cem Sacerdotem habentem manualem eleemosynam: etiam si hic habeat stipendium magis solito. Primum constat ex verbis Decreti S. Cong. Concilii sub Vrb. VIII. 21. Julii 1625. quod à Fag. extenditur ad Cappellatum, cui in fundatione cautum non sit Missam per alium celebrate; quia Cappellania est instar beneficii simplicis. 2. constat ex eodem decreto num. 10. 3. probatur ex responsione ejusdem S.Cong.num.28. ad quæsum- tum num.23. Rat. horum est; quia simplici Sacerdoti datur to- ta eleemosyna pro Missa, & ideo nihil libi retinere potest: be- neficiato verò datur etiam pro congrua sui substentatione. *Tamb. Et. contra Acacium Bordin. Et. contrarium de simplici Sacerdote arbitrantes etiam post Decretum, quorum dictum damnatum est ab Alex. VII. prop. 3. Ren. q. 44.*
- 42 An in aliquo casu liceat post Decretum Sac. Cong. retinere si- bi partem stipendi? R. aff. primò si tale decretum non fuerit acceptatum, ut in multis locis Italiæ, & multis Collegiatis Ro- manæ. 2. si magis stipendium daretur intuitu personæ, ut ratione amicitiae, paupertatis, &c. dummodo non intendatur, ut perso- na ipsa celebret. 3. quando Missæ celebrantur ab alio Sacerdo- te, ipso sciente, & consentiente supra minus stipendium, sponte tamen, & non coactus paupertate, aut metu non habendi alias Missas. *Coto. Tamb. Ren. q. 45.*
- 43 Vtrum possit Sacerdos pro unica Missa duplex stipendum re- cipere? R. neg. ex Decreto predicto. *Ren. q. 46.* Hinc merito per Bullam Alex. VII. 12. Octobris 1665. damnata fuit opinio eorum, qui dicunt, non esse contra iustitiam duplex stipendum pro una Missa recipere. v. op. 10. Alex.
- 44 An recipi possit duplex stipendium, unum pro officiatura, seu pro materiali præsentia Missæ, aliud pro applicatione illius? R. aff. si exprestè unus petat materialem tantum præsentiam Missæ, alias applicationem tantum: & idem dicendum, si unus velit satisfactionem tantum, alias tantum impetrationem: vel si unus det stipendium pro Missa, alias pro aliqua Oratione, vel Collecta tantum, vel ut Sacerdos tantum pro eo ore. Rat. quia violenti, & consentienti nulla sit injuria, & Decretum Vrb. solum loquitur in casu, quo Sacerdos vellet duobus sacri- ficium

ficium applicare: In dubio autem judicandum est secundum id, quod communiter esse solet, voluisse scilicet, petentem etiam applicationem. *Bon. C. Lugo. Ren. q. 47. etc.*

In casu, quo Sacerdos habet à dante Missam tenue, & non solum stipendium, an possit dupli tenui stipendio conficiente ustum, unicum Missam celebrare? *N. neg.* quia hic casus expressè adducitur à Sac. Cong. & reprobatur. *Ren. q. 48.* Verum d poterit Sacerdos, (etiam non monito dante, quoties ex justa causa non potest) quando rogatus dicere decem Missas, v. g. accipit dimidium stipendium carta involutum. *Dia.*

Pro Missâ celebranda in aliquo loco die festo, an possit duplicatum, vel plus stipendi recipi? *R. aff.* si illud majus stipendum offeratur; nam peti non potest, quia fieret contra Decretum Sac. Cong. *Ren. q. 49. Tamb.*

Peccant nè mortaliter, qui Missas, ad quas tenentur, diu differunt? *R. aff.* nisi dans stipendium in dilationem consentiat, quia privant alios magno fructu: in quo casu teneretur quis id restitutionem damni spiritualis per orationes, indulgentias, & preces ad finem Missarum conducentes. *Ren. q. 50. Buss.* Quae autem censeatur magna dilatio. Dic cum *Tamb.* esse longum tempus ultra duos, vel tres menses Missas differre; quia Canonici per duos, & Episcopi per tres menses possunt à suis Ecclesiis abesse ex *Trid. Jeff. 23. de reformat.* ergo signum est, id empus esse modicum.

SACRAMENTI POENITENTIAE Materia remota.

Quares.

Quid sit Sacramentum Poenitentiae? *R. esse Sacramentum reconciliationis post lapsum in actibus pœnitentis, & absolutione Sacerdotis constitens.*

Vtrum peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Supponendum est, materiam remotam hujus Sacramenti esse peccata mortalia, vel venialia post Baptismum commissa; illa ut materia necessaria, haec ut sufficiens. *R. nunc aff.* si dubium sit negativum, id est quando pro neutra parte adsunt rationes probabiles: Secus si positivum, quando pro utraque adsunt. Rat. primi; quia in dubio tutior pars est eligenda. Rat. 2. quia sequitur opinionem probabilem, omessa probabiliti ori. *Ren. 10. fol. 156. q. 1. San. Dia. &c. contra Ques. Cons. de Janu. etc. absolu-* utè negantes.

3 An

- 3 An quando quis confitetur peccatum dubium teneatur confiteri aliqua certa? R. aff. aliter frustraretur confessio. Sua. Ren. q.2. contra Cara.
- 4 An peccatum dubium debeat iterum confiteri, si appareat certum, aut è contrariis ad primum neg. quia peccatum dubium fuit absolutum sub conditione, si erat certum: ergo fuit absolutum directè, etiam ut certum. Tum quia hoc patet in eo, qui confessus se decies peccasse plus minusve, postea recordatur duodecies peccasse: ergo, &c. Card. de Lugo. Pelliz. Tamb. Cara. etc. contra San. Dia. Turr. etc. Vnde ad 2. R. etiam neg. Et est certum. Ren. q. 3.
- 5 An peccata alias confessà sint materia hujus Sacramenti? R. esse materiam sufficientem, quia per ea licet frustretur absolutio suo fine primario, scilicet remissione, non tamen frustratur fine secundario conferendi gratiam: ergo, &c. Sua. Sor. Ren. q. 4. etc.
- 6 An peccata venialia in genere, vel mortalia in genere, sint materia sufficiens hujus Sacramenti? R. aff. in casu necessitatis: Secus extra illam. Rat. primi; quia in casu necessitatis, nutibus confiteri quis potest: ergo, &c. Ren. q. 5. Rat. 2. quia materia hujus Sacramenti debet esse certa, ex reverentia ei debita. Tum quia confessio est ad modum judicii. Bon. Pelliz. contra Sua. loquendo de venialibus.
- 7 An peccatum confessum in genere, debeat iterum confiteri in specie, cum tale cognoscitur? Supponimus enim, ob ignorantiam ipsius in genere fuisse confessum. R. aff. & constat ex Trid. requirente confessionem quoad speciem, numerum, & circumstantias mutantes speciem. Aliter discurrendum est, dum quis confitetur peccati speciem, nefciens an peccatum, mortale, vel veniale sit; tunc enim si integrè confessus fuit, non tenetur, cum certò scit fuisse mortale, iterum confiteri; quia ad confessionis valorem non requiritur, ut poenitens sciat (sicut nec Confessarius) determinate peccatum esse mortale. San. Merol. Ren. q. 9.
- 8 An peccatum commissum in ipsa susceptione Baptisini sit materia remota hujus Sacramenti? R. aff. quia tale peccatum spectat ad peccata post Baptismum: nam per hujus susceptionem committitur sacrilegium: ergo saltem pro priori naturæ ad ipsum peccatum in re communium, debet supponi susceptio Baptisini: ergo, &c.

SACRAMENTI POENITENTIAE.

Materia proxima.

Quares.

QVænam sit differentia inter contritionem, & attritionem?
Supponendum est materiam proximam hujus Sacramenti esse actus pœnitentis, qui sunt oris confessio, cordis contritio, & operis satisfactio. R. nunc, differentiam pendere ex diversitate motivorum; nam contritio est detestatio peccati, quatenus est offensa Dei summè dilecti cum proposito non recandi de cætero: attritio verò est detestatio paccati ex interiori motivo Dei summè dilecti, ut ex motivo gehennæ, &c. cum proposito, &c. *Fag. Ren. tom. 2. fol. 162. q. 1.*

Si ex Trid. bona est etiam attritio, & dolor veniens ex timore nali temporalis, & aliundè hic dolor debet esse supernaturalis. Quæritur, quomodo id evenire possit? R. timorem malis temporalis esse supernaturalem, si malum illud timeatur, quænus à Deo inflictum. *Tamb. C. De Lug. Ren. q. 2. &c.*

An attritio non vera, sed putata attritio sit sufficiens ad Sacramentum? R. neg. quia ex Trid. attritio debet esse donum Dei, & ex impulsu Spiritus Sancti: ergo requiritur vera, & non putata supernaturalis. *De Janu. Ren. q. 3. contra Nav. Bon. Sua. &c.*

An requiratur in Sacramento pœnitentiae attritio saltem putata contritio, ad minus in articulo mortis? R. neg. quia in nullo casu tenetur quis ad ultra id, quod Ecclesia præcipit: sed ex Trid. sufficit attritio: ergo, &c. *Fag. Lay. Ren. q. 4. &c. contra Sua. Nag. &c.*

Vtrum dolor virtualis inclusus in ipso actu amoris Dei, sit sufficiens materia hujus Sacramenti? R. neg. quia in aliis Sacramentis non sufficit materia virtualis, ut in Sacramento Eucharistiae vna, quæ est virtualiter vinum: ergo, &c. Tum quia dolor est pars *Essentialis* Sacramenti pœnitentiae: ergo &c. *Ren. q. 5. Sua. Coni. &c. contra Syl. Sot. &c. quorum sententiam erroneam Vafq. temerariam Sua. post Trid. vocant.*

An dolor virtualis inclusus in ipsa voluntate confitendi, vel in actu, quo quis dolet, non habere dolorem, sit sufficiens &c. R. neg. patet ex dictis. Tum quia secundus dolor non est dolor de peccatis, sed desiderium habendi dolorem, Tum etiam quia ad minus est dolor virtualis: ergo, &c. *Buss. Lay. Ren. q. 6. &c. contra Tamb. loquendo de primo dolore, & in ordine ad confessionem veniam tantum.*

7 Vtrum

- 7 Vtrum dolor cadere debeat super omnia peccata distinctè cognitæ? R. neg. si loquamur de peccatis venialibus, vel de mortalibus, non in ordine ad confessionem illorum: Secus si de illis loquamur in ordine ad confessionem. Rat. primi, quia potest remitti unum veniale sine alio: ergo, &c. Hinc potest quis de aliquibus venialibus dolere, de aliis verò non. *Dia. Lay. Tamb. Eccl. Rat. 2.* quia potest quis confusè recogitando sua peccata, & de illis dolendo in instanti justificari: ergo, &c. *Lay. Fag. Eccl. Rat. 3.* quia ad confessionem requiritur distincta cognitio peccatorum per examen, quod confessionem præcedere debet: ergo etiam requiritur dolor supra singula cadens, non quod de singulis distinctim quis dolere debeat, sed quod de singulis in generali motivo doleat. Ita contra *D. Tho. Sor. Eccl. Doctores citati, & Ren. q. 8.*
- 8 An dolor debeat præcedere confessionem, ut sit materia proxima illius? R. neg. quia dolor est materia proxima Sacramenti, non quando est à pœnitente, sed quando assumitur à Confessario per potestatem clavium: sed assumitur, quando Confessarius absolvit: ergo, &c. Est communis, contra *Coni. Lay.*
- 9 Per quantum temporis possit dolor præcedere confessionem? R. per 4. vel 5. dies; quia per tale spatum confessio præcedere potest absolutionem: ergo, &c. *Tamb.* Non approbatur tamen, id posse per quodlibet tempus; quia pars Sacramenti debet facere unum morale cum Sacramento. *Grana. Ren. q. 9.* contra *Tamb. Hurt. Eccl.*
- 10 An dolor requisitus ad confessionem, debeat esse ordinatus ad illam? R. aff. saltem virtualiter; quia pars debet referri ad comparatem: ergo, &c. *Sna. Bon. Buff. Ren. q. 10.* contra *C. Lugo. De Janua. Eccl.*
- 11 An in nova absolucionum peccatorum confessione requiratur novus dolor? R. neg. si antiquus virtualiter (non habitualiter) perseveret. Rat. utriusque; quia contritio debet facere unum morale cum confessione, ex dictis: ergo, &c. *Lug. Buff. Ren. q. 11.* contra *Hen. Fili. etc. absolutè affirmantes.*
- 12 An ex defectu doloris detur Sacramentum validum, & informe ex parte pœnitentis? R. neg. quia vel defectus est voluntarius, & sic valorein Sacramenti excludit, vel est involuntarius, & sic gratiani non impedit: ergo, &c. Neque dicas, evenire posse Sacramentum validum, & informe, cum quis dolendo de 4. peccatis, inculpabiliter obliviscitur dolere de quinto; nam tunc, licet motivum dolendi fuerit particulare, hoc tamen

men virtualiter imbibit generale dolendi de peccato, ut offensa Dei, & consequenter supra oblitum se extendere potest.
Ren. q.12. Vasq. Lay. etc. contra Sua. Fili. etc.

13 An propositum non peccandi de cætero intrinsecè requisitum à Trid. in vera pœnitentia, debeat esse formale, an sufficiat virtuale inclusum in ipsa detestatione peccati? Et regulariter debere esse formale; per accidens tamen in aliquibus casibus, satis esse virtuale. Primum constat ex illo *Isai. 1. Lay animis mundi effosse . . . quiescite agere per vertere, auferete malum cogitationum vestiarum:* ergo, &c. 2. probatur; quia credibile non est, quod peccator efficaciter detestetur peccatum, & non iustificetur, vel ex invincibili ignorantia formalis propositi, vel si nihil cogitet de vita futura, si alias paratus sit ad propositum, si ad illud adverteret; sequitur enim, quod si moreretur, non salvaretur, quod est contra Dei benignam misericordiam.
Sco. in 4. dist. 14. Sua. Vasq. etc.

14 Vtrum propositum possit stare cum credulitate probabili, vel certa futurorum peculatorum post confessionem, præscindendo modò ob occasione proxima? At: quia licet id quis sciat, scit tamen ex sua fragilitate; nam alioquin posito Dei auxilio, credere debet, se neque in eo casu peccaturum. Tum quia propositum est actus voluntatis, credulitas vero est actus intellectus: ergo stare simul possunt. Ita communiter.

15 An propositum possit stare cum proxima occasione peccandi? At: pro prima vice: immo & pro 2. 3. & 4. si aliqua adiut emendatio (in praxi tamen severius agant Confessarii, in bonum enim cedit pœnitentium) deinceps verò stare non potest, si occasio de facili tolli potest, & non tollitur (excipitur casus extraordinarii doloris:) Secus si occasio de facili tolli non potest. Rat. primi; quia tunc censendum est, pœnitentem habere certum propositum, sed quod nunquam promiserit occasionem tollere. Est contra *Nav. Rodri.* Rat. 2. quia tunc grave indicium sumi non potest, non adesse verum propositum. *Sancti. Sua. D. Antonin. etc.* Rat. 3. quia pœnitens deinceps accedendo ad Sacramentum, exponit se periculo manifesto non auferendi occasionem, unde absolvendus non est, & contrarium damnatum est ab Innoc. XI. prop. 61. *Sancti. 4. constat. 5. probatur:* quia tunc pœnitens ob aliquem necessitatem (non quidem ob oblestamentum concubinarii, vulgo regale, quia hoc damnatum est ab Alex. VII. prop. 41.) potius patitur, quam intendit periculum. *Ren. q. 15.*

16 An cum inveterata consuetudine peccandi possit stare verum propositum? *R. aff.* si consuetudo non sit conjuncta cum proxima occasione, vel si conjuncta, de facili haec tolli non potest, adhincq; interim nova, vel extraordinaria signa doloris; quamvis consultius sit, ut huic consuetudinario per aliquid tempus quandoque suspendatur absolutio: Secus est contra, & quando pœnitens oreretur tantum profert, se dolere; tunc enim absolvendus non est. Rat. primi; quia difficultas est tollere consuetudinem intrinsecam pœnitenti, quam occasionem ei extrinsecam: sed ex dictis, potest absolviri, qui habet proximam occasionem, quam difficultatem tollere potest, ergo, &c. *Sanci.* Vnde patet ad 2. cuius oppositum damnatum est ab Innoc. XI. prop. 60. Quod dictum est de consuetudinario, dicendum est ex *Sancto Iug. etc.* de recidivo, qui item non tenetur consuetudinem inanisflare, cum haec sit tantum circumstantia aggravans, nisi in casu, quo de ea interrogetur; tunc enim ex Innoc. XI. prop. 58. tenetur. *Ren. q. 16.* Signa denique emendationis erunt, rarius peccasse, majorem dolorem, & propositum habere, media executioni mandare, &c. *Tamb.*

17 Quid sit confessio Sacramentalis, & quæ conditiones ad ipsam requirantur? *R.* ad primum confessio est legitima, & Sacramentalis accusatio de propriis peccatis facta Sacerdoti ad obtinendam remissionem peccatorum per absolutionem. Vnde ad 2. sexdecim conditiones à DD. enumerantur his versibus comprehensa.

Sit simplex, humiliis confessio, pura, fidelis.

Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda.

Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata.

Fortis, et accusans, et sit parere parata. *Ren. f. l. 171. q. 1.*

18 Ex his conditionibus quæ sunt necessariae ad substantiam confessionis? *R.* quinque necessarias esse. Prima est, ut confessio sit fidelis, id est, sine mendacio in re gravi. 2. ut sit integra. 3. ut sit lacrymabilis, hoc est, cum vera contritione, vel attritione. 4. ut sit acculans; id est, ut fiat voce, vel signis in casu necessitatis, 5. ut sit parere parata, id est saltem quoad intentionem satisfactionis. *Ren. q. 2.*

19 Si pœnitens mentitur in re levi *ad confessionem spectante*, an faciat validam confessionem? *R. aff.* si alia peccata venialia, vel mortalia confiteatur fideliter; Secus si tantum levia cum mendacio confiteatur: Rat. primi; quia venialia non tenetur quis confiteri: ergo, &c. *Ren. q. 3.* Rat. 2. quia tunc pœnitens non

non daret materiam sufficientem Sacramento : ergo, &c. Sua.
Cons. Nav. etc.

- 20 An peccet pœnitens negando peccatum jam confessum Confessario interroganti ? R. nullatenus peccare nisi in casu , quo illius notitia spectaret ad cognitionem status pœnitentis, ex dictis q. 16. quia peccata aliæ confessæ non sunt materia necessaria hujus Sacramenti . Ren. q. 4. Vide Coni. dicentes, venialiter peccare sic invenientem si nulla æquivocatio- ne utatur. Quod dictum est, verificatur etiam in eo, qui absque sui, vel proximi detrimento explicare non potest aliquod peccatum , cum justa causa tunc excusat . Fag.
- 21 An peccet pœnitens negando Confessario interroganti consuetudinem peccandi ? R. aff. quia licet ex dictis cum consuetudine stare possit propositum non peccandi, tamen ex ea consuetudine argui potest propositum valde infirmum , quod Confessarius, ut Medicus , & ut Iudex cognoscere debet . Sua. Ren. q. 5. Bon. etc. contra Sancti. etc. quorum opinio dannata est ab Innoc. XI. prop. c. 8.
- 22 An peccet mortaliter pœnitens, qui in Confessione generali confitetur de aliquo peccato , aliæ non confessso , & noviter commisso , tanquam de aliæ confessio ? R. aff. quia mentitur in materia necessaria : ergo , &c. Hurt. qui contrariam San. C. Lug. Buss. Dia. etc. etiam in casu, quo peccatum non sit referatum , vel annexam habeat circumstantiam mutantem spe- ciem, vocat falsam, & Turri. nec tutam, nec probabilem.
- 23 Quæ integritas requiratur ad confessionem ? R. sufficere inte- gritatem formalem , idest excludentem aliqua peccata , vel ex oblivione , vel ex invincibili ignorantia , aut alia justa causa, nec requiri materialem, omnia videlicet, peccata includentem. Rat. quia ex Trid. eff. 14. cap. 5. omnia peccata sunt confiten- da , quæ menti occurront , & quorum pœnitens conscientiam habet: ergo , &c. Tum quia , cum justa intercedit causa, invo- luntariè peccatum relinquitur sicut quando oblivio, vel igno- rantia intervenit. Ren. q. 7. Duar. etc.
- 24 Quæ causæ excusent ab integritate materiali confessionis ? R. excusare primò grave periculum corporis, famæ , vel animæ, proprium, vel alienum, ut si Confessarius non posset suum ex- plicare peccatum in confessione commissum sine pœnitentis revelatione . Rat. est Divinum naturale præceptum charitatis, antiquius Divino positivo tantum integratatis. 2. excusare im- potentiam, quia ad impossibile nemo tenetur. 3. excusare igno-

- sanctam, vel oblivionem, ex dictis. 4. excusare ut gentem necessitatem ob maris procellam, pestem, prælium, incendium, &c. in quibus casibus sufficiet manifestare aliqua peccata, vel, ex Buss. dicere se esse peccatores, 5. excusare defectum linguae, vel idiomatis, *Fag. Ren. q. 3. Buss.* qui advertit, in his casibus debere urgere necessitatem confessionis, & inopianu Confessariorum adesse.
- 25 *Vtrum sit justa causa non confitendi aliquod peccatum, ne reveretur complex.* Vide Ver. *Derratio. q. 4.*
- 26 *Quanto tempore debeat expectare alium Confessarium, cui complex non sit notus?* *Bz. Fag.* id remittendum esse prudentis iudicio, interim addens ex *Sua*, uno, vel altero die posse expectare, si non urgeat Indulgentia Jubilasi, vel præceptum Communionis. Ita etiam *C. Lugo. Tamb.* qui subdit, sufficienter causam non expectandi esse, velle poenitentem confidet, vel consolationis causa confiteri suo solito, pio, & docto Confessario.
- 27 *An possit quis ad confitendum suum peccatum veniale, complice mortaliter peccantem revelare?* *W.* neg. nisi ex confessione ipsius magnum bonum, vel etiam specialis consolatio ei obveniret. *Rat.* est; quia venialia non sunt necessaria confienda; ergo, &c. *C. Lugo. Tamb. Dia. Wc. contra Ren. q. 11. & Veric.*
- 28 *An aliquando teneatur poenitens revelare complicem in confessione?* *Bz. aff.* in casu, quo grave damnum imminet Reipublica. *Ren. q. 12.* in quo casu tenetur poenitens licentiam dare Confessario pro revelatione complicis, si ipse cum sua correctione non sperat emendationem; quia aliter poenitens non esset dispositus. *Dia. C. Lugo, Sol. Wc.* Hinc non est absolvendus convictus de assassinio, qui complicem Judicii interroganti revelare non vult. *De Iesua.*
- 29 *An extra casum publici danni possit Confessarius licentiam petere à poenitente, & de hujus licentia uti notitia confessionis ad corrigendum complicem?* *Bz. aff.* in gravi causa, secluso scandaló, & servatis debitibus circumstantiis, ut scilicet, primò precedat correctio facienda ab ipso poenitente, quæ si commode, & cum spe fructus fieri non possit à poenitente, tunc poterit Confessarius, dummodo adlit spes emendationis. 2. ut Confessarius moneat poenitentem ad revelandum complicem extra confessionem ad majorem libertatem correctionis: quod si poenitens renuat, tunc (maxima prudentia, & cautela inter-

ve-

veniente) poterit Confessarius de ejus licentia tantum. Rat. et; quia sic non irrogatur injuria Sacramento, nec confessio redditur odiosa. *N. a. Sua. Syl. Rec. q. 13. contra Bannem, Angel. Rosellam, &c.* absolvētē negantes.

30 Vtrum aliquando possit Poenitens non confiteri aliquod peccatum, ne revelet complices? v. aff. in casu, quo poenitens sibi, vel complici, aut alteri notabile damnum *extrinsecum confessioni* timeret extra infamiam complicis; quia praeceptum Divinum integratatis non obligat cum tanto incommodo. *D. Tbo. N. a. Rec. q. 15. &c.*

31 Si nulla concurrat causa, an sit peccatum grave manifestare complices; ut si benè peccatum explicari possit sine complices manifestatione? v. aff. nisi excusat ignorantia, aut inadvertentia, vel levitas animi; quia in primo casu intenditur infamia *formalis*, utpotè quæ causam excludit, & ideo non intenditur nisi detractio: Secus in 2. *Sua. Fag. Rec. q. 15.*

32 Si delictum sit publicum in alio loco, an sit peccatum, complices revelare nulla concurrente causa? v. neg. nisi id fieret animo infamandi, vel nisi ille sui virtutibus famam recuperasset. 2. & 3. constat. Primum probatur. Complex per tale delictum amisit jus ad famam; deinde alibi infamatur, causa suæ infamiae in uno loco: ergo complices manifestare, nec contra justitiam est, nec contra charitatem: ergo, &c. *Fag. Rec. q. 16.*

33 An concurrente causa, possit Poenitens in confessione manifestare peccatum alterius, qui non sit complex delicti? v. neg. quia *complex* sua culpa patitur damnum, si publicetur: ergo, &c. Hinc si filius matri gravida ex illico concubitu venenum propinaret, deberet dicere, se illud propinasse mulieri gravidae valde sibi conjunctæ. *Sua. Fag. Rec. q. 17. contra Lamb. Card. Lug. &c.*

An ad integratatem confessionis spectet species peccatorum? v. aff. ex *Trid. Jeff. 14. cap. 5.* Vnde autem sumatur specifica distinctio peccatorum? Dic cum *Mastro in moralibus Disp. 11. num. 133. et Disp. 14. num. 108.* Peccata specie distingui non ex distinctione specifica objectorum, præceptorum, vel virtutum, quibus opponuntur, cum eidem præcepto plura peccata specie distincta opponantur: ut adulterium, stuprum, &c. Item idem virtuti justitiae: v. g. adulterium, homicidium, furtum ipsina, &c. & materialis, non autem formalis distinctio ab objectis venit. Sed primò distingui in ordine ad diversas reitudines, & perfectiones specie distinctas, quarum peccata sunt

sunt privationes, ut patet in exemplis allatis. Et deinde ex diversa dissipatione, & deformitate, quando scilicet, una major est alia, & non est eadem facilitas (moraliter loquendo) neque eadem propensio utrumque peccatum committeendi: ut sunt sodornia, mollities, bestialitas, &c. quamvis eidem virtuti opponantur. Rat. est; quia peccatum in privatione restitutinis debitæ consistit: ergo cum privationes distinguuntur penes formas, quarum sunt privationes: sequitur, &c.

35 Si quis jactet se de peccato commisso, an teneatur explicare in confessione speciem peccati; & idem queritur de consulente aliquod peccatum? R. aff. quia jactantia reducitur ad speciem peccati, de quo quis se jactat, & consilium specificatur à peccato, quod consultur: ergo, &c. San. C. Lug. Ren. q. 19. contra Pala. Dia.

36 An ad integratem confessionis spectent circumstantiae mutantes speciem? R. aff. sive sint internæ, contra Sor. Hen. sive externæ, ex Trid. cit. quia diversæ specie circumstantiae trahunt peccatum ad diversam speciem. Fili. Ren. q. 20.

37 An possit quis confiteri circumstantiam mutantem speciem, separatim è peccato, ut si quis furatus sit ad fornicandum, an possit dicere, furatus sum, & deinde, habui animum fornicandi? R. neg. in eadem confessione; quia sic duo peccata explicaret, quod non est verum. Card. Lug. etc. In alia vero confessione potest, si circumstantia, & peccatum possint separatim explicari, ut in casu posito. Vnde si quis inculpabiliter in prima confessione oblitus sit circumstantiæ fornicationis, poterit in secunda dicere, habui animum fornicandi. Ren. q. 21. Dia. ex Fili. Coni. etc. contra Nug.

38 Vtrum ad integratatem confessionis spectent circumstantiae aggravantes intra eandem speciem? R. neg. quia id à Trid. non præcipitur. Tum quia grave onus esset explicare circumstantias ingratitudinis, inobedientiæ, &c. Tum quia non constituant novum numero peccatum, sicut circumstantiae mutantes speciem: ergo, &c. D. Tbo. D. Bon. Sco. etc. contra Sua. Coni. San. etc.

39 Qui habuit copulam cum soluta, an satisfaciat confessioni, si dicat, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem? R. neg. quia licet copula in simplici fornicatione non mutet speciem peccati, sunt tamen aliæ species peccatorum, quæ cum soluta committi possunt: ergo, &c. Contrarium Turri. damnatum est ab Alex. VII. prop. 25. Hinc ait Cara. satisfacere poe-

punitentem dicendo commisi grave peccatum in materia fornicationis. *Ren. q. 23.*

40 An ad integratatem confessionis spectet numerus peccatorum? *R. aff. ex Trid. cit.* Tum quia unum peccatum non potest remitti sine alio, quæ omnia verificantur in casu, quo certus numerus haberri potest; nam alias sufficiet dubius: v. g. decies, plus, minusvè: Inde in habituato sufficiet manifestatio temporis, & frequentiæ actuum externorum in hebdomada, mensa, &c. *Dixi, ceterorum*, quia in habituatis, internorum manifestatio etiam in aliquali numero sine magno erroris periculo haberri non potest. *Tamb. & DD.* communiter.

41 Quem numerum includat dubius numerus expressus per ly, plus, minusvè *R.* hoc remittendum esse prudentis arbitrio, attento numero, cui verba illa adduntur, qui quanto sit major, tanto etiam major verbis illis intelligitur; dummodo tamen sit parvus respectu alterius, cui adjungitur. Hinc plus, minusvè in denario numero faciet duodenarium, vel octonarium numerum. Quod si deinde error in hoc deprehendatur, iterata confessio tantù obligat, quando numerus notabiliter maior invenitur, nō autem si notabiliter minor; quia in majori numero continetur minor, nō sic è contra. *Dia. C. Lug. Buff. Ren. q. 25.*

42 Vnde sumatur distinctio numerica peccatorum externorum? *R.* peccata externa multiplicari numero ad multiplicationem numericam actuum externorum *consumatorum*, & simul ab obiectis numero distinctis. Rat. primi; quia unus actus consumatus non potest cum alio continuari: ergo, &c. Rat. 2. quia, qui unico actu externo consumato plures occidit, plura peccata committit: ergo, &c. *de Janua. Ren. q. 27.*

43 An actus externus peccaminosus censeatur multiplicatus. *ex multiplicatione actus interni?* *R.* neg. si multiplicatio sit tantùm repetitio: Secus si hæc retractationem includat. Rat. primi; quia licet actus videatur formaliter multiplicatus, virtuiter tamen est idem actus continuatus, quod non procedit in 2. casu; unde constat ad 2. *Caje. Bon. Ren. q. 28. etc.*

44 An actus antecedentes, & subsequentes peccatum consumatum multiplicent peccata, si ex se mali sint, & peccaminosi, ut oscula, tactus, &c. precedentes, & subsequentes fornicationem? *R.* neg. quia faciunt unum moraliter cum actu consumato, ad quem ordinantur, licet physicè considerati, sint distincta peccata. *Tamb. Dia. Ren. q. 29. etc. contra Vasq. Sua. esc. loquendo de actibus subsequentibus,*

- 45 An non multiplicato actu interno, sed multiplicato externo non per actus antecedentes, & subsequentes, sed per ipsum adum peccati consumatum, censeatur multiplicatum peccatum? *¶. aff.* quia peccata multiplicantur ad multiplicationem actuum externorum. *Rer. q. 30.* contra *Zenardum*, *etc.* dicentes, unum peccatum committere deliberantem dormire cum Amasia per totam noctem, & plures cum ea peccantem.
- 46 An non retractata voluntate peccandi, multiplicetur numero peccatum per temporis interruptionem? *¶. neg.* quia ea interruptio physica est, non moralis. *Tamb. etc.* contra plures plura arbitrantes.
- 47 An peccata interna numero multiplicentur, non solum ex multiplicatione actus peccaminosi, sed etiam ex multiplicatione subiectorum, in qua actus tendunt? *¶. aff.* quia licet actus peccaminosus sit physicè unus, moraliter tamen est multiplex, tendens ad plura obiecta, singula ad mortale sufficientia. Hinc plura peccata committit, qui uno actu vult plures occidere, aut tocum officium per annum, aut jejuniū tocius Quadragesimæ relinquere. *Ssa. Dia. Rer. q. 32. etc.* contra *Loy. d'ili. Tamb. etc.* quam plures.
- 48 An plura committat peccata, qui vult occidere Petrum cum tota familia, vel qui blasphemat Deum, & i. 2. Apostolos? *¶. aff.* quia obiecta sunt plura. *Merol. Azo. Rer. q. 33. etc.* contra *Fag. Nov. etc.* dicentes familiam in jure pro una persona usurpari, & i. 2. Apostolos per modum unius blasphemari.
- 49 Si quis unico ira impetu plures aliquem appellat furem, latronem, &c. an plures peccet? *¶. neg.* quia actus unico impietu fiunt: aliundè obiecta non multiplicantur: ergo, &c. *Azo. Lay. Rer. q. 34. etc.* contra aliquos apud *Azo.*
- 50 Quando quis unico actu violat duo præcepta, an faciat duo peccata? *¶. neg.* si præcepta sunt ejusdem speciei, & versantur circa eandem materiam, & ob idem motivum. Hinc omissione jejuniū Quadragesimæ, & vigilie, vel omissione Missæ in die Dominico, & simul aliundè festivo, unicum peccatum importat: è contrà verò duplex peccatum committit, qui omittit Missam, ad quam tenetur ex die festo, & poenitentia; quia duplex est præceptum distinctum specie, unum spectans ad virtutem Religionis, aliud ad virtutem poenitentia. Idem dicendum, dum quis omittit Missam debitam ex voto, & præcepto; quia licet ad eandem virtutem Religionis Missa in casu spectet, sub diverso tamen motivo, fidelitatis scilicet, & cultus particularis præcepto. *Rer. q. 35.*

§ 1 An ad integratatem confessionis spectet examen peccatorum
R. aff. ex *Trid. eff. 14. cap. 5.* & aliter confessio irrita esset. Hinc
cum res sit gravis, tenetur poenitens eam adhibere diligentiam, in discutiendo sua peccata, qualem in arduo suo negotio
adhiberet, attentis tamen circumstantiis, vitae suae, statu, &
conditionis; majus enim examen requirit mercaturam exercens,
vel tardus memoriae, quam aliis non talis; quamvis hi
non teneantur sua peccata scribere ob periculum revelationis.
Fag. Ren. q. 3. 6.

§ 2 Quomodo confessio debeat esse accusans? R. per verba vel per
nuntius, aut signa sensibilia externa (si aliter fieri non posset, ut
patet in muto) signa autem sunt, & quidem certa: Si primò in
naufragio omnes genuflectant, & se ut peccatores accusent. 2.
si moribundus dicat, se dolere de peccatis, &c. velle confiteri,
&c. turidat pectus, dicatque *miserere mei Deus, etc.* Dubia vero
sunt, (quæ absolutionem sub conditione dimittaxat admittunt,
ut contra *Lay. etc. vult Tamb.*) ut si poenitens interrogatus, an
velit confiteri suspirat, lacrymetur, manum Confessario strin-
get, oculos in Coelum attollat, &c. ita enim possunt esse effec-
tus infirmitatis. *Tamb. Ren. q. 3. 7.*

§ 3 An peccet mortaliter, qui sine necessitate nutibus confitetur?
R. aff. Rat. est consuetudo Ecclesiarum in re gravi; quia alias per-
fectè paenitens statum suæ conscientiæ non manifestaret. *Ren.*
q. 3. 8. Cos. Sua. etc. contra de Ianu. negantem, secluso con-
temptu. Et quia hæc ratio non obstat confitenti per scripturam,
poterit hic etiam sine causa sic confiteri, si præsente Confessa-
rio dicat: accuso me de his peccatis, quæ scripto tibi tradidæ.
Fag. Vilbalo.

§ 4 Si poenitens neque per signa possit confiteri, an possit absolviri,
si adstantes dicunt, illum petuisse confessionem. aff. Constat ex
Conc. Arausic. & Cartag. Item ex Rit. Roma. Pauli V. quibus
ratio accedit: nam talis est in casu poenitens, ac si per interpre-
tem confiteretur. *Vasq. Dia. Ren. q. 39. etc.*

§ 5 An attestatio ista fieri debeat Sacerdoti coram infirmo, vel
sufficiat, si fiat hoc absente? R. sufficere secundum. Constat ex
Conc. citatis, in quibus absolute dicitur posse absolutionem
impendi, si adsint testimonia praedita: ergo, &c. Tum quia
verba Ritualis sunt hæc: si testimonium confitandi per se, vel per
alios ostenderis, absolvendus es: ergo, &c. *Dia. Ren. q. 40. etc.*
contra Alva. etc.

§ 6 Vtrum ad tales attestationem sufficiat unus testis? aff. etiam
Kk 4

Si non esset juratus; immo hoc necesse non est, & neque ut testis sit christianus. Primum constat ex cap. *veniens, et primo de testi-*
sum. 8. ibi enim habetur, quod ubi non agitur de præjudicio
 tertii, possumus stare dicto unius testis. *Sanci.* 2. probatur; quia
 in re tanti momenti non præsumuntur mendacium: ergo, &c.
Dia. Probatur 3. nam infidelis potius signa taceret in odium
 fidei: ergo, &c. *Sanci. Ren. q. 41.*

57 An testis iste sufficiat, si sit de auditu aliorum? R. sufficeret
 quoad absolutionem conditionatam, sicut testis scientiae sufficit
 ad illam dandam absolute. Rat. primi; quia sic consulitur salu-
 ti proximi sine injuria Sacramenti: ergo, &c. *Dia. C. Lug. Buff.*
etc. Rat. 2. quia cum quis dedit signa jam dedit certam mate-
 riā absolutionis: ergo absolute, & non conditionatè absolu-
 vendus est. *Ren. q. 42. Vsq. Sanci. contra C. Lugo Tamb.*

58 Vtrum possit absolvī sub conditione moribundus, qui nulla
 dedit signa pœnitentiae? R. neg. sive non bonae, sive bonae fa-
 mae moribundus fuerit; quia materia Sacramenti debet esse
 sensibilis: ergo, &c. *Lug. Ren. q. 23. Buff. Hen. Dia. etc.* qui duo
 ultimai ajunt, contrarium satis ignoranter, & imprudenter ab
 aliquibus fieri: Imo aliqui, apud *Cara.* dicunt, id esse impro-
 bable, quamvis Illustrissimus eos impugnet. Demum *Veric.*
 ait, se dubitare de probabilitate saltem extrinseca opinionis
 contrariæ. Est contra *Pellie. Leand.* etc. secundum tantum admittentes,
 & contra *Cara. Mart. & S. Ioseph.* etc. admittentes utrumq;

59 Tenetur nè Sacerdos in casu prædicto, quo quis non dedit si-
 gna pœnitentiae, illum sub conditione absolveret R. aff. quia te-
 netur Confessarius sequi aliqualem illam probabilitatem con-
 trariæ opinionis in favorem pœnitentis potiusquam Sacra-
 menti. *Dia. Ren. q. 44. Veric. etc.*

60 An satisfactio sit pars essentialis Sacramenti Pœnitentiae, an
 solum integralis? R. in voto esse partem essentialēm, in re verò
 exhibant, esse tantum integralem. Rat. quia sine prima non
 habetur Sacramentum: Secus sine 2. *Ren. fol. 193. q. 1. contra*
Sor. tantum formam admittentem ut partem essentialēm.

61 An teneatur Confessarius pœnitentiam, seu satisfactionem
 imponere? R. aff. sub veniali, vel mortali, si confessio de ve-
 nialiibus, vel mortalibus sit: quia tenetur Confessarius integrum
 facere Sacramentum pœnitentiae. Excipitur casus mortis, vel
 intensæ contritionis, vel in quo quis satisfacere vellet per in-
 dulgentias; quamvis consultius sit in primo, & 2. casu injun-
 gere pœnitentiam levem, ut invocationem nominis Jesu, &c.
Ren. q. 2. Bon. Fag.

62 Potest nè Confessarius poenitentiam sub consilio injungere? R.
 neg. quia Confessarius utpote Judex, & Medicus tenetur, &
 sententiam ferre, & vulnera curare: ergo, &c. Tum quia, ex
 Trid. debent Sacerdotes Domini saluatores injungere poenitentias:
 ergo, &c. Bon. C. Lug. Coni. Ren. q. 3. etc. contra Dia. etc. totam
 poenitentiam, & contra Henr. Sua. etc. partein ejus tantum
 sub consilio Confessarium injungere posse dicentes. Potest ta-
 men Confessarius, ex Bon. sub iudicione disjunctio poenitentiam in-
 jungere.

63 Quantam poenitentiam debeat Confessarius imponere? R. pri-
 mò hoc relinquendu[m] esse arbitrio prudentis Confessarii, ex
 cap. Deus, qui de p[er]mis. et remissi. Coni. R. 2. non posse Confessa-
 riū levem poenitentiam pro gravibus peccatis imponere,
 alioquin alienorum peccatorum particeps efficeretur, ut ait
 Trid. Ren. q. 4. R. 3. non teneri Confessarium ad æqualitatem
 injungere poenitentiam, sed attendere debet facultatem etiam
 poenitentium; aliás h[ab]i[n]t novo gravarentur peccato, eam negli-
 gentes. Lug. Prap. Tamb. etc. Imò injungi eis non potest ingre-
 sus Religionis, vel Ordinām suscep[t]is pro poenitentia, cum ista
 consuli, non præcipi possint. Fag. quamvis (quia aliquando
 melius est nūbere, quam ur[us]) præcipi matrimonium possit, &c.
 sic, &c. Nav. Ren. etc. contra Pag. Lay.

64 Vtrum possit Confessarius injungere in poenitentiam opus
 aliás præceptum? R. aff. quia unico actu satisfacere possumus
 dupli præcepto poenitentiae, & voto: ergo, &c. Fag. Lay. Ren.
 q. 5. etc. contra Palud. etc. absolutè negantes, & contra Duar.
 affirmantem in casu, quo opus debitum cum aliqua circum-
 stantia imponatur, v. g. auditio sacri attente.

65 An in poenitentiam possit injungi opus satisfactorium, & pa-
 nale applicandum pro Defunctis? R. aff. quia licet satisfactio
 quæ respondet operi injuncto ex opere operato, non possit al-
 teri applicari, potest tamen illa, quæ respondet operi injun-
 cto ex opere operantis: ergo, &c. Ren. q. 7. Tamb. Pelliz. C. Lug.
 etc. contra Sanci. Bord. etc.

66 Potest nè satisfactio imponi in operibus merè internis, ut in
 oratione, &c. ? R. aff. quia magis penales sunt hi actus inter-
 ni, quam externi: ergo, &c. Nec verum est, tunc partem inte-
 gralem Sacramenti non esse sensibilem; nam satisfactio fit sen-
 sibilis, quando à Confessario imponitur, & à poenitente accep-
 tatur. Ren. q. 7. Nav. Sua. etc. contra San.

67 Num Confessarius imponere possit pro poenitentia opera pu-
 bli-

- blica? &c. aff. si peccata sint publica, & pœnitentia publica necessaria est ad tollendum scandalum: Secus si occulta. Primum constat ex *Trid. eff. 24. de reform. cap. S. Fag. Duar. etc. contra Sd. Nav. etc.* 2. probatur: quia pro peccatis occultis nulla est causa injungendi pœnitentiam publicam. *Bon. Coni. Ren. q. 3. etc.*
- 68 Vtrum possit Confessarius pœnitentiam vindicativam injungere ab altero, quam à pœnitente impletandu, ut jejunium satisfaciendum per alium? Loquimur de Confessario, non de pœnitente; hic enim non potest per alium satisfacere, & contrarium damnatum est ab *Alex. VII. prop. 15.* quamvis ex *Dia. admitti possit*, posse cum alio pœnitentiam, e.g. Rosarium, imple-re ex præsumpta voluntate Confessarii? Et igitur neg. quia aliás pœnitentia non est vindicativa; & inde est, quod Confessarius injungere potest in pœnitentiam, ut pœnitens procuret jejuniuni ab alio impletendum. *Ren. q. 9. C. Lugo. Pasqali. etc. contra Sua. Fili. etc.*
- 69 An excusentur Confessarii pro gravibus leves imponentes pœnitencias, si applicent pro pœnitentia ea verba, *quidquid bona feceris, etc.*? & aff. itmo etiam ex *Fag. D. Tho. etc.* si nullas imponant pœnitencias: & probatur, quia possumus per poenas, quas aliundè necessariò patimur ab extrinseco satisfacere pro pœnis peccatis debitis ex *Trid.* ergo poterit Confessarius virtute clavium ea bona elevare ad operandum ex meritis Christi ultra id, quod operarentur ex sola eorum intrinseca bonitate: ergo, &c. *Dia. Bon. Ren. q. 10. etc. contra C. Lugo, Coni. Pala. etc.*
- 70 Tenetur nè Confessarius non tantum vindicativam, sed etiam præservativam pœnitentiam imponere? &. aff. quia Confessarius est Judex, & Medicus: ergo utramque pœnitentiam ex officio imponere tenetur, dum opus fit. Tum quia ita colligitur ex *Trid. eff. 14. cap. 3. Prepo. Ren. q. 11. contra Remi.*
- 71 An teneatur pœnitens pœnitentiam à Confessario ei injungam acceptare? &. aff. non tantum medicinalem, ut certum est, sed etiam satisfactoriam; quia ex *Trid. cit. Confessarius potestatem habet ligandi pœnitentem ad pœnitentiam acceptandum.* Tum quia ratione integritatis Sacramenti tenetur *Confessarius* pœnitentiam injungere: ergo, &c. Tum quia reus iudicii præcipienti obedire debet: ergo, &c. *Vicero. Vasq.* qui dicunt, hoc esse de fide, post *Trid.* Est contra *de Iau. Nav. etc.* quorum opinio variis censuris à *DD.* inuritur.
- 72 Sub qua obligatione teneatur pœnitens pœnitentiam acceptare, illamque implere; & pro mortalibus sub gravi, & pro venia,

nialibus, vel mortalibus aliás confessis, sub levi acceptare, & adimplere teneri; quia pro his gravis, vel levis poenitentia injungitur: ergo materia erit gravis, vel levis: ergo, &c. *Ren. q. 13. Tamb. Cont. etc. contra Sanci. absolutè, sub gravi teneri respondentem.* Verum tamen est, quod si poenitens *socius* poenitentiae, etiam culpabiliter, obliviscatur, ad nihil tenetur, si Confessarium consulere non possit, nisi culpam oblivionis confiteri, sicut nec tenetur iterum confiteri pro illa recipienda, quia factus est impotens ad illam iniplendam. *Tamb.*

73 Si pro mortalibus detur levis, vel pro venialibus gravis poenitentia, an obliget sub mortali? *R. ad primum neg.* quia materia est levis, licet causa sit gravis: ergo, &c. *Ren. q. 14. Sua. etc.* Vnde ad 2. *R. aff.* quia materia est gravis, licet causa sit levis: ergo, &c. *Fag. Henr. etc.* Hinc est, quod non potest Confessarius gravem sub levi, & levem sub gravi poenitentiam imponere; quia operari debet nomine Dei, non proprio, & juxta naturam Sacramenti, quod exigit gravem in materia gravi, & levem poenitentiam in materia levi. *Bon. contra Fag. quoad 2.*

74 Si poenitens non potest totam poenitentiam adimplere, an teneatur ad partem, quam potest? *R. aff.* si poenitentia dividuatur: ut eleemosyna, Rosarium, &c. Secus si individua, ut est matutinum, jejunium in pane, & aqua, quod alterius speciei est à jejunio ordinario. *Ren. q. 15.* Quid autem dicendum sit, si poenitens sit impotens ad officium, an teneatur illud cum socio recitare. Dic cum *Leand.* non teneri; quia non censetur ad id voluisse Confessarium obligare.

75 An aliquando circumstantiae poenitentiae obligent sub gravi, ut Rosarium flexis genibus, &c.? *R. aff.* si sint graves, ut Rosarium, vel Psalmi Poenitentiales flexis genibus ad corporis afflictionem: Secus si sint leves, ut Rosarium coram Imagine, quæ speciale concursum non habet. *Rat.* quia ea presumitur intentione Confessarii. *Tamb. C. Lug. Ren. q. 16. etc. contra Vegam* absolute negantem.

76 Per quod tempus possit Sacramentalis poenitentia differri? *R.* vel tempus poenitentiae prescribitur à Confessario, vel non? *R.* primum differre poenitentiam gravem per 3. dies, non erit mortale; quia non censetur Confessarius invitus. *Ren. q. 17. Hurt. contra Sanci. & Ochaga.* scrupulosè, & variè opinantes. Si 2. differre per sex menses, non erit mortale. *Coso. ex Glosa in cap. finali Cod. de censibus verb. mora;* ait enim Glosa, sine mora sit, quod intra sex, (aliis quatuor) menses sit. *Est contra Mart. d. 8. 10.*

76. *S. Josepb. Escobar Lean, etc.* extenderentes usque ad annum, quorum opinio reprobatur, & nimis laxa reputatur à Bon. Coni.
- 77 An obligatio pœnitentiae imposta pro tali die, cesset si pro eo die impleri non potest? & neg. quia Confessarius non tam attendit ad tempus, sed ad opus; hoc enim ab eo præscriptum est ut principale, tempus autem ut accessorium, & ad sollicitandam, non ad finiendam obligationem, dum aliud ex sua mente non constat. *Dia. Amic. Ren. q. 18. Et c. contra Lean. Fag. etc.*
- 78 Num pœnitentia implenda pro certo tempore, possit per breve tempus anticipari? R. aff. cum causa, per s. scilicet dies, dummodo non constet de contraria mente Confessarii; quia tempus assignatum sumendum est moraliter, non physicè. *Sanci. Ren. q. 19. contra San.*
- 79 Si pœnitens adimpleat pœnitentiam in peccato mortali, an satisfaciat obligationi ei à Confessario impositæ? R. aff. quia præceptum pœnitentiae est humanum, & ideo solum obligat ad opus, non ad modum ipsius: ergo, &c. Tum quia nec Confessarii ad id obligant, nec pœnitentes de hoc se accusant: ergo, &c. *Sua. Fag. Ren. q. 20. etc.*
- 80 Vtrum pœnitentia sic in peccato impleta habeat statim suum effectum remittendi pœnam temporalem, non obstante statu peccati? R. aff. quia effectus satisfactionis temporalis præcipuus est remissio pœnae temporalis cum auxiliis facilitantibus ad præcavenda peccata, & ex opere operato, id est ex meritis Christi Domini: ergo peccatum non reddit hominem incapacem talis effectus, cum etiam homo peccator possit de congruo gratiam sanctificantem mereri. Tum quia satisfaciens, ut talis, solum requirit, ut solvat debitum ex peccato contratum: ergo, &c. *Scot. in 4. dist. 15. Dia. Va/q. etc. contra Sua. Henri. Coni. etc. neque statim, & contra Hurt. Vale. etc. neque recedente fictione, suum effectum habere dicentes.*
- 81 An implens pœnitentiam in peccato mortali, peccat mortaliter? R. non peccare mortaliter, sed tantum venialiter. Primum probatur; quia satisfactio est effectus secundarius Sacramenti: ergo non peccat mortaliter, qui ponit obicem ad illum, sicuti peccat, qui ponit obicem ad gratiam, quæ est effectus primarius. *Dia. Ren. q. 22. contra Barbos. Probatur 2. ex irreverentia, quæ parti Sacramenti indignæ completæ irrogatur. Lay. Fili. Bon. contra C. Lugo.*
- 82 Vtrum requiratur intentio satisfaciendi pœnitentiae per opus injunctum? R. neg. immo satisfit pœnitentiae injunctæ cum explicita

cita intentione non satisfaciendi ; in quo casu etiam opus illud erit pars Sacramenti. Rat. primi; quia ex dictis , sine ea intentione satisfacere possumus præceptis: ergo, &c. *Ren. q.23. San. Veric. etc. contra Pallavici.* & contra *Dia.* requirentem intentionem saltem habitualem. Rat. 2. quia præceptum, & lex non sunt in potestate operantis, cum à voluntate præcipientis dependant: ergo posito, quod operans exequatur opus, non est, &c. *San. Dia. Rat. 3.* quia per illud satisfit pœnitentiae injunctæ: ergo, &c. *Ren. contra Dia.*

33 An possit pœnitens injunctam sibi pœnitentiam commutare in opere meliori , vel evidenter æquali ? *R.* neg. quia commutare est actus jurisdictionis, & clavium: ergo, &c. Tum quia inferior non potest supra præceptum superioris: ergo, &c. *San. Ren. q.24.C. Lugo,* qui contrariam *Portet. Villalo.* etc. communis TT. & fidelium sensui repugnantem vocat, & *Turri.* temerariam.

34 Num possit Confessarius injunctam à se pœnitentiam in alia confessione commutare ? *R.* posse primò in æqualem , non in majorem commutare sine pœnitentis consensu ; quia per primam confessionem finitum est judicium: ergo. &c. *Cors. Posse 2.* in æqualem etiam sine causa; quia sicut impositio fuit Confessario arbitraria, ita, &c. res enim per quas causas nascitur , iisdem dissolvitur . *Valerus.* Quæ omnia procedunt de pœnitentia vindicativa, præservativa enim in aliam præservativam durat taxat commutari potest , nam in ædificationem , non in destructionem imponitur . *Sua.* Denique pœnitentiam dandi eleemosynam , commutare non posse per applicationem ad ipsum pœnitentem , tanquam pauperem , & aliæ opus non est pœnale. *Sanci. Ren. q.25.*

35 Vtrum idem Confessarius possit pœnitentiam à se impositam, extra Sacramentum commutare ? *R.* aff. etiam post longum tempus, & quamvis Confessarius confessionis non recordetur. *M*aximum est contra *Bon. etc. 2. contra Sol. Sua. &c. Rat. primi;* quia cum satisfactio posita non est , judicium adhuc post longum tempus dicitur incompletum , & quasi suspensum ; undè adhuc Confessarius ut Judex jus habet ad urgendum pro executione sententiæ: ergo, &c. *Rat. 2.* quia potest alius Confessarius pœnitentiam commutare in alia confessione , audita priori confessione, ut modò dicenus: ergo, &c. *Ren. q.26.*

36 An unius Confessarius possit pœnitentiam ab alio Confessario impositam commutare ? *R.* Superiorum Confessarium posse, au-

audita iterum confessione: idem dicendum de æquali: inferiorem verò posse, si poenitentia data non sit à Superiore pro reservatis: Secus si pro reservatis: à qua regula excipitur gravis, & difficilis accessus ad Superiorem. Primum est certum. 2. probatur, quia potest idem Confessarius poenitentiam à se impositam commutare: ergo id poterit etiam æqualis. *Syl. sua. Nav. etc. contra Sot. Vito. etc.* Probatur 3. quia excepta potestate in reservatis, omnes Confessarii sunt æquales in hujus Sacramenti administratione: ergo, &c. *Fag.* Probatur 4. quia inferior non potest judicium exercere erga reservata: ergo neque erga poenitentiam pro illis datam. *Ren. q. 27.* Probatur 5. ex tacita licentia Superioris. *Sua. Fag. Med. etc.*

87 Num posuit alius Confessarius, sive æqualis, sive superior, vel inferior poenitentiam commutare extra confessionem? *Ry. neg.* quia commutatio est actus judicialis: ergo, &c. Tum quia poenitentia substituta elevari debet ad satisfaciendum ex opere operato, quod fieri non potest, nisi in confessione. *Ren. q. 28. Dia. C. Lugo.* dicens contrariam *Lean. Mars. à S. Joseph, &c.* omni probabilitatis specie carere.

88 An sufficiat, ut in alia confessione poenitentia commutetur, etiamsi priora peccata non repetantur? *Bi. aff.* quia alijs onus nimis esset Confessariis, & poenitentibus. Tum quia mensura commutandæ poenitentia, est poenitentia ipsa à priori Confessario imposta: ergo, &c. *Nav. Ren. ibi. Henri. etc. contra Vasa. Coni. Fili. etc.*

89 Vtrum per indulgentiam supplere quis possit satisfactionem sibi à Confessario impositam? *W. aff.* si indulgentia correspondeat satisfactioni impositæ. Vnde per Plenariam Indulgentiam poterit quis satisfacere; nam in Bullis Indulgentiarum hoc conceditur. Tum quia per Indulgentiam Plenariam quis satisfacit toti pœnæ debitæ in alia vita: ergo, &c. Nec obstat, quod poenitentia sit pars integralis Sacramenti, cum etiam Indulgentia possit esse talis, ratione operis pii, quod ipsa secum defert. Deinde licet satisfactio sit de jure Divino, hæc autem, vel illa est de jure humano, cum pendeat ab arbitrio Confessarii, in quo Pontifex disponere potest. *Ren. q. 29. Dia. Faus. Bon. &c. contra Nug. etc.* absolventes, & contra *Fag.* *Nav. etc.* dicentes remitti per Indulgentias pœnas peccatis debitas, sed non liberari poenitentem à poenitentia.

SACRAMENTI. POENITENTIAE FORMA. Quares.

- 1** **Q**uænam sunt essentialia in forma Sacramenti poenitentiae? Dico primò verba esse de essentia formæ absolutionis, quia ex Conc. Floren. in Decreto Eug. Sacmenta novæ legi constant verbis tanquam formæ: ergo, &c. Ren. tom. 2. fol. 258. q. 1. contra Nov. Dico 2. non quibuscumque verbis formam absolutionis dari, contra Ser. sed verba essentialia esse: absolve te. Patet ex Trid. sess. 14. cap. 3.
- 2** An saltem in casu necessitatis possit absolutio per nutus, vel in scriptis impendi? neg. quia de essentia absolutionis sunt verba, ex dictis. Dia. Ren. q. 2. &c. contra Prepo.
- 3** Vtrum forma absolutionis possit absenti impetrari? neg. immo nec validè. Primum constat ex declarat. Clem. VIII. Tum quia ly se requirit præsentiam. Ren. q. 3. contra Syl. Fumum, &c. 2. probatur; quia contraria opinio ex dicto Decreto, est falsa: ergo &c. Tum quia si esset valida, posset dari in casu necessitatis, quod non est verum. Sua. Bon. &c.
- 4** Quæ præsentia requiratur ad formam absolutionis impetrarendam? &c. sufficere moralem præsentiam, quæ arbitrio prudentis remittitur: Vnde posset Confessarius è fenestra, vel Confessionario poenitentem non multum distanter absolvere, præciso scandalo; quia Sacmentum poenitentiae est quid morale, non physicum, & poenitens censetur permanere in voluntate absolvendi. Dia. Ochag. Ren. q. 5. &c.
- 5** An absolutio censurarum possit absenti, & in scriptis impendi? &c. aff. validè: item & licite in casu necessitatis tantum: in quo casu habet suum effectum statim ac absolutio datur. Rat. primi: quia potest absens censura ligari: ergo, &c. Ren. q. 6. Sua. Fili. &c. Rat. 2. est necessitas. Fili. Rat. 3. quia absolutio suum effectum habet ex mente absolvientis: ergo, &c. Bon.
- 6** An peccaret, qui omittet in forma absolutionis verba, & peccatis suis? &c. venialiter tantum (contra Duar. &c.) peccare, tam in articulo mortis poenitentis. (contra Grana.) quam extra, sic formam proferentem; quia probabilius est, immo apud Leon. scè certum, ea verba non esse de essentia: ergo hanc opinionem sequendo quis, non exponit Sacmentum periculo. Ren. q. 8. Dia. &c.
- 7** Verum invocatio SS. Trinitatis in forma absolutionis sit necessaria? &c. neg. & eam omittentem venialiter tantum pecca-

care, præciso contemptu. Rat. primi; quia in tantum ea invocatio isti forma Baptismi est necessaria, quia Christus eam expressit: ergo quia in forma absolutionis non expressit, sequitur, &c. Ren. q. 9. D. Tho. Nav. &c. Rat. 2. quia ficeret contra consuetudinem Ecclesiarum. *Bon.*

8 Quae mutatio in verbis formæ reddat irritam absolutionem? *R.* mutationem substanciali reddere eam irritam; accidentalem verò illicitam. Accidental erit: *Ego tibi remitto peccata tua: Tibi à me remittuntur peccata tua. Tu à me absolveris: absolvō Dominationem tuam,* etc. *Bon.* qui contra *Dia.* dicit, has esse mutationes substanciales; *volo ut absolvaris, vel places te absolvī,* etc. *Ren. q. 10.*

9 Si quis in formæ absolutionis dicat *absolvas te Deus,* an valid sit absolution? *R.* neg. quia in hoc Sacramento Sacerdos est Jūdex, non præco. *Bon. Fili. Ren. q. 11. etc.*

10 Vtrum formæ absolutionis impendi possit sub conditione *de futuro?* *R.* neg. quia conditio de futuro suspendit actum de praesenti: Sed de futuro adveniente conditione non est forma, neque materia absolutionis: ergo, &c. Est communis contra *Hiqueum.* Nota conditionem de praesenti, vel de præterito non debere esse explicitam, sed sufficere in sola mente Confessarii retentam, cum ab hujus intentione dependeat ipsam explicita absolution. *Dia. Ren. q. 12. contra Cara.*

SACRAMENTI POENITENTIAE

Minister Ordinarius.

Quatenus

1 **Q**uid habeat Pontifex, ut Ordinarius Minister hujus Sacramenti? *R.* habere omnimodam facultatem pro toto orbe. Hinc posset simplici Sacerdoti prohibere, ne absolvat a venialibus, vel mortalibus alijs confessis: & sic Innoc. XI. in Decreto de quotidiana communione in fine Episcopis inculcavit. Posset etiam ex suppositione, quod quis vellet venialia confiteri, ea reservare, sicut posset mortalia purè interna reservare. *Dia. etc.* Denique posset suam facultatem ordinariam alteri delegare pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis, & Parochis, cum ab ipsis sua potestas non dependeat. *Dia. C. Lugo. etc.*

2 Quid possit Episcopus tanquam Minister Ordinarius in Sacramento poenitentiae? Quid Archiepiscopus? Quid Cap. Sede vacante? Quid Nuntii Apostolici circa Sacramentum poenitentiae? *Vid. Ren. som. 2. fol. 263. q. 2. etc.*

5 Vtrum

- 3 Vtrum possit Parochus admittere ad confessiones suorum Parochianorum non approbatum ab Ordinario. V. Confessio annua q. 33.
- 4 Vtrum possit Parochus exponere ad confessiones suarum ovium approbatum ab alio Episcopo , quam ab Episcopo locit R. neg. quia Trid. requirit approbationem Episcopi , cuius non sine venit proprius , non quilibet ergo , &c. Dia.C.Lugo. Ren.q.7.etc. contra Hen. Coni. etc. quorum opinionem nullam speciem probabilitatis habere, ait Dia.
- 5 An possit Parochus admittere ad confessiones suorum Parochianorum aliud Parochum alterius Dioecesis . Supponendum est primò , Parochos habere ordinariam potestatem circa absolutionem suorum subditorum: & quia sine strepitu judiciali ea exercetur , ideo possunt ipsi suorum Parochianorum confessiones audire in aliena Dioecesi . Pelliz. Supponendum 2. Parochum habere approbationem pro omnibus Christi fidelibus, non verò jurisdictionem. Tamb. R. igitur ad quæsumum aff. si Episcopus non contradicat. Rat. primi; quia ex uno capite alias Parochus approbationem habet, ex alio jurisdictionem recipit à Parocho: ergo , &c. Tamb. C. Lugo.etc. Rat. 2. quia non potest Parochus in aliena Parochia confessiones audire, contradicente Parocho: ergo , &c. Ren. q. 8.
- 6 Potestnè Prælatus Regularis aliis delegare suam jurisdictionem ordinariaim absolvendi suos subditos ? R. aff. nisi subditi essent Moniales, & Prælati Societatis Jesu: Imò possunt aliis alterius Religionis , & etiam Secularibus delegare , præscindendo tamen a quocumque statuto in contrarium . Rat. primi: quia Prælati jurisdictionem habent ordinariam : ergo , &c. Ren. q. 30. Rat. 2. quia Moniales etiam subjectæ requirunt approbatum ab Ordinario ex Const. Greg. XV. sicut Patres Societatis ex Decreto Pauli V. Pelliz. Rat. 3. quia ordinaria potestas delegari potest quibuscumque ex cap. bis , quibus ex officio , de officio Judicis Ordinaris . Tum quia nihil in hoc innovatum eit à Trid. ergo sicut ante ipsum Prælati poterant, ita, &c. De Leone. Fog. Sð. Dia.etc.
- 7 Vtrum Milites D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Equites Jerosolymitani, &c. possint confiteri Sacerdoti , approbato quidem à suis Superioribus regularibus , non tamen approbato ab Episcopo loci ? R. neg. sive omnes verè Religiosi sint , sive non. Secundum constat. i. probatur ; quia nomine secularis (requiritis ex Trid. approbatum ab Episcopo) venient seculares,

- R**eligiousis Claustratis oppositi , quales sunt Equites prædicti *Dia. Tamb. Ren. q. 11. &c. contra Bardum. Jerosolymitanis tantum , & contra Saracenos omnibus Equitibus id permittentes.*
- 8** Supposito , quod Episcopi habent privilegium sibi eligendi in Confessarium quemlibet etiam existentem extra suam Dioecesim. Quæritur an possint eligere Cappuccinum, qui facultatem non habet à Capitulo Generali audiendi confessiones (quam concedere posse usque ad sequens Capitulum, testatur Bulla Clem. VIII. sub die 3. Februa. 1602.) R. neg. quia ex cap. finali de paenit. et remiss. Episcopi privilegium habent eligendi etiam non subditum, præter Superioris licentiam , non autem impeditum ex aliqua prohibitione Pontificis, ut est Cappuccinus : ergo,&c. Tum quia non potest Episcopus sibi eligere ignoranter, excommunicatum, &c. ergo,&c. *Ren. q. 12.*
- 9** An scholastici v. g. qui majori anni parte in proprio domicilio non sunt , possint ibi Sacra menta recipere ? R. excepto Sacramento Ordinis , qui requirit animum perpetuū in aliquo loco manendi, posse tales dici subditos Parochi , vel Episcopi alterius Dioecesis quoad cætera Sacra menta; quia valde durum videtur , hos ibi non posse sepeliri, matrimonio conjungi , &c. *Ren. q. 13. Sar. qui notat non esse expectandos menses sex , sed sufficere eorum inchoationem cum animo, &c.*
- 10** Cuius dicendus sit subditus , qui habitat in confinio duarum Parochiarum , vel Dioecesum ? n. ejus , cuius porta principalis , & magis frequentata domui patet ; quod si utriusque parœciae porta sequè domui pateat, erit subditus utriusque , sicut est, quando pro hyeme domicilium in una loco habet, & in alio pro æstate . *Tamb. Nav. Ren. Ibi , etc.*
- 11** Cujus dici possint subditi Peregrini , vel vagi ? R. ex consuetudine esse subditos illius parœciae, in qua reperiuntur : Vnde confiteri possunt , & Parocco , & aliis approbatis . *Ren. q. 14. Tamb. Bon. Quod si in fraudem peregrinentur , posse etiam absolvi , ajunt Tamb. Fili. contra Bon. & Coni. Rat. est ; quia qui peregrinatur , utitur jure suo : ergo quod jure fit, dolo non fit.*

SACRAMENTI POENITENTIAE

Minister Delegatus .

Quares.

- 12** **A**N simplex Sacerdos, cui non fuit jurisdictio delegata, validè absolvat? R. neg. & est de fide ex Trid. sess. 14. cap. 7. Tum quia potestas, quam Sacerdos in sua ordinatione recipit, est

- est potestas Ordinis separabilis à potestate jurisdictionis: ut patet in Parocho Clerico: ergo, &c. *Ren. tom. 2. fol. 271. q. 1.*
- 2 In quibus casibus concessa ab Ecclesia censeatur hæc facultas delegata absolvendi? R. censeri primò concessam in casu, quo ex communī errore Sacerdos aliquis, approbatus existimaretur, ex l. *Barbatius ff. de officio Praetoris. 2. in articulo mortis ex Trid. sess. 14. cap. 7. tertio ex ratificatione Superioris, de quo infra. Ren. q. 2.*
 - 3 An possit simplex Sacerdos in aliquo casu, extra articulum mortis, absolvere peccatum mortale, aliàs non confessum e.g. oblitum? R. neg. quia in tantum posset, quia valet simplex Sacerdos absolvere à mortalibus aliàs confessis: sed hujus prohibitio imposta fuit Episcopis ab Innoc. XI. ergo, &c.
 - 4 Vtrum sicuti communis error dat jurisdictionem ad absolvendum, ita det probabilis opinio jurisdictionis Sacerdotis? R. aff. qualisunque illa sit, dummodo probabilis, quia hæc etiam inducit communem errorem: ergo, &c. *Ren. q. 4. Fili. Bon. etc. contra Sua. Salas. Sanci. etc.*
 - 5 An ultra communem errorem, requiratur titulus collatus, seu ut alii dicunt, coloratus? R. aff. quia solum quando adest titulus tenetur superior jurisdictionem supplere, cum tunc censeatur Confessarius à Superiore propositus: ergo, &c. *Ren. q. 5. C. Lugo Sas. qui contraria in putat improbabilem, falsam verò Eſco. Et contra Sanci. Bord. Leon. etc.*
 - 6 Si stante communi errore, & titulo colorato aliqui sciant, Sacerdotem illum non habere jurisdictionem absolvendi; an adhuc possint isti validè absolviri? R. esse validam absolutionem ex parte jurisdictionis Confessarii, invalidam verò ex parte penitentis ratione obicis venientis ex prædicta scientia. Rat. primi; quia ex communī errore jurisdictionem habet Confessarius, cui non obstat scientia, unius, vel alterius: ergo, &c. Rat. 2. quia sic accedens cooperatur peccato Confessarii: ergo, &c. *San. Tam. Ren. q. 6.*
 - 7 An non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis censeatur delegata absolvendi simplici Sacerdoti? R. aff. quia idem motivum Tridentini id concedentis in articulo, reperitur in probabili periculo: ergo, &c. Tum quia periculum cum articulo sæpè confunditur: ut in cap. eos, qui de sent. excom. ergo, &c. *Ren. q. 7. San. Henr. Dia. etc. contra Sol. Vale. etc.*
 - 8 Qui dici possint in articulo mortis constituti? R. omnes ii, qui sunt

sunt in probabili dubio mortis , frequenter in eo casu evenientis : sic sunt navigantes in casu tempestatis , vel periculosam navigationem aggredientes: milites dum sunt in helli conflictu: primò , vel difficulter parturientes : qui in probabili periculo sunt in amentiam incidendi: qui peste infectis inserviunt: qui febri maligna laborant: hi, quoruni capita sunt proscripta: Iter facientes inter grassatores , & latrones . Denique qui de facili timent ab inimicis mortem . *San.Ren.q.8.*

9 Vtrum in articulo , vel periculo mortis possit quilibet Sacerdos , etiam excommunicatus non toleratus , Schismaticus , vel Hæreticus à peccatis absolvere ? *R. aff. ex Trid. sess. 14. cap. 7.* Tum quia ex eodem , omnes hujus generis penitentes absolvi possunt: ergo, &c. *C.Lug.Dia.Ren.q.9.etc. contra Medi.Covar.*

10 An quilibet Sacerdos habeat autoritatem absolvendi in mortis articulo , etiam si adsit Sacerdos approbatus ? *R. neg.* quia quando adest approbatus, casus non est necessitatis , in quo sensu à Trid. absolutio simplici Sacerdoti conceditur: ergo, &c. *Ren. q. 10. San. qui ex Mol. adducit declarationem Greg. XIII. Est contra Majo.Syl.Sñ.Tamb. Dia.etc.*

11 Sunt nè aliqui casus , in quibus simplex Sacerdos non approbatus , possit præsente approbato ? *R. aff. primus est , cum Sacerdos approbatus est nominatim excommunicatus , hic enim privatur jurisdictione ; quod si simplex Sacerdos sit etiam aliqua pena impeditus , hic ordo servari debet , ut irregularis non excommunicatus , præferendus sit excommunicato , cum ille non sit vitandus sicut iste: suspensus , vel interdictus , tantum irregulari: hi omnes degradato: hic Hæretico , vel Schismatico.* 2. casus est , cum simplex Sacerdos incepit confessionem ; de quo modò . *Ren. q. 11.*

12 Si simplex Sacerdos incepit confessionem moribundi , an possit illum absolvere , si ante absolutionem superveniat approbatus ? *R. non solum posse , sed debere , si penitens non habeat reservata , quibus annexa sic excommunicatio: quod si sic , absolves ab excommunicatione ab approbato absque repetitione confessionis. Rat. primi; quia simplici Sacerdoti conceditur in casu necessitatis absoluta , non conditionata facultas absolvendi: ergo, &c. Tum quia alias magnum esset onus penitentis , bis sua peccata confiteri. San. Sanci. Dia. &c. Rat. 2. quia non potest simplex Sacerdos aliter moribundum absolvere , nisi cum onere se præsentandi pro absolutione censurarum: ergo, &c. *San.Ren.q.12.contra Trull.**

13 An

- 13 An præsente approbato , possit in casu posito simplex Sacerdos iterum absolvere pænitentem à peccatis oblitis ? R. aff. si oblita fuerunt voluntariè talia: Secus si involuntariè. Rat. primi; quia ob solutionem invalidam, adhuc durat in simplici Sacerdote jurisdicçio erga priorem confessionem: ergo, &c. *Ren. q. 13. San. Rat. 2.* quia illa esset nova confessio à priori independens: ergo, &c. *Sua. Dia. &c.*
- 14 Quando diceridum sit , non adesse copiam Confessarii approbati, ut possit simplex Sacerdos in articulo , vel periculo mortis absolveret R. non adesse, quando in eo periculo constitutus, nec adire, nec commode approbatum vocare potest. *Hem. Trull. &c.* Est certum . Quod si pœnitens haberet reservata Pontifici, qui tamen adiri non potest, benè verò Episcopus , possit nihilominus Sacerdos illa absolvere, præter percussionem Clerici. Rat. primi ; quia ex Trid. tollitur omnis reservatio in mortis articulo: ergo, &c. *San. Rat. 2.* quia id cautum est in jure , *cap. de cætero de sent. excom. in 6. Ren. q. 14.*
- 15 An absolutus in articulo mortis a reservatis, teneatur se præsentare Superiori, cessante periculo? R. neg. loquendo de reservatis, quibus non est annexa excommunicatio: Secus è contrâ: & hoc non ut absolvatur , sed ut vel remedia , vel pœnitentiā recipiat , & aliter faciendo in eandem incideret excommunicationem . Rat. primi ; quia per Trid. in eo articulo tollitur omnis reservatio: ergo, &c. *Famb. Ren. q. 15. Rat. 2.* quia sic (contra de Ianu.) decernitur in cap. eos, qui de sent. excom. in 6. *Tamb. C. Lug. Sanc. &c.* qui notat ex cap. quamvis de sent. excom. in 6. onus se præsentandi esse sub juramento firmandum . Est contra *Iosepb. de Ianu.*
- 16 An sit aliud onus moribundo imponendum , præter prædictum i R. in casibus Bullæ Cœnæ, præter prædictum , exigendum est juramentum (etiam pro foro interno , ut contra *Fisi. Pelliz. &c.* docet *Tamb.*) de stando mandatis Ecclesiæ , id est de stando eo mandato, ob cuius violationem contracta est censura, à qua quis absolvitur, & de satisfactione parte . Constant ex eadem Bulla Cœnæ num. 20. *Ren. q. 16.* An autem idem juramentum eodem modo exigatur pro aliis censuris ? Dic cum communij, exigi in aliquibus atrocibus delictis, ut in percusione Clerici, &c. pro foro tamen tantum externo. Primum constat ex *cap. de cætero de sent. excom. San.* secundum ex *cap. solet, de sent. excom. Tamb. &c.*
- 17 An sicut potest simplex Sacerdos in casu necessitatis absolve-

re ab omnibus censuris, ita possit ab irregularitatibus ex delicto? R. neg. quia nulla est hujus absolutionis necessitas; irregularitas enim, sicut censura suspensionis ab officio, Ordine, vel beneficio non retardant à gloria: ergo, &c. *San. Ren. q. 17. contra Ugolinum.*

18 An per ratihabitionem Superioris validè simplex Sacerdos absolvat? R. aff. si ratihabitio sit de præterito, vel de præsenti, quæ potius dicitur licentia præsumpta: Secus si sit de futuro. Rat. utriusque; quia cum prima ratihabitione non manet suspensus valor Sacramenti, sicut cum secunda. *Ren. q. 18. Nav. Pelliz.* qui notat ratihabitionem de præsenti valere pro eo actu tantum.

19 An Sacerdos secularis approbatus ad Confessiones ab uno Episcopo, possit ubique confessiones aliorum Sacerdotum excipere? R. neg. quia talem antiquam consuetudinem sustulit Trid. *ait enim sess. 23. de reform. cap. 15. Decrevis Sancta Synodus, nullum, eisam Regularem, posse confessiones secularium etiam Sacerdotum, audire: ergo, &c. Ren. q. 19. contra Lay. Coni. Pala.* &c. probantes hanc consuetudinem non fuisse à Trid. sublatam.

20 An possint Regulares approbati ab uno Episcopo, ubique confessiones audire? R. neg. immo nec possunt existentes in aliqua Dioecesi excipere confessiones poenitentium illius Dioecesis, in qua fuerunt approbati. Constat ex Bulla *Superna Clem. X.* in fine. *Ren. q. 40.*

21 Vtrum Regulares Episcopo præsentati, sed ab eo injustè reprobati, possint fidelium confessiones audire? R. neg. & privilegia circa hoc in contrarium revocasse. Trid. & Vrb. notat *Lugu. Ita Cons. Fili. Vasq. &c. contra Lay. Nav. Fog. &c.*

22 An Generales Regularium possint excipere confessiones secularium, vel suarum Monialium absque Episcopi approbatione? R. neg. Primum probatur: quia Praelati Regularis, si nomine Parochorum (quibus id à Trid. conceditur) veniunt, hoc est respectu suorum subditorum tantum: ergo, &c. Est contra *Hen. Manci. Med. &c. 2. constat ex Decr. Clem. X. cit. Ren. q. 22.*

23 Possunt nè Regulares excipere confessiones secularium, qui sunt de eorum familia, vel infirmorum in suis hospitalibus curamorantium? R. ad primum aff. si sunt continui cooperatoriales: Secus si in eorum servizio tantum sunt. Ita deciditur in Declarat. Sac. Cong. tempore Greg. XIII. & novissime in Constitut. Clem. X. *Peyrinus. Ren. q. 23. Lay. &c. contra Pelliz. Dia.* & ab solute negantes. Vnde ad 2. R. neg. quia infirmi praedicti non sunt continui cooperatoriales. *Gav. contra Bord.*

S A C R A M E N T I P O E N I T E N T I A E
Minister Ordinarius ad reservata. Quares.

- 1 **Q** Vis possit jure ordinario absolvere à reservatis? *R.* posse primò illum, qui peccata reservavit. 2. Superiorum illius, qui reservavit. 3. perpetuum Delegatum: ut est Episcopus à Trid. delegatus ad Pontifici reservata occulta. *Tamb.* *Ren. tom. 2. fol. 283. q. 1.*
- 2 An Vicarius Episcopi habeat jure ordinario facultatem absolvendi à reservatis à suo Episcopo? *R. neg.* nam licet ut potest Ordinarius in Dioecesi, Parochisque Superior possit ex officio confessiones audire, aliisque dare hanc licentiam absque speciali commissione, ut docet *San.* contra quosdam; sine haec tamen à reservatis absolvere non potest; quia in generali confessione non veniunt ea, quae speciali indigent concessionem. *Barb. Merol. Ren. q. 2.*
- 3 Vtrum Pænitentiarius Ecclesiae Cathedralis vigore Trid. electus, habeat jure ordinario facultatem absolvendi à reservatis? *R.* illam neque de jure, neque de consuetudine habere. Est contra *Vidal.* absolute utrumque affirmantem. *Rat. primi;* quia Trid. decernit institutionem Pænitentiarii, tanquam aptam personam pro reservatis, non autem ei concedit facultatem in reservata: ergo, &c. *Tum* quia ea denegatur Vicarius ergo, &c. *Ren. q. 3.* *Dia. Zerol.* &c. Hinc si Episcopus sibi reservavit aliquem casum, non potest in illum Pænitentiarius. *Venerus.* *Rat. 2.* quia consuetudo, ut possit servari, debet esse rationabilis, quod non verificaretur in casu; nam tunc duo essent Episcopi in una Dioecesi. *Dia.* contra *Boss. Homob.* &c.
- 4 Quam potestatem habeant Episcopi vigore *Trid. sess. 24. de reformat. cap. 6.* super casus Papæ reservatos? *R.* posse Episcopos subditos habentes absolvere ab omnibus casibus, irregularitatibus (excepta Irregularitate ex homicidio voluntario) & suspensibibus ex delicto Papæ reservatis occultis quidem, & non deducitis ad forum contentiosum. Item & ab omnibus censuris occultis. Et denique ab omnibus reservatis etiam post Trid. ut est duellum, item ingressus in Monasteria Monialium, &c. (nisi casus ita reservetur Papæ, ut expressè derogetur Trid.) Primum constat ex cit. *Trid. Ren. q. 4.* 2. probatur; quia casus reservati Pontifici, sunt reservati ratione excommunicationis: ergo, *Tamb. 4.* constat. Probatur 3. quia tam in reservatis, quam in

reservandis est eadem ratio absolutionis , si sint occulta : ergo utriusque eademi legis dispositio. *Dia. ex Bon. &c.*

5 An per Bullam Coenæ censeatur, quoad casus Bullæ, revocata ista facultas Episcopis à Trid. concessa ? *R. neg.* quia Trid. ob ejus autoritatem, non censetur derogatum, nisi fiat de eo specialis mentio , ex cap. *nonnulli de rescriptis* ; sed Bulla in genere, tantum derogat cuivi Concilio: ergo, &c. Tum quia per Bullam Coenæ non derogatur Bullæ Cruciatæ quoad casus occultos: ergo ita in casu nostro. *Ren. q. 5. Fag. Tamb. &c. contra Dia. Bon. Barbo. &c.*

6 Vtrum Episcopi possint aliquando absolvere casus Papades, etiam publicos, & ad forum contentiosum deductos ? *R. aff.* si pœnitentes sint impediti, sive physicè, sive moraliter , etiam si casus essent hærefis, vel intra Italianam reservati , & quamvis aliundè possint per literas Summum Pontificem, vel Sacram Pœnitentiariam adire , damna modò tamen onus suscipiant se præsentandi , cessante impedimento . Rat. primi ; quia eadem ratio currit in aliis casibus Papæ reservatis , ac in publica percussione Clerici , ne scilicet pateretur quis magnum animæ detrimentum ex dilatione absolutionis : sed certum est , posse Episcopos percussorem absolvere, ex cap. *multiet, & aliis, de sent. excom.* ergo, &c. *Tamb. Ren. q. 6. Nav. &c. contra Bon. & Vgeli.* Rat. 2. quia cum Papa adiri non potest, cessat reservatio Papalis , & casus devoluitur ab Ordinariis : ergo literæ non sunt necessariæ. *Dia. contra de Leon.*

7 In quibus casibus, censeatur quis impeditus adire Romam ? *R. censi* impeditum primò ob periculum mortis in itinere. 2. ob longam infirmitatem etiam non periculosam . 3. ob paupertatem. 4. ob ætatem sive senilem , sive puerilem . 5. ob fragilitatem sexus in feminis. 6. alteri, sive Domino , sive Parenti adstricatum . 7. ob curam animarum , vel temporale dominium, quando subiectorum detrimentum timetur . 8. ob debilitatem in viris delicatis. Denique ob quodlibet aliud impedimentum, quod arbitrio prudentis legitimum censetur. *Dia. ex variis iuribus, & Ren. q. 7.*

8 An Vicarius Episcopi , & Capitulum Sede vacante, habeant prædictam facultatem ? *R. ad primum neg.* si ei ab Episcopo non concedatur. Constat ex *Trid. sess. 14. cap. 6.* Tum quia id conceditur Episcopis ratione suæ dignitatis, & officii: ergo, &c. *Ren. q. 8. Dia. Tamb.* Vnde ad 2. *R. aff.* quia, quæ de jure speciali ordinario Episcopo competunt , transiunt ad Capitulum: ergo,

- ergo, &c. *San. Merol. Tamb.* &c. contra *Bon. Fili. Sua. &c.*
- 9 An Prælati Regulares habeant hanc facultatem Concilii absolvendi seculares à casibus Papalibus occultis, præsertim hæresis? R. neg. quia adhuc permisso, quod quando casus Bulle sunt occulti, iam non sint Pontifici reservati, sed jure ordinario competant Episcopis; falsum tamen est (ex Bulla Alex. VII. & Decreto Clem. X.) posse Regulares absolvere à reservatis Episcopo virtute suorum privilegiorum: ergo, &c. Contraria opinio *Croulers*, &c. damnata est ab Alex. VII. prop. 4. &c 12.
- 10 Vtrum Abbates, & alii Prælati Regulares habeant hanc facultatem Trid. in suos subditos? R. Abbates habentes Diœcesim, & Territorium proprium nullo Episcopo subiectum, ut sunt Abbates Montis Cafini, & SS. Trinitatis Civitatis Cavæ, posse circa suos subditos, etiam seculares eadem, quæ potest Episcopus circa suos. Cæteros verò Prælatos posse circa suos subditos, (etiam in hæresi occulta, ut contra *Sanci*. vult *Dia.* ex Declarat. Sac. Cong. 17. Novembris. 1628.) non tamen ex vi Trid. sed tantum ex motu proprio Pii V. edito 21. Julii 1571. Rat. primis quia tales Prælati habent plenam jurisdictionem Episcoporum; possunt enim deputare Vicarium, tribunal erigere, approbare ad confessiones, &c. ergo, &c. *San. Merol. Say. &c. contra Bon. Fili. Sua. &c.* Rat. 2. quia Trid. hanc facultatem concedit jurisdictionem habentibus in aliqua Diœcesi: ergo, &c. Rat. 3. pendet ex verbis dicti motus proprii, apud *Roders*. Ita *Ren. q. 10. Merol. contra Sua. San. &c. absolute negantes.*
- 11 An Archiepiscopi habeant hanc facultatem Trid. circa suos suffraganeos, & Cardinales circa suos subditos? Loquendo de primis. R. aff. dum actu Diœcesim visitant; quia tunc Diœcesis illa reputatur sua: ergo, &c. *San. Loquendo* verò de secundis. R. neg. quia Cardinales non habent Diœcesim propriam, & subditos in ea, pro quibus tantum à Trid. Episcopis concessa fuit facultas. *Coro. Ren. q. 11. contra Dia.*
- 12 Quando delictum dicatur occultum, ita ut vigore Trid. absolviri possit? R. tunc dici occultum, quando imprimis non est publicum publicitate juris, id est in iudicio probatum: rursus quando facile evulgari non potest: Et denique, quando non est publicum publicitate facti, id est taliter commissum, ut sciatur in quavis vicinia, vel communitate magna à decem personis, vel à sex in communione decem personarum; vel ut ait *Tamb.* numero prudentis arbitrio. *Ren. q. 12.*
- 13 An delictum deductum ad forum contentiosum, sed non probatur,

batum, vel si probatum, judicium tamen parti non est intimatum, possit dici occultum? *S.* ad primum aff. dummodo (*ex Glos. in cap. Omnipotens q. ver. denunciantur in fine de accusa.*) elapsus sit annus: *imò & etiā sit semiplenè probatum.* Rat. primi; quia tunc ita se habet, ac si non esset deductum. *Fag. Vival. &c.* Rat. 2. quia tunc reus absolvitur: ergo delictum remanet occultum: ergo, &c. *San. Ren. q. 13. &c.* contra *Sua. &c.* Vnde ad 2. *R.* etiam aff. quia citatio est primus actus judicij: ergo ea non facta, delictum non dicitur deductum ad forum contentiosum, & sic nec etiam publicum publicitate juris. *San.*

14 Si publica vox, & fama fuerit, Petrum v. g. perpetrasse tale delictum, an possit dici delictum non publicum? *S.* aff. quia cum publica voce, & fama tergiversari potest delictum: sed cum haç tergiversatione delictum non potest dici publicum: ergo, &c. *Ren. q. 14. Fag.*

15 Si delictum est publicum in uno loco, an absolvit possit in alio, ubi est occultum? *R.* aff. si ibi de facili non sit publicandum; quia publicus excommunicatus in uno loco, non est vitandus in alio, ubi est occultus: ergo publicum in uno loco non potest dici publicum in alio. *Ren. q. 15. San. Fag. &c. contra Sua. Bon. &c.*

16 Quando delictum dici possit ad forum contentiosum deductum? *R.* delictum deduci ad forum contentiosum simpliciter per citationem. *San. Henri. Gen. u. &c.* Rat. borum est; quia à citatione incipit judicium, *S. finali insit. de pena temere litigantium.* Est contra *Coto. & Akeriam*, per accusationem coram legitimo Judice factam, & contra *Pala. Barbus. &c.* per litis contestationem deduci dicentes: sed hoc 2. verum est de perfecta, non de deductione simpliciter. *Ren. q. 16.*

17 Si reus finito Judicio fuit liberatus, vel condemnatus, an possit ab Episcopo vigore Concilii absolvit? *R.* ad primum aff. quia cum liberatione delictum non dicitur probatum, & sic cum effectu non deductum, & consequenter non publicum. *Say. Dia. &c.* Vnde ad 2. *R.* neg. ex opposita ratione. *Say. Ren. q. 17. &c.* Quid autem dicendum sit, si delinqiens neque absolutus, neque condemnatus se comprousuimus. Dic cum *Ren.* posse absolvit, si ante probationem se comprousuimus. Secus si postea. Primum patet. 2. probatur: nam si minus delictum remanet deductum, remanet tamen publicum: ergo, &c.

18 Quinam dicantur subtili Episcopi vigore hujus Decreti? *S.* quoad absolutionem ex consuetudine, & ex tacito Regulatum con-

consensu, esse omnes, qui in sua Diœcesi reperiuntur, etiam si sint vagabundi, peregrini, & habentes domicilium in duplice Diœcensi. *San.* Excipiuntur Regulares exempti; quia ex *Red. Rosell.* etc. contra *Dia.* non possunt Prælati Regulares suos Religiosos exemptos subdtere Episcopo. Quoad dispensationem verò ab irregularitatibus, & suspensionibus nequaquam esse supradictos; quia nulla in hoc est consuetudo, vel tacitus consensus. Tum quia vagabundos non potest Episcopus ad ordines promovere, quod est principale: ergo, &c. *San. Ren. q. 18.*

19 An Episcopus possit uti hac facultate, si ipse, vel subditi existant extra Diœcensem, jam quod in Trid. dicitur, *subditos in sua Diœcesi?* *R.* ad primum aff. quia tantum jurisdictio contentiofa exerceri non potest ab Episcopo extra Diœcensem, non autem voluntaria, ut est absolutio ab occultis. *Sua. L. edes.* contra *Hen.* &c. Vnde ad 2. *R.* etiam aff. quod intelligitur, quando ipse Episcopus etiam extra Diœcensem existit, alioquin absenteum absolveret. Probatur; quia ly in *Diœcesi sua* non fuit dictum à Conci. taxativè, sed demonstrativè, quasi notando id, quod ordinariè fieri solet: ergo, &c. *San. Ren. q. 19.* contra *Sua. F. op.*

20 Vtrum Episcopi, quoad absolutionem possint uti hac facultate Concil. extra Sacramentalem confessionem? Dubium procedit non de dispensationibus, nec de absolutione casuum, sed de absolutione censurarum, cum certum sit, facultatem dispensandi in irregularitatibus, &c. posse exerceri extra confessionem, & facultatem absolvendi à casibus debere intra confessionem exerceri *R.* igitur ad quæs. aff. quia facultas absolvendi in foro pænitentiæ intelligitur dumtaxat intra confessionem, de qua non loquitur Concil. non autem facultas absolvendi in foro conscientiæ, de qua mentionem facit: ergo poterit Episcopus extra confessionem ab his censuris absolvere. *San. Ren. q. 20. Sua. G. contra Barbos.* Quo facto eum censeatur tunc sublata reservatio, statim à quolibet Confessario casus absolviri possunt. *San. Gavan. G. c.*

21 Quodnam dicatur homicidium voluntarium, quod exigitur in dicto Decreto Trid. ? *R.* dici voluntarium, quando est *illicitum. Nav.* quod comprehendit etiam commissum ex rixa, cum adhuc sit in se volitum, licet rixa sit casualis, ut contra *Coni.* etc. volunt *Ren. q. 21. Sua. Mol.* etc. Deinde quando est intentum in se, saltem æquipollenter, ad includendum homicidium ex veneno, quod ex maxima propinquitate causæ cum ipso, dicit non potest casuale. Denique quando est volitum, alias quam

vitandæ mortis causa, (idest, quam in sui defensione) ab Oratore. Dicitur *ab Oratore*; quia si mandans percussionem tantum, mandatarius excedens mandatum, homicidium commisit, hoc respectu mandantis dici non potest voluntarium. *Say. Nav. Dia.*

22 An Episcopus possit vigore hujus Decreti dispensare in irregularitate orta ex illegitimis natalibus occultis, vel ex defectu lenitatis? *R.* ad primum neg. quia ea irregularitas est ex defectu, non ex delicto: & licet talis possit dici ex delicto Patris, Trid. tamen attendit proprium, non alienum delictum. *Dia. Sua.* qui contrarium *Avile* improbabilem putat. Vnde ad 2. *R.* etiam neg. ob eandem rationem. *Ren. q. 23. Bon. Hurs. contra Barbos.*

23 Vtrum possit Episcopus subdelegare hanc facultatem Trid. i. *R.* non posse generaliter in casu haeresis: nisi Episcopus esset etiam Inquisitor: in cæteris verò casibus posse suo Vicario, vel Pænitentiariis. Rat. primi; quia Trid. prohibet, posse Episcopum deputare Vicarium generalem, qui ex officio ab haeresi absolvat: ergo, &c. *Fag. San. etc. contra Sua. etc. Rat. 2.* quia facultas absolvendi ab haeresi occulta est ordinaria, annexa Inquisitoris officio: ergo, &c. *Ren. q. 23. Rat. 3.* quia talis facultas competit Episcopis jure ordinario, ratione dignitatis, & officii, non ratione personæ: ergo, &c. *Tamb.*

SACRAMENTI POENITENTIAE Minister Delegatus ad reservata. Quares.

- 1 **T**enenetur nè Superior subdelegare facultatem absolvendi à reservatis? *R.* neg. quia potest Episcopus velle, ut pœnitentes ad se accedant pro reservatis; hoc enim oritur ex ipsa natura reservationis. *P.M.Q. Ren. tom. 2. fol. 296. q. 1.* Verum tamen est, contrarium expedire: imò quandoque necessarium esse, ut in locis, ubi Bulla Cruciatæ non est, ait *Quintanadue.*
- 2 An pœnitens possit absolviri, si injustè ei licentia denegetur? De Regularibus non est dubium, ex Decr. Clem. VIII. *Vericell.* De cæteris discurrendo, dico cum *Ren. q. cit.* & *P.M.Q.* debere tunc pœnitentem recurrere per literas ad Pontificem pro absolutione, quia in tantum Regulares possunt, quia id eis conceditur per decretum prædictum: ergo, &c. Tum quia sic decisum fuit in Sac. Cong. super negotiis Episcoporum, & Regularium, cuius declaratio emanata fuit die 7. Decemb. 1646. Est contra *Nav.*

Nas. Rodri. Tolent. &c. absolutè affirmantes, & contra Vafq. Bon. C. Lugo. &c. absolvì posse negantes, sed concedentes posse poenitentem se gerere tanquam non habentem copiam Confessarii.

Ren. q. 2.

- 3 An potestas delegata absolvendi à reservatis sit latè, vel strictè interpretanda? R. esse latè interpretandam, si sit delegata in genere: strictè verò, si in specie in casu particulari pro tali, vel tali persona; quia in primo casu datur in bonum communis tatis: in 2. verò in favorem tantùm certæ alicujus personæ.
Ren. q. 2. Tamb. ex Pala.

- 4 Vtrum facultas delegata concessa Pænitentiariis Ecclesiæ Neapolitanæ se extendat ad dispensandum in privatione petendi debitum? Rat. dubitandi est; quia id conceditur ex privilegio, Regularibus: ergo, &c. Nihilominus R. aff. quia potestas delegata in universum, latè est interpretanda: ergo, &c. Tum quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: sed in Bulla Pænitentiariæ Neapolit. excipitur dispensatio in irregularitatibus: ergo potest Pænitentiarius; eo tamen modo, quo potest Episcopus, videlicet dispensare potest in privatione petendi debitum, ortam per affinitatem incestuosam, vel ortam ex voto castitatis emissâ post consumatum matrimonium, non ante.
Ren. q. 3.

- 5 An is cui ab Episcopo delegatur facultas absolvendi à reservatis, possit non solum absolvere à casibus Episcopali bus, sed etiam à casibus, de jure Episcopo reservatis: ut sunt levis Clerici percussio, casus occulti Bullæ Coenæ, abortus, &c.? R. neg. quia quando aliud non explicatur, censetur delegata ea facultas pro casibus ab Episcopo, non à Papa reservatis.
P.M.Q. contra Tamb.

- 6 Si Superior dicat, *do tibi omnem meam autoritatem*, an censetur delegata illi facultas circa reservatas? R. aff. si hoc dicat jam ab ipso approbato ad confessiones audiendas: vel si non approbato, ea tamen verba proferat post concessionem unius reservati: in quo casu censeretur etiam approbare ad confessiones audiendas. Secus si modo prædicto, loquatur cum non approbato, vel si ei dicat: *do tibi omnes casus*. Rat. primi; quia tunc aliquid plus præter approbationem censetur ei concedere: ergo, &c. Rat. 2. quia generalis illa facultas determinatur per antecedentem facultatem ad unum casum: ergo, &c. Rat. 3. quia qui vult consequens, vult etiam antecedens. Rat. 4. quia sub generali concessione non veniunt ea, quæ speciali indigent ap-

pro-

probatione : sed tam generale est, dicere *do tibi omnem meam auctoritatem*, ac *do tibi omnes casus*: ergo, &c. *Ren. q. 6. Fag.* contra *Tamb.* quoad ultimum.

- 7 An concessa facultate absolvendi à reservatis, intelligatur etiam concessa facultas absolvendi ab excommunicationibus ? *R. aff.* si Superior id non limitaverit ; quia connexorum eadem est ratio. *Ren. q. 7. P. M. Q. ex Averfa.* & communis contra *Tamb.* id permittentem in concessione facta à Papa, non ab Episcopo.
- 8 Vtrum delegatus ad absolvendum à reservatis, possit subdelegare suam auctoritatem alteri simplici Sacerdoti ? *R. delegatum ad universitatem causarum, posse (si id prohibitum non sit, ut esse hic Neapolij) non jurisdictionem ipsam subdelegare, sed nudum ministerium pro uno, vel altero casu, audiendo scilicet casus reservatos, imponendo pœnitentiam pro illis, & nihil arbitrio Confessarii inferioris committendo, nisi nudum ministerium absolutionis. Delegatum verò ad casum tantum particularē, nequaquam possē. Rat. primi; quia cum delegatur nudum ministerium, non delegatur jurisdictione ipsa ; sicut cum delegatur ipsa facultas : ergo nudum ministerium delegare potest, non jurisdictionem. Ren. q. 8. De Janu. P. M. Q. &c. Rat. 2. quia delegatus non potest subdelegare, ex C. Finali ff. de officio ejus. San.*
- 9 An possit Confessarius inferior absolvere pœnitentem à peccatis non reservatis, & pro reservatis (censuris non annexis) illum mittere ad Superiorē ? *R. aff. in casu gravis necessitatis, infamiae v. g. ex omissione communionis, (quod verum est etiam in casibus censuris annexis) quia tunc confessio quamvis non sit integra materialiter, est tamen talis formaliter. Tum quia naturale præceptum prævalet Divino, & Ecclesiastico. P. M. Q. Nav. Dia. &c. contra Syl. Palud. etc. Extrà vero talem casum non potest Confessarius licite ; pœnitens vero validè absolvitur, si bona fide acceda, & confiteatur tam reservata, quam non reservata (quamvis postea comperto errorē), ob directam absolutionem reservatorum tenetur iterum reservata confiteri Superiori legitimo ex P. M. Q.) invalidè vero, si mala fide id facit. Rat. primi ; quia integritas confessionis est de jure Divino, & in eo casu dimidiaretur tam confessio, quam absolutione ; ergo, &c. Coni. Rat. 2. quia eo casu directe pœnitens à non reservatis absolvitur, indirecte vero à reservatis. Tum quia directa tantum absolutione reservatorum reservatur, non indirecta : ergo, &c. Coni. Rat. 3. quia tunc graviter peccat.*

ergo

ergo, &c. *Ren. q. 9. Contra Syl. Nav. sic. absolutè affirmantes, si pœnitens confiteatur reservata, & non reservata.*

10 Vtrum è contra possit Confessarius Superior absolvere à reservatis, & mittere pœnitentem ad Confessarium inferiorem, pra non reservatis? R. non posse, primò si totam confessionem reservatorum, & non reservatorum audivit; quia tunc tenetur ab omnibus absolvere, & si intendat reservata tantum absolvere, peccat mortaliter, licet valida sit Confessio ex parte pœnitentis ab omnibus absoluti, velit, nolit Confessarius; nam hic intentionem habere debet faciendi Sacramentum: ergo cum hac intentione ab omnibus absolvit. *Ren. q. 10.*

Deinde dico nec etiam posse, quando tamen reservata audit, nisi gravi concurrente causa, qualis non est magnus Populi concursus, &c. Rat. primi; quia confessio dimidiari non potest absque gravi causa: ergo, &c. Rat. 2. quia ex parte pœnitentis, gravi concurrente causa, dimidiari potest confessio: ergo, &c. *P.M.Q. Tamb. &c. Rat. 3.* quia id expressè damnatum est ab Innoc. XI. prop. 59. Denique dico, hæc omnia intelligi de absolutione dimidiata à peccatis, non autem de absolutione ab excommunicatione, vel de delegatione ad reservata facta inferiori à Superiori.

11 In casu, quo Confessarius Superior, gravi concurrente causa, absolvit pœnitentem à reservatis, mittens illam pro non reservatis ad inferiorem, an teneatur pœnitens fateri huic Confessario inferiori integrum confessionem? R. neg. quia in omnibus casibus, in quibus pœnitens dimidiat confessionem materialiter, non tenetur postea nisi peccata non confessa confiteri. *Sua. Ren. q. 11. contra Hen. Medi. &c.*

12 In casu necessitatis, quo inferior Confessarius absolvit à non reservatis, mittens pœnitentem ad Superiorum pro reservatis, teneatur ne pœnitens tali inferiori etiam reservata confiteri? R. neg. quia ab eo non potest à reservatis absolviri: ergo, &c. Tum quia non tenetur bis sua peccata confiteri: ergo, &c. *San. P.M.Q. Ren. q. 12. &c. Est contra Sos. & Fili. affirmantes, & contra Duan. Ricc. &c.* neque non reservata teneri confiteri dicentes.

13 Cum quis confiteatur reservata Superiori, & oblitus sit aliquis reservati, an oblitum remaneat reservatum? R. aff. quia cum absolutione indirecta oblitorum stare potest reservatio; nam tunc præsumi potest, & debet voluntas Confessarii circa oblitera mortalia, que cum confessis absolviti debent, non autem

voluntas auferendi reservationem. *Cotc. Bon. Ren. q. 13. Et c. contra C. Lugo. Pala. Tamb. &c.*

34 An per confessionem invalidam ob defectum doloris , factam habenti auctoritatem , tollatur reservatio ? *R. neg. si habeat auctoritatem vigore Cruciatæ, vel Iubilæi: Secus si eam habeat etiam ex delegatione. Rat. primi: quia tunc non lucratur quis Jubilæum, vel Cruciatam: ergo, &c. Rat. 2. quia intentio Superioris reservantis est , ut peccata reservata in confessione audiatur , & super illis judicium feratur , quod verificatur in confessione invalida prædicta : ergo , &c. Dia. Sua. Hen. Ren. q. 14. Et c.*

35 Vtrum absolutus à reservatis à simplici Confessario in articulo , vel periculo mortis , teneatur Confessario Superiori confitenti oblita reservata, ut talia, si postea convaluerit *R. neg. etiam si reservatis annexa sit excommunicatio. Rat. primi: quia tempore mortis cessat omissis reservatio: ergo, &c. De Janu. Ren. q. 15. Rat. 2. quia absoluta censura , (quod semper Confessarius intendit saltem per generalem earum absolutionem) casus non remanent amplius reservati: ergo, &c. C. Lugo. de Janu. Dux in quæsito, reservata, ut talia ; quia ut mortalia tenetur inferiori confiteri ; Et oppositum damnatum est ab Alex. VII. prop. 11.*

36 Confessarius dubitat de sua jurisdictione circa aliquod reservatum , vel dubitat aliquod peccatum esse reservatum , an possit absolutionem impendere ? *R. ad. primum neg. quia possessio stat pro reservato, quod constat esse tale. Ren. q. 16. Bon. San. etc. ergo, &c. Vnde ad 2. R. aff. etiam si casus sit Bullæ Cœnæ . Rat. primi: quia possessio stat pro jurisdictione: ergo, &c. Ita Authores cit. 2. constat ex Decreto Clem. VIII. de anno 1602. moderate , & declarante primum ejusdem Pontif. de anno 1601. Veric. Pelli. Dia. &c.*

SACRAMENTI POE NITENTIAE SIGILLUM. Quæres.

1 *Q*uid sit sigillum confessionis ? *R. esse obligationem , qua Confessarius tenetur ea reticere , quæ sibi per confessionem manifestata fuerunt. Dicitur, que sibi per confessionem, etc. in quo differt sigillum à secreto naturali; illud enim, ut veniens à Christo Domino, quatenus Deus est, & author gratiæ, fortius est secreto naturali, veniente à Deo, solum ut Authore naturæ. Fag. Ren. tom. 2. fol. 304. cap. 5.*

2 *Quanta fit obligatio sigilli? R. obligationem sigilli cum ex jure*

- re naturali, tum Divino, tum Ecclesiastico, ex Cap. omnis utriusque sexus de penit. & remiss. venire, & ipsum frangentem peccare, & contra Religionem ob irreverentiam illatam Sacramento (reddit enim confessionem odiosam) & contra justitiam, tum laetando pactum implicitum inter Confessarium, & penitentem, tum etiam & ipsam famam. *Fag. Sua. Ren. q. 1.*
- 3 An detur materia parva in fractione sigilli & neg. quia veniam confessio est etiam absolute confessio, cuius revelatio sub gravi prohibetur: ergo, &c. Tum quia obligatio sigilli non est circa peccata magna, vel parva, sed circa negotium confessionis, quod maximi momenti est, & prorsus necessarium: ergo, &c. *Dia. Ren. q. 2. contra Sot. contrariam admittentem, ut probabilem, quod fallum reputatur à Sua. & Fag.*
- 4 Num in aliquo casu, cedet obligatio sigilli & cessare. primò ex expressa licentia penitentis. Patet. *Fag. 2. in casu, quo Confessarius alia via seit de auditis in confessione. Est communis. Ren. q. 3. 3. in casu, quo Confessarius in generali de auditis loqueretur (tacitis circumstantiis, ex quibus notitia penitentis haberi possit) Guimenius.*
- 5 Vtrum possit Confessarius absque licentia penitentis loqui cum ipso extra confessionem de errore commisso in confessione, & aff. immediate post absolutionem: Secus non immediate post. Rat. primi; quia tunc censetur moraliter durare eadem confessio: ergo, &c. *Ren. q. 4. Fili. Pellix. etc. contra Fag. 2. probatur per oppositam rationem. Dia. Praepo. Gra. etc. contra Pal. Sua. etc. tion solum Confessarium posse, sed ad id teneri dicentes, quod improbabile reputat Dia.*
- 6 Potestne Confessarius in secunda confessione sine licentia de auditis loqui cum penitente, & aff. si necessitas aliqua adsit; quia talis locutio est intra forum Sacramentale: ergo, &c. Tum quia potest Confessarius ex auditis in prioribus Confessionibus nolle absolvere recidiuuni: ergo, &c. Denique quia pro distinctione penitentis optimum consilium est eidem Confessario semper confiteri: ergo, &c. *Ren. q. 5. Tamb. Henri. contra Dia.*
- 7 An aliquando possit Confessarius absque licentia penitentis, uti notitia confessionis ad emendandum complicem, & neg. quia sicuti sub sigillo cadit penitens, ita, & complex; ergo, &c. Tum quia neque in bonum penitentis spirituale, potest Confessarius uti notitia confessionis, ex dicendis: ergo, &c. *Sot. Sua. Syl. &c. contra Ios. de la Crûz. Hinc non poterit Confessarius*

Interrogare complicem in confessione de auditio peccato in confessione alterius complicis; quod procedit dumtaxat, quando secundus complex suspicari possit, notitiam venire ex confessione alterius complicis. *Videt. Lay. Ren. q. 6. &c.*

- 8 Vtrum possit Confessarius uti notitia ad aliquid operandum v. g. negando suffragium? R. neg. quia vitandum est in hoc Sacramento quidquid illi odiosum, & formidabile est: ergo, &c. Tuth quia id ex motu proprio Clem. VIII. sub die 26. Martii 1594. prohibitum fuit Regularibus, quod extendi ad non Religiosos notavit *Dicastil. Ren. q. 7. Lay. San. &c.*
- 9 An possit Confessarius ex auditis in confessione res suas vigilantes custodire, servo claves non committere, vel illum dimittere, & si sit Superior portam, vel fenestram claudere? R. neg. si inde confessio reddatur difficultis. Constat ex dictis, *C. Lug. Ren. q. 8. contra Bon. Tamb. Pala. &c.*
- 10 An possit Confessarius, qui in confessione supra Altare scit, vinum esse venenatum, & complices illius delicti adesse, ut effectum videant, possit inquam, Missam omittere, & non sumere vinum, si ex ea omissione complices sciant, id fecisse ex notitia habitâ in confessione? R. aff. quia tunc paenitens pudore non afficeretur, nisi apud complices, apud quos pudor nullus est, cum illud sciant: ergo, &c. Tum quia actio illâ de se non est manifestativa peccati, sed tantum per accidens, ex eo quia aliunde notum est paenitentis peccatum: ergo facto illo non revelatur peccatum, sed tantum revelatur, confessionem peccati fuisse factam, quod licitum est. *Ren. q. 9. Coni. Bon. Lay. &c. contra Sua.*
- 11 Vtrum in casu positô possit Confessarius uti notitia confessionis, etiam si paenitens esset occidendus a complicibus? Dico, quod si Confessarius fingendo deliquum, homicidium evitare posset, ad id teneretur: quod si non posset, laudabile esset, sed non obligatorium. Primum, & 2. constat. 3. probatur; quia mors non ex actione Confessarii, sed per accidens sequeretur ex malitia suspicantium. *Coni. Lay. Ren. q. 10. contra Bon. absolu- lute negantem, & contra Nag. absolute concedentem.*
- 12 Potest ne Confessarius uti scientia confessionis ad evitandum suum spirituale damnum, v. g. nulla adhibita excusatione non adiungendo ad confitendum mulierem disfirmam, quam plures Confessarios, ex notitia confessionis sollicitasse, scit? R. aff. quia non adire non est actio de sui natura revelativa confessionis: ergo, &c. *Ren. q. 11.*

- 13 Num possit Confessarius uti scientia confessionis in beneficium ipsius pœnitentis , vel alterius ? *R. ad primum neg.* quia sigillum non est solum introducendum in favorem pœnitentis , sed etiam Sacramenti: ergo , &c. *Ren. q. 12. contra Antifidio.* Vnde ad 1. *R.* etiam neg. quia non potest in favorem pœnitentis: ergo , &c. *Guime.* contrariam *Syl.* erroneam putans.
- 14 An possit aliquando Confessarius uti notitia confessionis ad magnum malum Reipublicæ , vel Principi avertendam? *R. posse,* (maxima tamen cautione) generalibus tantum verbis admonere Inquisidores e. g. Superiores , &c. ut diligenter solito invigilant , &c. nam tunc nullum est periculum revelationis , sicuti esset, si designaretur dies, vel hora vigilandi , &c. *Lay. Vidal. Ren. q. 13. &c.*
- 15 Si Confessarius sciat in confessione aliquod impedimentum dirimens matrimonium, an possit illud revelare, nè matrimonium irritum maneat; vel illi non assisteret *R. ad primum neg.* quia impedimenta sunt jure Ecclesiastico introducta, obligatio verò sigilli jure Divino, & naturali: ergo , &c. *Fag. contra aliquos variis ab ipso censuris irretitus.* Vnde ad 2. *R.* etiam neg. absolute , & simpliciter loquendo ; quia semper revelatur confessio ipsis contrahentibus , qui de impedimento fuerunt confessi , quamvis per actionem externam dimittaxat : ergo , &c. *Ren. q. 14. San. contra varios varie distinguentes*, quia falsò supponunt, posse Confessarium uti notitia ad externam gubernationem.
- 16 An possit Confessarius confiteri suum peccatum , quod aliter confiteri non potest , nisi revelando peccatum pœnitentis ? *R. neg.* quia fortior est obligatio sigilli, quam integratæ confessionis. *Ren. q. 15. Lay. Bon. Dia. &c. contra Sol. Gab. &c. quam sententiam temerariam dixit Hen.*
- 17 Quis ad sigillum teneatur ? *R. directè teneri.* Primo Confessarium. 2. Superiorem, à quo reservatorum licentia petitur : Indirectè autem teneri. Primo Interpretem . 2. Confiliarium , quem Confessarius de licentia pœnitentis consulit. 3. eum, qui furtivè, vel casu confessionem audit. 4. eum, cui Confessarius sacrilegè peccatum alterius revelavit. *Fili. Ren. fol. 312. &c. 21.*
- 18 An Confessarius , cui vult aliquis sua peccata dicere , sed ipse protestatur, se nolle ejus confessionem audire , seu nolle ipsius peccata ad modum confessionis audire , teneatur ad sigillum Sacramentale? *R. neg.* nisi pœnitens, non obstante protestatione , putet adhuc posse Confessarium vice Dei audire . *Rat. pri-*

mit, quia ad obligationem sigilli necessaria est voluntas audiendi confessionem in Confessario. *Fag. &c. Rat. 1.* quia obligatio sigilli utpote in favorem paenitentis, & Sacramenti extendenda est ad omnem confessionem bona fide factam ex parte paenitentis sive intentione suscipiendo Sacramentum. *Fag. Ren. q. 1.*

29 Vtrum non solum teneatur Confessarius ad sigillum, sed etiam is, cui Confessarius de licentia paenitentis revelat confessionem? aff. quia licentia intelligitur implicitè data cum onere sigilli. *Fag. Sua. Ren. q. 2. &c. contra Coni. Henri. &c.*

30 An teneatur ad sigillum is, cui Confessarius absque licentia paenitentis, & sic sacrilegè paenitentis confessionem revelat? **31** teneri omnes, ad quos iusta revelatio mediatè, vel immediatè pervenerit; quia sicuti nec Confessarius habet jus revealingi confessionem, nec illi, qui confessionem audierunt, jus audiendi, ita non possunt illam justè ad alios transferre. *Fag. Ren. q. 3. & Nov. &c. contra Henr. Vafq.*

32 An interpres confessionis teneatur ad sigillum? **33** teneri indirectè, & idèò non ordinariis, sed extraordinariis penitentibus effet puniendus; quia sicuti paenitens per interpretem loquitur, ita Confessarius per ipsum audit: ergo ut instrumentum Confessarii conetur ad sigillum. *D. Tbo. Ren. q. 4. Lay. Syl. &c. contra Cajo. & Nov. Vidor.*

34 Si Confessio fiat laico, quem per errorem paenitens existimat Confessarium, an teneatur laicus ad sigillum? **35** aff. si fiat laico bona fide existimato Sacerdote; vel si fiat laico cognito ut tali, bona tamen fide existimato habere potestatem in casu necessitatis: Secus si fiat laico cognito laico, sed cui ex humilitate vult paenitens confiteri? *Rat. primi;* quia sigillum introduxit in favorem paenitentis, & Sacramenti: sed favores sunt ampliandi: ergo, *&c. Ren. q. 5. Sua. Henr.* Idem dicendum ad 2. *Fili. Dis. eccl. contra Sas. Sor. &c. Rat. 3.* quia illa confessio non effet sacramentalis, nam talis non intenditur à paenitente. *Vidal.*

36 Cum quis in naufragio, aut tempore pestis publicè coram maleis confiteretur, an teneatur Confessarius, vel alii ad sigillum? **37** teneri Confessarium, non solum respectu eorum, qui non audierunt, sed etiam (*contra Vidal. & Med.*) respectu eorum, qui audierunt. *Rat. est;* quia si duo Confessarii simul audierant peccata Titii, non possunt inter se loqui de illis absque licentia paenitentis. Ergo neque potest Confessarius cum aliis, qui peccata Titii audierunt, de illis loqui. *Rat. q. 6. Dis. Pag. qui*

- qui contrariam *Vipul* falsam appellat. Vnde idem à fortiori dicendum est de opinione *Henri* absolute negantis.
- 24 Tenetur nè ad sigillum Superior, qui licentiam tribuit casu reservati poenitenti, vel Confessario, ex cuius incuria poenitentem cognoscit: &c. aff. quia ea peccata revelantur Superiori in ordine ad confessionem Sacramentalē: ergo, &c. Tum quia eo casu Superior est una persona cum Confessario, & in tantum ad ipsum recurritur, quatenus habet usum clavium: ergo, &c. *Ren. q. 7. Fag. Bon. &c. contra Hurs. Coni. etc.*
- 25 An teneatur ad sigillum ille, qui casu, vel dolo andis alterius confessionem: &c. aff. quia ea notitia habetur ex confessione, & per confessionem: ergo, &c. Tum quia sigillum est onus personarum, quod transit inseparabiliter cum se confessio: ergo, &c. *Sco. Bon. Ren. q. 8. &c. contra Son. & Tessa. loquendo de casu audiente.*
- 26 Invenit quis chartam, in qua scripta sunt peccata aliquis, & postquam advertit ea esse peccata, marialiter totam legit, an, &c. &c. aff. quia si peccata illa sunt confessa, sectum deferunt onus sigilli; si vero non, etiam dici possunt inchoata confessio: ergo, &c. Tum quia obligatio sigilli est favoribilis poenitenti, & Sacramento: ergo extendenda est ad omnia ea, que ad confessionem ordinantur, ut est charta illa: ergo, &c. *S. Iba. Rosari. Ren. q. 9. Dia. &c. contra probabilem falem extrinsecit. Coni. Lay. Bon. &c.*
- 27 An teneatur ad sigillum ille, cui extra confessionem: sit quod peccatum manifestatum fuit eam pacto, ut illud sub sigillo confessionis retinetur? Supponendum est, sic pacifici, de hoc pactum acceptare, esse contra reverentiam debitam Sacramento. *w.igitur neg. etiam si peccatum flexis genibus, signo Crucis, & generali confessione præmissa, sit manifestatum: quia ex copa & nulla oritur confessio Sacramentalis, nec vera, neque puta- ra; neque pactum illud ordinatur ad Sacramentalē confessio- nem. Coni. Fili. Bon. Ren. q. 10. &c.*
- 28 Quam poenam incurrit frangens sigillum Sacramentalē & Confessarius, frangens sigillum incurrit poenam depositionis, & perpetuae reclusionis in Monasterio post Judicis sententiam; qui item si mala vita, vel alias de heresi esset suspensus, puniendus esset per Tribunal S. Inquisitionis. Ceteri vero fran- gentes puniendi sunt poena arbitraria. *Dia. Care. Rom. q. 11.*
- 29 Quænam sub sigillo cadant: &c. cadere mortalia, etiam in ge- nere cupa suis circumstantiis, non tantum necessariis, sed etiam

voluntatis. Item venalia tandem in specie? (Intellige si in his omnibus significetur etiam poenitens) & denique omnia illa, quod licet peccatum non sit, dicit tamen in cognitionem poenitentis, ut talis, sive indirecte, sive directe. Rat. est; qui alias odiosa redderetur confessio. Haec revelare venalia in genere, non erit fractio sigilli; quia non nisi de venialibus potest quis confiteri, sicut nec dicere, in aliqua Civitate esse multos fudoniatis, &c. *Fag. Tamb. Rec. fol. 318. q. 1.*

30 Quenam alia cadant sub sigillo? v. cadere etiam obiecta peccatorum, &c. complices peccati, quia haec omnia aliquando sunt de integritate confessionis. Vnde concubinatus Petri, ut obiectum detractionis cadit sub sigillo cum ipsa detractione. *Rec. q. 2. Fag.* An action de licentia poenitentis posset complex revelari? Dic cum *Sac.* contra *Vafq.* quod sic; quia sigillum in favorem poenitentis tantum est, non complicis.

31 An defectus naturales poenitentis auditii in confessione cadant sub sigillo? v. aff. si ex sola confessione sine nota, sive interna sonderata, sive (contra *Cant. 5. c.*) non ad explicationem peccati? Hoc etsi quia sunt odiosi ergo odiosam reddunt confessio-nes. *Rec. q. 3. Diuersi.* Hoc quia ecclesiæ veritates, &c. non sunt odiosa, non cadunt sub sigillo. *Diss. Regim. 5. c.* Dixi, si ex sola, v. quia si alius dicit, non cadunt sub sigillo, & hoc etiam si ex eadem confessione sciat Confessarius eos defectus esse notos. *Tamb.*

32 Vtrum sub sigillo cadant peccata, sive mortalia, sive venialia publica? v. aff. si alius Confessarius ignota erant quia sic utere-tur auditia confessionis & contra si nota, & hoc etiam si post confessionem nota fiant, dummodo utendo Confessarius nota, non excedat limites notiarum habientium extra confessionem. *Bon. Rec. q. 4.*

33 An sub sigillo cadat peccatum heresis? & affirmis hereticus ad disseminandum suos errores ad Confessarium accederet, quod etiam procedit in omnibus aliis casibus, in quibus poenitens acoelum animo confitendi, sed pervertendi Confessarium, & quia prima est vera confessio. 2. vero impia Daemonis invention. *Fog. 11. fol. 1.* *Rec. q. 5.*

34 An sub sigillo cadant ea, de quibus Confessarius debitat, an sibi in ostino ad confessionem revelata fuerint? v. aff. quia potius sigillo, quam Confessario favendum est, ne confessio odiosa reddatur. *Bon. Tamb. Rec. q. 6. 5. c.*

35 Vtrum sub sigillo cadat poenitentia, quam Confessarius imposuit?

- nit in Sacramentali confessione? & aff. unde frangeret sigillum,
si pro peccato occulto *gravem* poenitentiam publicam impone-
ret poenitenti; qui rursus sub secreto naturali reticere debet
ea, quae infamiam Confessario irrogarent. 2. constat. Primum
probaatur; quia nec in genere potest Confessarius mortalia re-
velare, quod utique eveniret in casu. *Tamb. Fag. Ren.* q. 7.
- 36 Frangit ne sigillum Confessarius, qui dicit, audivi Petri Con-
fessionem. & aff. si Petrus secreto confessus sit; ne v. g. à suo
Confessario ordinario suspicetur, eum suisse confessum morta-
le, quod utique tunc revelaret Confessarius, revelando confes-
sionem Petri. *Buss. Dia. Ren.* q. 3. esc. contra *Guimen. Gc.*
- 37 Si Confessariis dicat, Petrum suisse confessum inulta, & plura
venialia, vel suis scrupulis caput sibi obtundere, an, &c. & si ad
primum aff. quia sic revelaret aliquid occultum, quod ex sola
confessione sciret, *Huri. Ren.* q. 9. Unde ad 2. v. neg. si Confessari-
ius extra confessionem sciat, Petrum esse scrupulosum. Secus-
si intra. Primum constat. 2. probatur; quia malunt aliqui po-
nitentes, sciri se peccasse mortaliter, quam esse scrupulosos;
ergo, &c. *Cogn. Gran. Tamb.* q. 7.
- 38 Confessarius quicquam interrogatus, an absolverit Joannem, re-
spondet non absolvisse, frangit ne sigillum i. & aff. etiam si
causam pro negatione adducat v. g. si dicat, non absolvit ob si-
perveniens impedimentum. Quod perfectionem confessionis
impedit; quia saltem tunc argueretur, Joannem, vel esse
scrupulosum, vel multa mortalia aut venialia extraordinaria
suisse confessum. Excipitur, ex *Tamb.* calvo generalis, confe-
ssionis omnibus notæ, vel casus in quo penitens per breve
tempus fuisse confessus. *Ren.* q. 10. contra *Sug.*
- 39 An possit Confessarius Monialium, vel alterius Communita-
tis, aut parvi Oppidi absque fractione sigilli, dicere, se audi-
visse in tali Monasterio peccatum grave, non nominando per-
sonam? Et mortaliter peccare Confessarium, non autem frangere
sigillum. Rat. primi est infamia. Rat. 2. quia sic revelando
nulli particulari injuriam ficeret. *Naz. Fag. Ren.* q. 11. esc. con-
tra *Bon. Fili. Sug. esc.* absolute negantes. Hinc neque frangeret
sigillum Confessarius, si diceret sèpè in eo Monasterio, vel lo-
co particulari facultatem reservatorum peti. *Ren.* contra *Dia.*
- 40 Vtrum teneatur Confessarius dare schedulam peccatoris, quem
non absolvit, ne frangat sigillum? & aff. quia aliter detegere-
tur, poenitentem habere peccata, ob quæ absolvit non potuit.
Ren. q. 12. *Coni. Fag.* contra *Bon. Leand.* Qs. absolvit negantur.

tes, & contra Henr. dicentem id expedire, sed ad id Confessorum non teneri.

SACRAMENTI UNCTIONIS EXTREMÆ Materiæ, & Formæ. Quares.

1. **Q**uid sit Sacramentum Extremæ Unctionis? **R.** esse signum rei sacrae, quo aliquæ partes corporis infirmi unguntur Oleo benedicto sub prescripta forma verborum juxta Christi institutionem, ad salutem animæ, & corporis. *Ren. som. 2. fol. 323.*
2. **Q**uae sit materia remota, & qua proxima hujus Sacramenti? **R.** materiam remotam esse oleum olivarum ab Episcopo benedictum, ex Conci. Flo. proximam verò esse unctionem ipsam, si eut in aliis Sacramentis usus materia remota, est materia proxima. *Pili. Ren. q. 1.*
3. **V**t oleum sit benedictum, est ex necessitate præcepti, vel Sacramentum. utique modo necessarium esse. Primum constat ex Conciliis citandis, 2. probatur; quia ex Flor. & Trid. requiri debet benedictio Episcopi; ergo signum est, illam esse de necessitate Sacramenti: consequentia probatur; quia alias de ea membris non fecissent, sicuti non faciunt de benedictione aquæ pro Baptismo, quia non est de necessitate Sacramenti, sed tantum præcepti. *Cen. Bon. Ren. q. 2. &c. contra Sol. utrumque negare em, cuius opinio expurgata fuit à Magistro Sancti Palatii: & contra Victorinum dicitem benedictionem esse de necessitate præcepti dubitata est, quam opinionem temerariam dixerunt N. ugn. & Saa.*
4. **S**i oleum non ab Episcopo, sed à simplici Sacerdote sit benedictum, vel illi benedictum quidem ab Episcopo, sed alia benedictione, quam consueta, an sit materia sufficiens hujus Sacramenti? **R.** ad primum assisi ex commissione Pontificis sit benedictum: Secus si ex commissione Episcopi; quia benedictio Episcopi est saltem de necessitate præcepti Ecclesiæ, Tupta quod tantum Pontifex dispense potest: ergo, &c. *Ren. q. 3. Hen. Less. &c. contra Bell. Cosi. Lay: negantes posse oleum à simplici Sacerdote ex commissione Pontificis. Vnde ad 2. R. non esse sufficiemem, sicut diximus de benedictione Christiatis supra. Est contra Bon.*
5. **P**otest ne esse materia hujus Sacramenti oleum vetus, præcedenti scilicet anno, benedictum? **R.** aff. in casu necessitatis, ex Deo.

Decr. S. Congr. Episcop. 20. Martii 1570. Vnde à fortiori verus cum noyo miseri in eodem casu potest. *Dia. Ren.* q. 4. Extra necessitatem vero, esse materiam validam, non licitam ex consuetudine Ecclesiarum oleum singulis annis renovantis. *Say. Res. Pala.* &c. contra *Lean. Mar. d. S. Ioseph.* utrumque admittentes. An in necessitate sit sufficiens materia hujus Sacramenti oleum Chrismatis. *q. 4. aff.* quia parva est admixtio balsami in oleo Chrismatis: ergo, &c. Tunc quia olim nulla fuit distinctio oleorum Chrismatis, & extremae unctionis ergo, &c. *Ren.* q. 5. *Tomb. etc. c. contra Rala. Lay. Sc.*

7. Vtrum oleum benedictum sit materia sufficiens hujus Sacramenti, si illi aliud oleum non benedictum admissetur? *Rit. aff.* si benedictum sit in majori quantitate. *Syl. Hen. Ren.* q. 6. *etc. contra Angel. Tabie. Sc.* id admittentes in æquali, vel majori quantitate olei non benedicti. Imò & talis admixtio in casu necessitatis licita erit: & quamvis admixtum (dummodo suodictum) sit alterius speciei, e.g. parvum olei amigdalarii. *Rit. primi, & 3. q. 2.* quia in casibus prædictis non extahitur oleum benedictum à sua natura, nec ab esse olei benedicti, nec à suo proprio olei. *Bon. S. Tho. Soz. etc. 2. constat ex Rit. Romano.*

8. Si in casu positio oleum non benedictum, quod paulatim & successivè in majori quantitate additur, superet tandem oleum benedictum, ad censetur materia sufficiens? *Rit. aff.* etiam si omnes adiunctiones longè superent quantitatem primi olei, & si ipsius nil remaneat, quia licet non perseveret idem individualium physicum olei benedicti, perseverat tamen idem individualium morale, quod esse morale attenditur in Sacramentis non physicis. Tunc quia eadem censetur návis, licet nulla antiqua tabula per repetitas refectiones ipsius remaneat. *Eg. l. Proponshatur ff. de judicis. Ren. q. 7. S. Tho. Lay. Less. etc. contra Quinta. & Zambra. absoluunt negantes, & contra Arcuidium defantem in casu, quo nil antiqui olei remaneat.*

9. Quanam partes corporis sit ungenda, & quo ordinetur? ad pri-
mam de præcepto ungendas esse ambas partes quinque sen-
suum, & pedes ubi consuetudo viget, per duodecim unctiones,
renata vero unctionem, (sicut & pedum) præcisâ consuetu-
nitate, non cadere sub præcepto: imò in feminis omitti debet ob-
decetiam, sicut & posse in viris, qui facile moveri non pos-
sunt. *Così.* Vnde ad 2. dico, nullum requiri ordinem de neces-
itate Sacramenti, de consuetudine vero & præciso contemptu,
servandum esse Ritua. *Ren. q. 8.*

- 10 An omnes quinque unctiones, sicut sunt de præcepto, ita sint de essentia hujus Sacramentis? in casu necessitatis omnes unctiones saltem celeres, & tenues esse de essentia hujus Sacramenti sub una communi, & brevissima forma, ut si inter unctionem omnes sensus, dicas per istas sanctas unctiones indulgetur sibi, &c. quia sic consultatur necessitas, & nil essentialie innovatur in Sacramento. *Dia. Buff. Ren. q. 9. Amic. &c. contra Sos. Med. &c.* dicentes sufficere ad essentiam, & utrigatur una pars quinque sensuum, & contra *Coni. Sua. &c.* præter quinq; unctiones, requirentes quinque formas.
- 11 Vtrum ex necessitate præcepti supradictæ unctiones facienda sint per modum Crucis? neg. præciso scandalo, & contemptu, quia nullum in hoc extat præceptum, & consuetudo in contraria non est de re gravi. *Lay. Fili. Ren. q. 10. contra Syl. Nug. &c.*
- 12 An ad unctionem, quæ est materia proxima hujus Sacramenti, sufficiat una gutta olei? aff. quia non est necesse, ut totus sensus ungaratur: ergo, &c. *Dia. T. amb. Ren. q. 11. contra Fili.*
- 13 Quænam sint essentialia in forma hujus Sacramentis? &c. esse, per ipsam sanctam unctionem indulgetur Deus quidquid deliquerit. Ly enim & sibi, non sunt de essentia, & expressio sensus bene fieri potest per sola signa. Tum quia neque illi confirmatione exprimitur frons, cum oleo christatis unctionis ergo, &c. Bent vobis est, peccare mortaliiter sic ungaretur extra necessitatem, quia redderet dubium Sacramentum. *Coni. Dia. Cara. Ren. q. 12. fol. 129. 130.*
- 14 Estne de essentia hujus Sacramenti, ut forma sit deprecativa, an sufficit, ut sit indicativa? in de necessitate esse formam deprecavitam, quia Iacobus 5. præcipitur, ut in hujus Sacramenti collatione Præsbyteri orent super infirmum, & oratio fidei eam salvabit: ergo efficacia hujus Sacramenti tribuitur orationis: sed oratio est forma: ergo, &c. *Coni. Ren. q. 13. contra Beccal.*
- 15 Vtrum in dubio, an infirmus sit vivus, danda sit illi extrema unctione Supponendum est, subjectum hujus Sacramenti esse beatinum vivum, baptizatum, usu rationis poluentem, in gratia existentem, infirmum; & qui in eodem periculo infirmitatis hoc Sacramentum non suscepit? & nunc aff. sub conditione. *Lay. P. & I. Idem dicendum, quando infirmus aliud Sacramentum non suscepit, & de ejus salute timetur, etiam si perfici non possit quinque unctiones, Pala. Ren. fol. 129. q. 1.*
- 16 An adulto graviter laboranti statim post Baptismum, possit

extrema unctionio ministrari ? R. aff. quia ad suscipiendum hoc Sacramentum sufficit ut quis potuerit peccare, non quod actualliter peccaverit ; actualia enim peccata sunt materia Sacra-menti Pœnitentiæ duimtaxat: ergo, &c. Tum quia adhuc in tali adulto reliquæ sunt peccatorum, ortæ ex originali peccato, nempe debilitas corporis, & ægritudo animi in infirmitate ergo, &c. Tum denique, quia proprius effectus hujus Sacra-menti est corroborare infirmum contra mala, quæ mortis tempore occurrere solent: ergo, &c. *Fili. Syl. Ren. q. 2. &c. contra Sanci.*

17 Pueris post usum rationis potestne extrema unctionio ministrari? R. aff. quia premissio Eucharistie ad unctionem, solum locum habet, quando tempus, & conditio infirmi eam permittunt: ergo, &c. Tum quia ex Trid. sess. 14. cap. 9. extrema unctionio est consummativa Sacramenti Pœnitentiæ: ergo, &c. *Sanci. Ren. q. 3.*

18 An pueris statim post usum rationis possit hoc Sacramentum ministrari? R. aff. ex rationibus adductis q. 16. *Ren. q. 4. Sua. Dia.*

19 Suntne amentes capaces hujus Sacramenti? R. neg. loquendo de perpetuo talibus, Phreneticis vero, qui post usum rationis in amentiam, vel phrenesim inciderunt, dari posse etiam si non habeant lucida intervalla: dummodò cum decentia dari eis possit, nec in phrenesim inciderint existentes in notorio peccato. Rat. primi; quia perpetuè tales non sunt capaces peccati, nec alterius effectus hujus Sacramenti. Rat. 2. quia hi potuerunt peccare. Deinde præsumitur, eos voluisse christia-nè mori: ergo eis dari potest, licet actu non petant. *Ren. q. 5. Læg. 3. confit. Bon.*

20 An hoc Sacramentum requirat statum gratiæ? R. aff. quia est Sacramentum vivorum: ergo, &c. *S. Tbo. Ren. q. 4.*

21 Qualis infirmitas requiratur ad hoc Sacramentum suscipien-dum? R. requiri periculosa infirmitatem, quamvis infirmus in lecto non decumbat: quia hoc Sacramentum est ultimum remedium ad Gloriam disponens: ergo, &c. *Ren. q. 7. S. Tbo.* Hinc Sacramentum hoc conferti non potest pugnaturis, ad mortem damnatis, vel fæminis ante partus dolores; quia hi infirmi dici non possunt, quibus tantum dari potest, ex D. Iacob., *Infirmitur, &c. Fili.*

22 Vtrum sit de necessitate Sacramenti, ut extrema unctionio conser-vatur infirmo in articulo, vel periculo mortis constituto? R. esse de necessitate, quod saltem putetur quis esse in periculo, vel articulo; quia hoc Sacramentum vocatur *extrema unctionis*: ergo, &c. *Pala. Bon. Ren. q. 9. &c. contra Coni.*

23 Si

- 23 Si dubitetur; an infirmitas sit periculosa, an possit infirmus hoc Sacramentum suscipere? *R. aff.* si cum dubio sit probabile periculum mortis: quod si dubitetur de tali periculo, dandum est sub conditione. *Rat. primi:* quia non est expectandum extremum, & omnino certum periculum: ergo, &c. *Eft communis.* *Rat. 2.* quia sic consulitur necessitati proximi, & reverentia hujus Sacramenti. *Capeavilla. Ren. q.9. Tamb. &c. contra Lag. Palud. &c.* *absolutè negantes, & contra Tambert.* *absolutè concedentem.*
- 24 An infirmus possit pluries hoc Sacramentum recipere in eadem infirmitate, cessante tamen priori periculo? *R. aff.* quia hoc Sacramentum non solum datur ob infirmitatem, sed etiam ob statum ipsius, scilicet morti proximæ: ergo, &c. *S.Tbo. &c. communiter.*
- 25 Quando censendum sit cessare in eadem infirmitate periculum mortis, illudque de novo advenire? *R. id remittendum* esse prudentis judicio, considerata diuturnitate ægritudinis, statum ejus, & interruptionis eorum inter se. *Sua. Ren. q. 11. contra Manci.* post 8. dies novum periculum advenire, & contra Bon. post mensum cessare, arbitrantes. An autem repeti possit hoc Sacramentum, cum fuit datum extra periculum? Dic cum Amico, quod sic, quia primum invalidum fuit: ergo, &c.
- 26 Est ne ungendus oculus coeci nati, vel auris surdi à nativitate, aut qui sensum mutilatum habet? *R. ad primum posse unguias partes, quia licet supradicti per eos sensus non peccaverint, potuerunt tamen per eos peccare:* ergo, &c. *Vafq. Ren. q. 12. contra Dicoff.* Vnde ad 2. *R.* debere ungi partes promixiores; quia si minus infirmus potuit peccare per potentias interiores, quæ illis sensibus debentur. *S.Tbo. S. &c.*
- 27 An teneatur infirmus sub præcepto hoc Sacramentum sumere? *R. aff.* si conscientia peccati mortalis, non sit certus de actu contritionis, nec aliud Sacramentum recipere possit: extra vero hunc casum, non est mortale illud omittere; præciso scandalo, & contemptu' *Rat. primi;* quia tunc per Sacramentum ex attrito fieret contritus: ergo per accidens faltem tenetur illud recipere. *Tamb. Escob. &c. Rat. 2.* quia nullum extat de hoc Sacramentum præceptum Divinum, vel Ecclesiasticum: ergo, &c. Tum quia non est Sacramentum necessarium: ergo, &c. *Ren. q. 13. contra Sol. Turri. &c.*
- 28 Quis sit Minister hujus Sacramenti? *R.* in necessitate esse quem-

- quemlibet Sacerdotem etiam excommunicatum, interdictum, &c. extra necessitatem verò esse Praelatum, vel Parochum, jurisdictionem habentem. *Ren. fol. 335. q. 1.*
- 39 An isti teneantur hoc Sacramentum ministrare? R. Sacerdotem simplicem teneri ex charitate tantum, in casu, quo infirmus esset moriturus sine aliis Sacramentis. Patet. Extrà verò necessitatem, Praelatum, vel Parochum etiam teneri, tacite saltem infirmis potentibus; quia ex officio suis ovibus ministrare tenetur ea, quæ ad eorum salutem maximè conducunt: ergo, &c. *Coni. Ren. q. 1.* Hinc mittere non possunt oleum infirmis; ut ipsimet se ungant, quamvis Sacerdotes essent; quia Sacra menta, quæ perficiuntur in usu, requirunt Ministrum à suscipiente diversum. Tum quia mutaretur substantialiter forma. ergo, &c. *Pala. Dia. contra Quintanad.*
- 40 Vtrum teneatur Parochus tempore pestis cum sua vita periculo hoc Sacramentum ministrare? R. non teneri; nisi in casu, quo moribundus existens in peccato mortali, cætera Sacramenta suscipere non posset: in quo casu posset per virgam oblongam. Rat. primi; quia extrema unctio non est Sacramentum necessarium: ergo, &c. Rat. 2. quia vita spiritualis proximi præferenda est vitæ temporali propriæ. *Ren. q. 2. contra Nag.* absolute negantem. 3. approbat *Dia.* dummodò virga peracta unctione purgetur.
- 41 Potestne in necessitate Diaconus, & Subdiaconus hoc Sacramentum ministrare? R. neg. quia hoc Sacramentum ministrando conficitur: sed confessio Sacramentorum solis Sacerdotibus competit: ergo, &c. *Ren. q. 3.*
- 42 An possint Regulares hoc Sacramentum ministrare, quandoque secularibus? R. aff. sic possunt primò ex privilegio Xisti IV. in casu, quo Parochi sine causa nollent hoc Sacramentum ministrare, nec aliis dare licentiam. 2. possunt hospitantibus intra Monasterium, ibique (non ex causa repentina) ad mortem infirmantibus ex indulto concessio PP. Benedictinijs. Possunt 3. Mercenariis, & Operariis intra eorum Claustra ægrotantibus ex indulto Pii V. concessio PP. Theatinis. Denique possunt alumnis alicujus Collegii, vel Seminarii, in quo ipsi præsident, etiamsi extra Collegium, & Seminarium infirmantur, ex privileg. Mart. V. concessio Monachis S. Benedicti. *Ren. q. 4. Pelliz.* qui tantum id negat de alumnis PP. Societatis extra Seminarium degentibus.
- 43 Vtrum possint Regulares suis Familiaribus, vel Tertiariis sui Ordini-

Ordinis hoc Sacramentum conferre? &c. ad primum aff. ex variis eorum privilegiis. Nomine autem familiarium veniunt illi, qui inserviunt, & simul habitant intra septa Monasterii. *Ren. q. 5. Pettiz.* Vnde ad 2. v. neg. si in suis domibus habitent. Benè verum est penes *Pettiz.* in horum numero non venire mulieres, quæ solemniter castitatem virginalem, vel viudalem promiserunt, etiam si in propriis domibus habitent, quibus potest hoc Sacramentum à Fratribus ministrari, cum ipse gaudeant privilegiis, quibus gaudent Fratres. *Miranda Roderi. Pettiz.* Tu tanien praxim attende.

34 An incurrat poenas *Clementina prima de privilegi.* (in qua prohibetur Regularibus absque licentia Parochi hoc Sacramentum ministrare) Novitus Sacerdos, qui absque licentia Parochi hoc Sacramentum Laicis administraret? &c. neg. quanvis mortaliter peccaret quia Novitii in odiosis non veniunt nomine Religiosorum, de quibus Clementina loquitur. *Tamb. Ren. q. 6. contra Nav.*

35 Possunt nè esse plures Ministri in collatione hujus Sacramenti, in casu necessitatis. Dico primò non posse validè unum Ministrum ungere, & alium formam proferre; quia sensus verborum formæ, per istam, &c. non cadit supra alienam sed supra propriam unctionem. *Fili.* Dico 2. illicite tantùm unum Ministrum ungere nuam partem sensus, alias aliam; quia cum utrumque sensum ungere non sit necessarium, jam sic multiplicare Ministrum est extra necessitatem: ergo, &c. *Fili.* Dico 3. validè, & licite posse unum Ministrum ungere unum sensum, simul, vel successivè cum alio Ministro alium sensum ungenti, proferentibus singulis suas formas; quia hoc Sacramentum habet plures partiales formas, & materias, quarum singulæ habent suam partiale significationem per ordinem ad suum effectum: ergo, &c. *Ren. q. 7. Fili. Bon. etc. communiter.*

36 Si peractis aliquibus unctionibus deficiat Sacerdos, debet nè aliis Sacerdos repetere unctiones factas? &c. neg. quia ob partiales materias, & formas, factæ unctiones fuerunt validæ: ergo, &c. Tum quia ob eandem rationem id cernitur in Sacerdote consecrante vinum, supplendo vices Sacerdotis defuncti post consecrationem panis. *Turri. Ren. q. 3. Fili. &c. contra Meratiū.*

37 Sacerdos non servans ritus ab Ecclesia præscriptus in collatione hujus Saeramenti, an peccet mortaliter. Dico primò, Sacerdotem omittentem Psalmos, Litanias, &c. extra casum necessitatis, vel Clericum, aut laicum allistentem non peccare. *Rat.*

Rat. primi; quia Rituale Roman. eas tantum consulit. *Ren. q. 9.*
Bon. Tamb. etc. Ratione 2. colligit Leand. ex l. quasvis de verbis
signif. imo Quinta ait, fœminam adhibere sine necessitate non
esse mortale. Dico 2. sine lumine hoc Sacramentum ministrare,
neque esse mortale, præciso scandalo, & contemptu; siq[ue]
hec est mortale ministrare illud sine stola, & superpellio; in
casu tamen, quo infirmus alia Sacraenta suscipere non posset;
quia tunc tantum hoc Sacramentum videtur necessarium.
Amic. etc.

38 Est ne præmittenda confessio, & communio Sacramento extre-
 ma Unctionis? *q. aff. si tempus id permittat: quod si non, po-*
test sine illis unctio dari. Primum constat ex Ritu. Rom. Paul. V.
2. probatur; quia ad dignè suscipiendum h[oc] Sacramentum,
*sufficit contritio, vel attrito putata contritio: quod intelligen-*t*
dum est, dum tempus dumtaxat sufficit pro unctione; si enim
*pro p[re]uentia, aut Eucharistia tempus adesset haec Sacra-*m*en-*t*
ta unctioni præferenda essent. Ren. q. 10, contra Dur. Cate. etc.
*absolutè negantes.***

S A C R A M E N T U M . O R D I N I S .

In Communione.

Quæres.

- 1 **Q**uid, & quōd sunt Ordines? Definitur Ordo, quod sit figura-
 culum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur or-
 dinato. *S. Tho.* Vnde ad 2. dico, septem tantum esse Ordines a
 scilicet, Ostiariatus, Exorcistatus, Lectoratus, Acholytatus,
 Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Et de fide ex
Trid. sef. 23. cap. 2. et 3. Primam verò Tonsuram non esse Ordinem,
 ut dicimus, & Episcopatum non esse Ordinem distinctum
 à Presbyterato, quia non habet distinctum actum, vel habitu-
 dinem in ordine ad Eucharistiam, penes quam Ordines distin-
 guuntur. *San. Ren. tom. 2. fol. 340. q. 1.*
- 2 An Papatus, Patriarchatus, & Archiepiscopatus sunt Ordines?
 & idem queritur de Cardinalatu? *q. neg.* Constat ex dictis.
Ren. q. 2.
- 3 Vtrum omnes Ordines sunt Sacraenta? *v. aff. ex Flor. Conci. in*
literis Eug. hoc enim enumerat omnes Ordines sub ratione
 Sacraenti, tribuens singulis materiam, & formam distin-
 ctam: ergo, *&c. Bell. Sot. Syl. Ren. q. 3. etc. contra Dur. Cate. etc.*
 tantum tres Ordines ultimos esse Sacraenta dicentes.
- 4 Cur majores tantum Ordines dicantur Sacri? *q. quia isti tan-*
tum

etum sacrant subiectum per votum castitatis. D. Tbo. Vsq. Ren.
q. 5. c. 16.

¶ Quæ conditions requirantur ad validè, & licetè suscipiendos Ordines? 1. ad validè requiri primò sexum virilem. 2. Baptismum. Ad licetè verò requiri primò Confirmationem. 2. primam Tonsuram. 3. legitimam ætatem. 4. ut Ordinandus sit subditus Ordinantis, vel dimissorias habeat. 5. ut habeat tiellum pro sacris. 6. ut interstitia servet. 7. ut non sit irregularis. 8. ut non sit aliqua censura irretius. 9. ut habeat scientiam sufficientem. 10. ut sit probatae vitæ. 11. ut sit in gratia. 12. ut habeat debitam intentionem. 13. ut servet gradationem. Ren. q. 6.

¶ potest nè hormaphroditus validè Ordines suscipere? R. aff. si prævaleat in eo sexus virilis, ex Pontificis tamen dispensatione; nam etiam ut sic sunt monitra; & consequenter irregularia. San. Nav. etc. Idem dicendum de foemina, quæ in virum profilivit, quæ sine dispensatione promoveri non potest ob maximam indecentiam, quæ esset in ministrando in altari eum, qui aliquando foemina fuit. Did. Ren. fol. 343. q. 1. contra Lean.

¶ An infanti post Baptismum ante usum rationis validè conferatur Ordo? R. aff. quia in Ordine, sicut & Baptismo non requiritur actus, sicut requiritur in Matrimonio, & Poenitentia: ergo, &c. S. Tbo. Bon. Ren. q. 1. etc.

¶ An Confirmation sit de necessitate præcepti in Ordinando? R. aff. quia circa hoc verba Trid. sess. 23. cap. 4. sunt in materia gravi: ergo, &c. Bon. Tol. Ren. q. 3. etc. contra Coni. Sua. etc.

¶ Si quis susciperet Ordines ante primam Tonsuram, incurreret nè suspensionem, & irregularitatem? Supponendum est, suscipientem Ordinem per saltum, esse ipso facto suspensum ab eo Ordine, ex Cap. Tua litera de Clerico per salutem promoto, à qua Suspensione Episcopus dispensare potest ex Trid. sess. 23. de refor. Nav. Item irregularitatem incurtere sic suspensum, in male suscepto Ordine Ministrantem, in qua solus Pontifex dispensare potest. Say. Nigitur neg. quia ex Trid. Prima Tonsura non est Ordo, quamvis teneatur postea illam suscipere, qui sic ordinaretur ante illam, quia contra mentem Ecclesias est, ministrare in Ordine ea non suscepta: ergo, &c. Ren. q. 3. contra Fornarium.

¶ Quæcavitas requiratur ad Minores Ordines? R. sufficere septen- nium complectum, ante quod esset mortale, primam Tonsu- tam,

- ram, vel Ordines Minores, suscipere; quia requisita à Trid. ut scilicet, in his ordinandi, scient legere, & scribere, rudimenta fidei, linguam latinam, &c. competere non possunt non habenti usum rationis. *San. Ren. fol. 345. q. 1.* contra plures plura arbitrantes.
- 11 Quæ ætas requiratur ad maiores Ordines? *Ry.* ad Subdiaconatum requiri ætatem 22. annorum inceptorum, sicut & ad Diaconatum 23. & Presbyteratum 25. ex *Trid. sef. 23. cap. 12. de refor. Ren. q. 2.*
- 12 Quomodo intelligatur annus incepitus? Ut annus sit incepitus, sufficiat, ut talis sit per quadrantem, vel dimidiū ejus; quia verè per tale tempus dicitur quis constitutus in supradictis annis, & verè hi dicuntur incepiti: ergo, &c. *Lean. Ren. q. 3. contra Bon. requirentem medium dienū: diem verò San. & horam. Dia.*
- 13 An in supputanda ætate Ordinandorum computandus sit in anno bisextili dies intercalaris? *Ry. aff.* quia dies illa est de integritate illius anni; est enim complementum quadriennii præcedentis, in quo sex horæ (quæ excedunt 365. dies uniuscujusque anni) quater ducentæ diem constituant. Hinc qui compleat ætatem 24. annorum in die 24. Februarii anni bisextilis debet expectare diem 25. sequentem, ut possit ordinari. Tum quia dies bisextilis computatur in anno Novitiatus: ergo, &c. *San. Bon. Ren. q. 4. eis. contra Polliz.*
- 14 Quā in postam incurrat, qui ante legitimam ætatem Ordines suscipiunt, & incurrere ipso jure suspensionem ab Ordinum executione. *Ren. q. 5. ex Bulla Pii II. de anno 1461.* Nisi bona fides talis ætatis excusat. *Nev. ex eadem Bulla.* Et insuper irregularitatem incurrere Papæ reservatam, si audeat in sumpto ordine ministrare, ex proscit. Bulla DD. cit. Quod non verificatur celebrando Ordinatus mala fide cum Episcopo; quia non dum peracta ordinatione, & finita Missa, non intelligitur incurrire suspensionem: ergo, &c. *Nev. contra Ley.* qui subdit, posse suspensum Ordines exercere absque absolitione adventiente legitima ætate; quia talis suspensio propriè non est censura, sed canonicum impedimentum.
- 15 Num possit Episcopus ordinare non subditum, vel subditum extra Diœcesim absque licentia Episcopi loci? *Ry. ad primum dog. nisi deferat dimissorias proprij Episcopi, ex Trid. sef. 23. de refor. cap. 3. Ren. fol. 347. q. 1.* Subditus autem Episcopo dicitur primus si sit oriundus suæ Diœcesis. 2. si in ea beneficium, vel domicilium habeat ex cap. nullus de tempore Ordi. in 6.

tertio ex Trid. si per triennium Episcopo servierit, dummodo statim post ordinationem ei Episcopus beneficium conferat. Potest tamen Episcopus ordinare non subditum, si hic habeat dimissorias Legati à Latere Cened. Vel si sit spes ratihabitionis proprii Episcopi. Dia. contra Cened. Vel denique quando Episcopus diu suspensus fuisset, eò quod alienum subditum ordinaverit, tunc enim poterit propinquior Episcopus. Cened. Unde ad 2. q. neg. quia Pontificalia ex Trid. extra Diocesis ab Episcopo exerceri non possunt: ergo, &c.

16 Quis possit concedere literas dimissoriales, & quomodo? Vid. Ron. q. 2.

17 Potest nè Capitulum Sede vacante, dimissorias concedere? q. aff. post annum à die vacationis; ante verò non posso, nec pro prima Tonsura. Primum constat ex Trid. eff. 7. cap. 10. de refor. 2. probatur ex eodem Trid. quod licet de ordinibus loquatur, consuetudo tamen interpretata est Decretum, etiam pro prima Tonsura. Res. q. 3. Merol. contra Quinta.

18 Vtrum possint Regulares has literas dimissoriales pro suis subditis ordinandis ad quemcumque Episcopum dirigere? q. neg. constat ex Decreto, seu declarat. S. Congr. Conci. jussu Clem. VIII. edita 15. Martii 1596. & omnia circa hoc privilegia revocata esse per Trid. prout ex praxi Curiae Romanae & consuetudine constare afferit Dia. Ita etiam Pelliz. Res. q. 4.

19 Ut dicatur quis Oriundus alicujus Diocesis, aut sufficiat, si ibi tantum natus sit? q. neg. sed ultra requiri, ut ibi suis Pater sicut domicilium habuerit eo tempore, quo natus est. Rat. est: quia mater, habens in suo itinere animum revertendū in suam Civitatem, singitur semper in Civitate fuisse, & ibi peperisse, ex l. retrō, ff. de captiuis: ergo, &c. Imò ex San. filii precreat in loco, ubi mater, vel pater fuerunt commorati per decennium negotiationis causa, non dicuntur originari illius ci, & à fortiori, si mater ex industria alibi vadit ad parturientium. Tamb. Res. q. 5.

20 An dicatur Oriundus quis illius Diocesis, ubi mater, pater, vel avus natus est? De matre loquendo, q. neg. nisi in casu filii illegitimi, dx l. i. ad finem, ff. ad municipalē. Res. q. 16. Vnde de Patre loquendo q. aff. neg. verò de avo. Primum constat ex Declarat. S. Congr. Conci. 19. Octobris 1595. Item ex l. affirmatio, q. filius, ff. de municipalibus. 2. pater ex praedicta lege, ubi sit mentio Patris tantum, non avi. Dia. Zerol. &c. contra Leon. acrumque permittentem, & contra Hen. acrumque negantem.

21 Quid

- 21 Quid requiratur, ut quis ratione beneficij possit ad Ordines protinovet? Requiritur primò, ut beneficium sit perpetuum, sicuti perpetuum est Sacramentum. *Ren. q. 7. 2.* sufficit admodum tenue; quia ex cap. nullus de tempor. *Ordi. in 6.* sit quis subiectus Episcopi ratione beneficij, non determinando huius quantitatem: ergo per quodlibet beneficium. *Hen. contra Barbos.* requirentem saltem *4. vel 8.* scutorum quantitatem. 3. non requiritur, ut beneficium habeat residentiam, aut perceptio nem fructuum (sicuti requiritur in titulo beneficij ad substationem necessarii.) *Rat. primi;* quia prædictum caput singuli citer loquitur de beneficio: ergo sufficit simplex. *Dia. San. &c.* Rat. 2. quia ex eodem cap. sufficit beneficium, & qui habet puerum tulum, beneficium habere dicitur. *Dia. esc.* Denique non sufficit pensio, quia haec non est beneficium. *Azo.*
- 22 Vtrum possit quis ordinari ratione beneficij, quod ad hunc finem fuit constitutum in aliena Diocesi, ut posset ille talis ab Episcopo illius Diocesis ordinari in fraudem Episcopi domiciliarii? *Be. aff.* quia jus non nisi beneficium requirit, nec aliud distinguunt: ergo *Ex. Mars. & S. Joseph. Leon. Ren. q. 5.* contra *Dia. &c.*
- 23 Quomodo possit quis ordinari ratione domicilii? *q. 1.* ordinari posse, si comparavit alioibi domicilium, & ibi habitaverit cum animo perpetuo ibi manendi. ex *I. nib. interest, ff. de captiuis,* & postmodum *reversis. San.* quod dignosci potest, si eo loco maiorem partem bonorum transtulerit, ex *I. Civis, Cod. de incollis.* *Bos.* vel Regia fiscalia solvat. *Lay. Ren. q. 9.*
- 24 An qui duplex domicilium habet, possit ab utriusque loci Episcopo ordinari? *Be. aff.* si sequitur moraliter in utroque habitet, perpetuo in uno loco hyeme, & in alio aestate. Probatur à paritate plurium beneficiorum. *Dia. Res. q. 10.*
- 25 Vtrum possint Episcopi ordinare Baronos, Feudatarios suas Diocesis, eorumque filios, si alibi domicilium habeant? *q. aff.* quia ratione feudi, vel dominii censetur ibi habere domicilium, ex *I. Senatores, Cod. de incollis lib. 10. Ren. q. 11.* Hinc est, quod si Baronatum ante susceptionem Ordinum dimittant, ordinari non possunt: & ita resolvit *S. Cong. Concilii ad instantiam Eminentiss. Card. Philamarini Archiep. Neap. & S. Martii 1649.*
- 26 Quæ requirantur, ut possit quis ordinari tanquam familiaris Episcopi? *q. 2.* requiri, ut per triennium Episcopo (non Titulari tantum) inservierit, vivatque expensis Episcopi, & hic post Ordinationem, sine fraude ei beneficium conferat, ex *Trid. sess. 23. cap. 9. de reform.* *Ren. q. 12.* Dixi post Ordinationem; quia si ante,

- ante , poterit Episcopus ratione beneficii , ante triennium Beneficiatum ordinare : quod privilegium ampliatur à *Barbo*. *San.* etc. in famulo familiaris Episcopi , si cum familiari per triennium fuerit commoratus : Imd̄ quia possunt Episcopi superdictos ordinare, possunt etiam in intersticiis eorum dispensare, ut ait *Dia.* contra *Villalo*.*sc.*
- 27 An triennium debeat esse completum , vel sufficiat , si sit acceptum ? R. debere esse completum iudicatur & continuum , quavis non ad modum Novitiatus . Rat. primi : quia odiosum est , Episcopos posse alienos ordinare: ergo, &c. *Bauci*. Rat. 2. pendet ex cap. finali de verbis signif. in 6. ubi Pontifex dixit , nomine suorum Clericorum , venire Clericos familiares , continuo domesticos , commensales , etiam si aliquando pro suis negotiis abesse contingat. *Tamb.* *Ren.* q. 13. *sc.*
- 28 Vtrum possit ordinari tanquam familiaris , qui Episcopo de longinquo deservit , & ejus expensis vivit ? R. aff. si intra Diocesum deserviat , &c. Secus si extra ; quia Episcopus in primo tantum modo cognoscere potest qualitates , & mores sui familiaris , penes quam cognitionem assignatum fuit à Trid. triennium. *San. Bon.* *Ren.* q. 14. etc.
- 29 Intra quod tempus teneatur Episcopus post ordinationem , conferre suo familiari beneficium ? R. ex Trid. debere statim conferre , id est post 10. dies . *Tamb.* Quid autem dicendum sit , si Episcopus id non fecerit , vel moriatur . In 2. casu esse bene ordinatum triennalem , dixit *Bauci* . quia sicuti est benè ordinatus quis ad titulum patrimonii , vel beneficii , nec aliquam suspensionem incurrit , etiamsi casu amittat beneficium , vel patrimonium , ita , &c. In primo vero casu remaneat suspensum triennale , dumtaxat si conscientius fuerit male intentionis Episcopi ; quia tunc contra Trid. fraus committeretur . *Ren.* q. 15.
- 30 Si quis aliquos Ordines suscepit ab Episcopo domicilii v. g. an possit alios salscipere ab Episcopo originis , vel beneficii ? R. aff. quia cum electione unius Episcopi non definit esse quis aliorum subditus: ergo &c. *Averf.* *Ren.* q. 16 *Squill.* *sc.* contra *Bar. Rucc.* *sc.*
- 31 Qualis sit titulus , ad quem potest quis ordinari ? R. ex Trid. *sc.* 2. 1. cap. 2. de reformat. requiri titulum , vel beneficii , vel patrimonii , vel paupertatis in Religiosis post validam professio- nem. *San. Ren.* fol. 356. q. 1.
- 32 Si quis fixo titulo , vel sine titulo beneficij aut patrimonii pr-

dimitetur, an interraret aliquam suspensionem? **38. neg.** nisi in aliqua Dioceesi haec pena fuisset imposta, ut in nostra Neapolitana. Rat. est quia ex Trid. solum remaneat confirmata antiqua pena, non quidem suspensionis, (cum haec ante Trid. fuerit revocata) sed pena in Episcopo, alesandi ordinatum; & sic declaravit S. Cong. apud *Pisacum* adductum à *Dia.* ita *Sd. Tel.* *Ren. q. 2. etc.* contra *Sua. Bon. &c.* An autem literas dimissoriarum facto patrimonio obtentae, sint falsae. Negant *Villale. Hen.* quia quamvis per fraudem obtentae sint, sunt tamen veræ diligentiae. Est contra *Coni. &c.*

39. Possit nè quis sine ullo titulo ad ordines promoveri? **39. neg.** ex expressis verbis Trid. *sef. 21. cap. 2. de reform.* ex quibus manifeste excluduntur variae opiniones in contrarium. *San.* Idein dicendum de eo, cui fuerint promissa subdia; quia ex eodem Trid. requiritur Patrimonium: ergo jus in illo, non ad illud: *Aze. Ren. q. 35.*

40. Si quis ordinaretur ad titulum patrimonii ab alio si cessi, sed cum pacto, ut post ordinem suscepimus, illud retrocedat, an incurrat suspensioem? **40. neg.** quia non suspenditur, qui sicut titulo ordinatur, ex dictis: ergo, &c. Tum quia tale padrum ex Trid. est nullum. Vnde nequit in foro conscientie ordinatus tenet retrocedere tale patrimonium: ergo, &c. *Dia. Ren. q. 4. Bon. etc. contra Sua.*

41. Utrum patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus hypothecari possit post ordinacionem? **41. bona,** ad cuius titulum quis ordinatur, non possit speciali hypotheca obligari: posse vere generali, quia in hac non veniunt ea bona patrimonialis. *Cave. Ren. q. 5.*

42. Si quis sine sua culpa amitteret patrimonium, ad cuius cillum fuit ordinatus, an possit licet ad alios ordines promoveri, vel in ipso fine suspensione se exercere? **42. ad primum neg.** quia sic, contra Trid. premoveatur sine patrimonio. *Sua. Hen. Ren. q. 6. etc.* Vnde ad 3. **43. aff.** quia pena requirit culpam: ergo, &c. *Fascic.*

44. An annua pensio, vel census redditibilis sufficiat ad hoc, ut quis possit ad Ordines promoveri? **44. ad primum aff.** si pensio ad congeuam subventionem sufficiat; ex Trid. *sef. 21. cap. 2. de reform.* Tuta quia hujusmodi pensio est jus reale proprium illius, cui assignatur ergo, &c. *Bon.* Vnde ad 3. **45. aff. ex Clemensi. ex vi S.** cum anni redditus de verb. signif. ubi anni census inter impossibilia computatur. Tuta quia causa redditibilis

est sufficiens pro constitutione vinculi, &c Majoratus perpetuò: ergo multò magis pro titulo ad Ordines requisito. *Azo. Ren. q.7. Pala. etc. contra Ugeli.*

38 An possit quis ordinari ad titulum Beneficii, cuius fructus potius non potest, nisi post suscepsum Presbyteratum, vel ordinari ad titulum Cappellaniæ Perpetuæ? ad primum aff. si aliunde habet unde vivat Secùs si non. Rat. pñm; quia sic resolutum fuit à S. Cong. *Garzi contra Marchinum.* Rat. 2. quia aliter interim mandicari cogeretur, quod indecorum est. *Am. Ren. q.8.* Vnde ad 2. codem modo respondendum est: quæ omnia de titulo Cappellaniæ procedunt, sicut ratione Cappellaniæ, (quæ dicitur beneficium, quando est perpetua, & Episcopi auctoritate fundata) potest Episcopus ordinari non subditum, eam Cappellaniam in sua Diœcesi habentem, sicut potest ratione beneficij. *Ricc. Dia. contra Garzi. etc.*

39 Quæ sint interstitia servanda in collatione Quidamq; v. i. esse intervalla quedam interposiæ à Sacris Canonibus assignata inter unum Ordinem, & ab aliis: quæ non servare mortale inducit, non verò suspensionem. *Potum confit ex Trid. sessi. 3. cap. 11. 13. & 14. de reform. requirente inter Acholitatum & Subdiaconatum, inter hunc & Diaconatum; hunc & Sacerdotium Panorum interstitii.* *Ren. foli 1360. q. 1. 2.* probatur; quia sic faceret contra præscriptum Trid. ergo, &c. Probatur 3. quia in iure nulla adest talis suspensiō: ergo, &c. *Fam. Sua. Pala. etc. contra Portoll. Lexa.* loquendo de suspensione.

40 Annus interstitii præscriptus à Trid. dobet nè esse naturalis, an sufficiat Ecclesiasticus, sufficere Ecclesiasticum, nec int̄ excludi naturalem, etiam Ecclesiastico non transacto. *Bon. ex declarata facta per Radiam Xibi V. & Cardinalium Congregaz.* imò penes *Pala.* sufficere aliquando decussum intervallorum temporum, etiam si annus Ecclesiasticus non transierit; quod *Fam. non approbat.*

41 Quia ad interstitia dispensari possit, posse Episcopum, sive originis, &c. sive ordinantem suum familiarem, urgente tam necessitate, aut Ecclesiae utilitate dispensative, non copulativè: & licet in interstitiis à Diaconatu ad Presbyteratum videatur utrumque requiri à Trid. cap. 13. ibidem particula sumitur pro vero: quod evenire posse, patet in definitione necessaria, quæ est principium motus, & quietis, hoc est, vel quietis. *Pellia. Dicast. Rem. q. 3. contra Palam Bon.*

42 Qualis necessitas, vel utilitas requiratur ad hanc dispensationem?

- nem? Et hoc remitti ex Trid. arbitrio Episcopi. *Ren. q. 43*
- 43 Quis possit dispensare in interstitiis Regularium? *q. 43*. posse eorum Superiores; quia hi, & non Episcopi dant reverendas, seu dimissorias: ergo, &c. Tum quia Regulares non sunt subjecti Episcopis: ergo, &c. *Sua San.* qui ita practicari afferit. Est contra *Bon. Tamb.* *Ren. q. 5.* etc.
- 44 An sicut observanda sunt temporum interstitia, ita servandum sit aliquod determinatum tempus, in quo possint Ordines conferri? *q. 44*. aff. unde Ordines Sacri, praecisa Pontificis dispensatione, solis Sabbathis, & temporum, Sabbatho Dominicae Passionis, vel Sabbatho Sancto conferri possunt, ex capite eius de temp. ordi. Ordines vero Minores solis Dominicis, & festis diebus ultra supradicta tempora ex eodem Cap. Episcopatus rursus Dominicis tantum diebus, & hora tertia, ex cap. ordin. et al. & cap. quod die, diff. 15. Et denique Prima Tomura omni die, etiam feriato ex Pontificali, & quavis hora, ex Dia. Est communis.
- 45 An in casu necessitatis, ut si Sabbatho 4. temporum non potuit ob infirmitatem Episcopi, vel multitudinem Ordinandorum quis ordinari, possit eidem Ordo Sacer in sequenti Dominica conferri? *q. 45*. aff. continuato tamen jejunio ex parte utriusque, ordinandi scilicet, & Episcopi. Constat, ex capitulo eius de temp. ordi. nam tune fictione canonica mane Dominicæ celebratur ad Vesperas Sabbathi præcedentis: ergo, &c. *San. Ren. q. 7. Lay. etc.*
- 46 Vtrum possit unus Ordo Sacer conferri in Sabbatho, & temporum, & alius Ordo Sacer eidem conferri in Dominicæ sequenti, stante Indulcio Serm. Pontificis, quod possit quis ordinari in tribus diebus festi vis? *q. 46*. aff. nam id sic est expressum in cit. cap. prohibetur, id tamet intelligitur concinato jejunio, ne eodem die duo Sacri Ordines conferantur: ergo in calvinostro non continuato jejunio, non censetur idem dies Sabbathi, & Dominicæ: ergo, &c. *Ren. ibi.*
- 47 Possunt nec Dominicis, & festis diebus extra 4. tempora, promoveri plures ad Ordines Minores? *q. 47*. aff. dummodo tanti non sint, ut appareat, Episcopum generales Ordinationes tenere. Constat ex Cap. de eo de temp. Ord. Syl. *Ren. q. 3. 9.* etc. contra *Ang. Pausor.* etc. aliter textum capitulis explicantes.
- 48 An festi dies, in quibus possunt Ordines Minores, debent esse festi de precepto: Et idem queritur de festis diebus, in quibus ex dispensatione Pontificis possunt aliquando con-

- maiores? &c. in utroque casu festos debere esse de præcepto, quamvis in ipsis non fiat officium de festo, ut si in feria 4. Cinerum incidat festum S. Mathie. Primum constat ex novo Pon. tificiali Vrb. VIII. Tum quia in communione estimatione nomine festorum veniunt ea, in quibus servilia cessant: ergo, &c. Ren. q. 9. Azo. Barbo, &c. contra Gau. Dia. etc. 2. probatur; quia Pontifex pro diebus festis intendit, ut sint apud fidèles solemnia: ergo, &c. Tamb.
- 49 An tempora assignata à jure pro Ordinibus suscipiendis debeat observari etiam respectu Regularium? &c. aff. & privilegia circa hoc omnia ex usu recessisse, testatur ex Mira. Lascus Dona. Laynenis Dominicanus Ren. q. 10.
- 50 Potest nè quis uno, & eodem die plures Ordines suscipere? &c. minores Ordines cum prima Tonsura, præcisa confuetudine, & prohibitione in contrarium suscipi posse eodem die: cum Subdiaconatu verò nequaquam: & idem dicendum de duobus Sacris. Primum probatur; quia licet ex Trid. regularantur aliqua interstitia inter Ordines Minores, de licentia tamen Episcopi eodem die suscipi possunt; aliundè prima Tonsura non est Ordo: ergo, &c. San. Ren. q. 11. etc. 2. constat ex cap. 2. de eo, qui furcivè Ordines recipit. San. Syl. etc. contra Vag. Tertium probatur ex Trid. sess. 23. cap. 13. Petriz. etc.
- 51 Quomodo irregularitas impedit Ordinis susceptionem? &c. irregularitatem, sive ex delicto, sive ex defectu impedit ordinum susceptionem. Ren. fol. 366. q. 1. Quæ autem sit irregularitas ex delicto, quæ ex defectu. V. Irregularitas.
- 52 An expodus præsumendus sit illegitimus, itaut ad Ordines promoveri nō possit sine dispensatione? &c. neg. quia quilibet ex l. 3. de infantibus expodus præsumitur ingenuus, & ex legitimo matrimonio natus, ex l. Lucius, fidei condit. & deo consagrato, ergo, &c. Tum quia expodus ex Bulla Greg. XIV. censendus est legitimus: ergo, &c. Fili. Com. Ren. q. 2. &c. contra Bon. Vetus. &c.
53. An illegitimus, qui per rescriptum Papæ fuit legitimatus, possit ad Ordines promoveri absque alia dispensatione super irregularitatem? &c. aff. si legitimatio fuit absoluta, & totalis: Secus si Papa prius legitimet, & deinde addat restrictionem: Sic Pontifex legitimando professum in Religione noluit illi acquiri jus ad Praesuluras. Tamb. Ren. q. 3. contra Bon. id absolute extendenter ad omnia, ad quæ se extendit potestas legitimantis, quacunus fieri potest absque præjudicio alterius, & contra Loy. absolute concedenter.

§ 4 An illegitimus dispensatus ut Clericus fiat censeatur dispensatus ad Ordines Minores, vel dispensatus ad Ordines, censeatur dispensatus ad Sacros? ~~B.~~ ad primum aff. quia permisso in genere mediocritatem respieit: sed Minores Ordines medii sunt inter primam Tonsuram, & Ordines Sacros: ergo, &c.
Dia. contra Merol. Vnde ad 2. *R.* neg. nisi Papa motu proprio dispensaret, vel simpliciter legitimaret, aut dispensaret sciens illegitimum in minoribus esse constitutum. Probatur; quia in materia stricta, qualis est dispensatio, non veniunt qualificati Ordines, nisi exprimantur. *Dia. Sua. Ren. q. 4. Et c. contra Coni.*

§ 5 Vtrum Daemoniaci, & Energutneni arceantur à susceptione Ordinum: & idem queritur de laborantibus morbo caducos. Ad primum dico, non posse supradictos, ante susceptionem Ordinum tales, perseverante infirmitate, Ordines recipere: quod si se liberaverint, nec possunt Sacros sine Episcopi dispensatione recipere: bene verò Minores: Possunt tamen, si post susceptos Ordines contingat infirmitas, cum eadem dispensatione in Ordinibus se exercere. Primum constat ex Cap. *Maritum*; & cap. *Clerici* diff. 33. 2. probator; quia ad Episcopum spectat judicare de liberatione infirmitatis: ergo; &c. Probatum 3. quia in cap. *Clerici* cit. Sacrorum susceptio dumtaxat, sine dispensatione prohibetur. *Ren. q. 5. 4.* probatur ex cap. *Communiter* diff. 33. *Bon. Nav. Tol. Et c.* Vnde ad 2. *R.* neg. ex cap. *Maritum*, & cap. *Commun. cit.* Possunt tamen cum focio jejuno in Ordinibus se exercere, si infirmitas post susceptos Ordines advenerit, raro morbo vexentur, & absque indecessa. *Bon.*

§ 6 Potest nō abstemius ad Ordines promoveri? *R.* posse ad omnes prater Sacerdotium; quia in hoc tantum requiritur perfecatio Sacrificii in utraque specie. *Bon. Nav. Ren. q. 6.*

§ 7 An censura irretitus valide Ordines recipiat? *R.* aff. etiam Episcopus Ordines conferendo generaliter protestetur se nolle excommunicatis, &c. Ordines conferre; quia haec protestatio est ad terrorem, vel ad minus est contra eos, quos Episcopus sciret esse excommunicatos, &c. *Lay. Ren. q. 7. Pelle. Et c.*

§ 8 Quae scientia requiratur in Ordinando? Tonsurandus scire debet legere, & scribere, & fidei rudimenta, & promovendus ad minores, linguam latinam: Ad Subdiaconatum vero, & Diaconatum requiritur; ut literis (est Trid. diff. 23; cap. 4. de reform.) & iis, quae pertinent ad eos Ordines, quos suscipit exercendos, sit

- 58 sit Ordinandus instructus. Ad Presbyteratum denique, ait idem Trid. requiritur, ut ad Populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ministranda Sacra menta, diligenti examine precedente idonee c^mprobentur. Ren. fol. 370 q. 1.
- 59 Num Regulares possint quoad scientiam ab Episcopis examinari? R. aff. & privilegia circa hoc revocata per Trid. sess. 23. c. 12. de reform. in furo conscientiae valere, dici non potest ex Alex. VII. prop. 36. Ren. q. 2. Imò Palla^r, addit ad id teneri Episcopos.
- 60 Quae probitas, & vita honestas requiratur in eo, qui promovendus est? R. ad Ordines minores requiri bonum testimonium à Parocho, & magistro scholæ in qua promovendus educatur. Ad maiores verò requiri publicationes faciendas per Parochum in Ecclesia. Trid. sess. 23. cap. 5. de reform. Ren. q. 3.
- 61 Quomodo ordinandus debet esse in gratia? R. sufficere in ea esse per contritionem (si non est communicandus) quia in cœteris Sacramentis sufficit contritio: ergo, &c. Ren. q. 4. Nec verum est suscipientem Episcopatum in peccato committere duplex peccatum, unum ratione Ordinis suscepiti, alterum ratione circumstantiæ matrimonii spiritualis cum Ecclesia; quia hoc non convenit cum carnali univocè, nec est Sacramentum. Sua. Coto. contra Dia.
- 62 Quæ intentio requiritur ad suscipiendos Ordines? R. ad validè requiri in adultis intentionem suscipiendi Ordines, sicut in cœteris Sacramentis. Fili. Ad licite verò requiri intentionem suscipiendi Ordines, & non secularis judicii fugiendi causa. Trid. sess. 23. cap. 4. alias venialiter ordinandus, non mortaliter peccaret: quia non est mortale Ordines suscipere cum intentione ejus, quod consequitur ad Ordines: ergo, &c. San. Ren. fol. 371 q. 1. Dia. contra Ied. Bon. Lay. etc. dicentes peccare mortaliter, quod apud Bon. Lay. etc. valet tantum in casu, quo gravi aliqua causa apud seculare judicium incepta, fraudolenter Ordinibus quis initiatetur.
- 63 Gradatio est nè conditio necessaria in Sacramento Ordinis? R. esse necessariam necessitate Sacramenti in Episcopatu qui suscipi debet post Sacerdotium, in reliquis vero est de praecipto. Rat. primi: quia Episcopatus non est distinctus Ordo à Sacerdotio: ergo essentialiter cum ipso connectitur: ergo, &c. Ren. q. 2. S. 7 bo. Rat. 2. quia inter Ordines non est essentialis connexio: ergo, &c.
- 64 Quis sit Minister Ordinis? R. ad valorem esse quemlibet Episco-

scopum, etiam degradarum, imò & per saltum (priuermittendo aliquos Ordines) suscipiunt Sacerdotium. Rat. primi; quia potestas conferendi Ordines radicatur in charactere Episcopali indelebili: ergo, &c. Ren. q. 3. Rat. 2. quia dummodò Episcopus sit Sacerdos characterem Episcopalem habet: ergo, &c. Coni. Fili. Bon. etc. contra San. Syl. S. & etc.

65 An Episcopus Titularis possit licetè conferre Ordines? R. neg. ex Trid. sess. 14. cap. 2. de refor. Ren. q. 4.

66 Vtrum alii præter Episcopos possint Ordines conferre? R. posse Presbyteros Cardinales in suis titulis conferre ex consuetudine primam tonsuram, & minores Ordines. Ren. q. 5. Bon. Idem dicendum ex cap. Quoniam diff. 69. etc. de Abbatibus habentibus usum Mitras, & Baculi & quod intelligendum est orga suos subditos tantum ex declarat. Sac. Conc. Interpre. 23. Novemb. 1641. Lay. Mira. etc. Dixi minores, quia privilegium aliquorum Abbatutis sacros Ordines conferendi, esse revocatum per Trid. sess. 23. cap. 12. dixit Dia. contra Card.

SACRAMENTA ORDINUM IN PARTICULARI,

Ubi de prima Tonsura. Quares.

1 **A**n prima tonsura sit Ordo? R. neg. ex TT. contra Canonistas. Constat ex cap. A^r Subdiaconatu diff. 23. ubi expressis Ordinibus non sit de tonsura mentio. Item ex Trid. sess. 23. cap. 6. ubi tonsura non numeratur inter Ordines minores. Ren. tom. 2. fol. 374. q. 1.

2 Quibus privilegiis gaudeant qui sunt prima tonsura iniciati? R. gaudente privilegio Canonis ex dictis de censuris: Item, & foris durat hodie ex Trid. sess. 23. t. 5. vel. primis incedant in tonsura, & habitu (nisi ex Geneven. excuset paupertas; vel modicum tempius) inserviantque alicui Ecclesiæ (saltē interpellatè ex eodem contra Bon.) aut si non, in Synodo obedientiam Ordinario præfiterint, aut processionibus interfuerint: Dia. ex decl. Sac. Cong. Concil. 23. Martii 1623. Vel 2. ex eodem Trid. si habitum, & tonsuram non deferat, sine tamen beneficiati. Quibus tamen beneficiis privari non possunt, ut sic cogantur ad gestandum habitum, ex Ren. q. 2. Regente de Marinis contra Genevens. & Bulla in contrarium Xisti V. revocata est per Bullam Clem. VIII. quæ incipit: *In suprema.*

3 Si Clericus tempore delicti committi non deferat habitum, an possit à Judice seculari puniri? R. neg. quia ex declar. S. Cong. teste

- teste Riccio apud Bon. talis Clericus non amittit privilegium : ergo, &c. Tum quia licet ex Trid. non requiratur tria monitio (ut olim) ad hoc ut Clericus amittat privilegium , requiriatur tamen, ut continuata consuetudine habitum non gestet ita ut publicè ut laicus habeatur: ergo, &c. Bon. Gene. Ren. q. 3. c. 16.
- 4 Vtrum gaudeat privilegio fori Clericus , qui per longum tempus defert habitum, & non tonsuram, vel e contra ? Loquimur de Clerico non autem de constituto in sacris; hunc enim certum est gaudere ex Bon. etc. &c. igitur ac^t primum aff. quia tonsura non est tantæ soleritatis , & s^{ap}è negligitur : unde ob eandem rationem oppositam s^u. ad 2. neg. Ren. q. 4. contra Ricci etc. utrumque pro privilegio requirentem.
- 5 Si Clericus tonsuram, vel habitum non deferat an peccet mortaliter? n. ad pri. neg. quia nullus est textus sub gravi id praediens Castro. Caje. etc. contra aliquos: unde ad 2. dico in sacris constitutos peccare mortaliter habitum per longum tempus non gestantes , ceteros verò tantum venialiter . Primum constat ex Trid. sess. 14. c. 6. de reforma. ubi praedicti suspenduntur: ergo, &c. Idem dicendum de Beneficiatis ex Clement. Quoniam de vita, & bonef. Cleric. Rat. primi; quia Clerici possunt sine culpa à statu Clericali recedere: ergo, &c. San. Ren. q. 5.
- 6 Quale debet esse servitium Ecclesiae ut Clericus gaudeat ? n. sufficere saltem si pro majori parte anni in spiritualibus servi- tium praefiterit ex declar. S. Con. teste Ricc. par. 4. dec. 15. q. 4. &c. nec requiri, ut id de mandato Episcopi praefiterit ex declarat. Sac. Cong. Gonci. 28. Octobris 1536. ut contra Cne. & Meno- chius. colunt. Ren. q. 6. Barbo. Ricc. etc.
- 7 Quale beneficium requiratur ad hoc ut Clericus non incedat in habitu , & tonsura gaudeat privilegio fori ? s^u. sufficere qualemcumque etiam tenue: in d^ec^t & titulum ipsius absque posses- sione: non autem possessionem super aliquo beneficio. Rat. pri- mi, & a. quia Trid. requirit ut Clericus sit beneficiatus : ergo, &c. Ricc. Gene. Ren. q. 7. Dio. qui id etiam extendit ad titulum sine redditibus. Est contra Julianum Cl. Fari. &c. Constat ex declarat. Sac. Con. 19. Junii 1538. teste Dio. Bon. &c. Et contra Sua. Dux. etc.
- 8 Vtrum possit Clericus puniri à Judice laico pro delicto com- missio ante Clericatum ? s^u. neg. quia in casu mutatus est status personæ: ergo in hoc casu non est attendendus tempus com- missi delicti, sicut attenditur quando status non mutatur . Ren. q. 9. Bon. etc.

9. Quis post delictum commissum effectus est Clericus , vel Religio-
nem fuit ingressus in fraudem fori secularis an gaudeat
privilegio fori ? R. ad primitum aff. quia ex cap. 4. *Trid. scf. 2.3.*
prohibitum est Episcopis , ne ad Ordines promoteant eos, qui
fori secularis fugiendi causa Ordines suscipiunt : ergo signum
est, eos gaudere: Tum quia qui ad Ecclesiam confugit animo
fugiendi judicium, gaudet immunitate ; ergo ita in casu nostro
Sua. Ren. q. 9. de Ias. contra *Moli. Covar. etc.* absolute negan-
tes, & contra *Iul. Cla. Cene. etc.* privilegium concedentes quo-
ad personam, non quoad bona. Vnde ad 2. n. aff. & Bulla in
contrarium Christi V. moderata est à Clem. VIII. in Bulla in Su-
prema. *Coto. de Ias. contra Bon.*

10. Verum possit à Judice laico puniri quis ob delictum commis-
sum tempore Clericatus, si post delictum commissum uxorem
duxit , & Clericatum dimisit i. s. neg. quia ad pugniendum ali-
quem attendendum est tempus commissi delicti ex l. 1. f. de per-
mis. Imò & qualitas status personæ tempore , quo delictum
commisit , ex l. 6 quis, *Cod. ad legem Corneliam de falsis:* ergo,
&c. Nec contradicimus rationi adductæ q. 8. quia ibi acquiritur
privilegium, & ideo derogatur iuri communii attendenti tem-
pus conumissi delicti , privilegium enim est concessio contra
jus communeshic autem nova acquisitar privilegium per muta-
tionem status, unde iuri communii non derogatur . *De Ias.*
Ren. q. 10.

11. An possit Judex secularis punire Religiosum non Clericum à
Religione effusum, & effectum laicum, pro delicto commisso
in Religionem ? aff. quia practicari non potest, ut tunc cognoscatur
delictum à suo Prelato Regulari: ergo ne remaneat impunitus potest à Judice seculari puniri. Tum quia talis Religio-
sus effectus laicus est verè laicus (non sic Clericus effectus lai-
cus nam est vere Clericus) ergo nullo privilegio gaudet : ergo,
&c. Tum etiam quia tunc cum ex mutatione status nullum de-
linquenti advenit privilegium attendendum est tempus com-
missi delicti , quando delinquens in suo priori statu charac-
terem recepit , vel fuit aliqui statu Ecclesiastico permanenter
addictus, quod non verificatur in Religioso non Clerico, bene
verò in seculari Clerico : ergo illa fungitur semper seculari
fuisse ; iste verò fangi non potest non fuisse Clericum . *De Ias.*
Sax. Ren. q. 11. contra Bon. etc. absolute negantes, & contra
Moli. Neu. concedentes in casu locum preventioni.

12. An qui post dimissum baptismi delinqvit possit à Judice secu-
lari

- lari puniri reassumpto habitu? *N.* neg. si assumpsit habitum ante carcerationem: quod si post, non gaudet si in ipsis carceribus reassumpsit; bene verò si post fugam à carceribus, vel dum manet habitatus. *Ren. q. 12. Barb.* Et idem dicendum de Clerico conjugato, qui habitum, & tonsuram dimisit, si potest illum reassummat, ex declar. *S. Con. apud Cuccum.* Primum probatur, quia gaudet privilegio, qui post delictum commissum est effectus Clericus in fraudem fori seculani, etiam si nunquam antea habitum gestaverit: ergo à fortiori, qui reassumpsit habitum ante carcerationem. Et confirmatur ex declar. *Sac. Congr. 19. Octobris 1596. Ricc. Barb. Fari. &c.*
- 13 An his privilegiis gaudent Clerici salvatici? Clerici salvatici sunt hi, qui ad Ecclesiarum, & Episcoporum servitia assumuntur, qui non debent esse malae conditionis, & famae, nec criminosi. Igitur supradicti in criminalibus dum actualiter serviunt gaudent privilegio fori, in civilibus verò quoad corporis distinctionem tantum. Sieut gaudent etiam immunitate ab oneribus personalibus, non verò ab aliis. Non tamen gaudent privilegio Cardinis, nec gabellarum exemptiones, ex declarat. *Sac. Congreg. Carlistal. 10. Kal. Junii 1632. Ricc. Barbo.*
Ren. q. 13.
- 14 Clerici conjugati gaudent ne his privilegiis? *N.* utroque privilegio gaudere, dummodo unicam, & virginem duxerint, deferant habitum, & tonsuram, ex cap. unico de Cleri conjug. in 6. & denique ex *Trid. eff. 23.* cap. 16. de refor. alicui Ecclesiae deferviant. *Sen.* An autem in criminalibus tantum gaudent privilegio fori? Dic eum *Ren. q. 14. Barb. &c. contra Bon. Ricci. &c.* quod sic in prædicta consuetudinē, contrariam, ut in nostro Regno.
- 15 Alii uxores, & filii supradictorum gaudent privilegio fori? *N.* neg. quia hoc privilegium conceditur Ordini: ergo non transit, &c. *Bon. Ren. q. 15. De Iust. etc. contra Dia. Squill. esc.* loquiendo de uxoribus.
- 16 Vtrum familiares, seu servi Clericorum gaudent privilegio fori? *N. neg.* contra *Narbonem, & Colconum,* sive servi sunt perpetui, contra *Menoebium, Bollatum, &c.* sive temporales, quia hoc privilegium praeter ordinem non est pro supradictis in usu, Episcoporum est, ut habet *Ren. q. 16. De Iust. &c.*
- 17 An familiares Episcoporum etiam attempitatis, & temporales gaudent privilegio fori? *N. ill.* ex dicti *Sac. Congr. iun. 1595.* apud

apud Gas. Ren. q. 17. &c. contra Sua. &c. Quod extenditur pri-
mò ad Episcopos titulares, dummodò horum familiares ab
Ordinario loci recognoscantur ex declar. S. Cong. 17. Jan. 1628.
apud Ciarlinum Secundò ad Vicarium Episcopi pro suo fami-
liari ex Squill. Ricc. &c.

18 Si familiaris Episcopi offendatur à laico, à quo Judice debeat
laicus cognosci &c. debere cognosci ab ipso Episcopo privativè
quoad alios ex cap. 1. de paenit. in 6. Ren. q. 18. contra Dia. id
permittentem, dum familiaris, ut persona publica ratione offi-
cii, non ut privata offenditur; tunc enim, ait, delictum esse
mixti fori.

19 An gaudeant privilegio fori Clerici qui Clericatu renuncia-
runt in manu Episcopi, si postea habitum reassumant? &c. aff. si
in ipsa renunciatione non apponatur privatio privilegii, ut
pena; quia Clericus non potest renunciare privilegiis in favo-
rem status Clericalis concessis. Tum quia nullo jure oppositum
invenitur. Ren. q. 19. De Ianu.

20 An emphyteuta Clerici, vel Ecclesiae sive Ecclesiasticorum
gaudeat privilegio fori? aff. si de re ad emphyteusim spectante
conveniatur, e. g. de pensionis solutione ex decis. Rotæ in
una Ravennensi emphyteusi 28. Maii 1631. Tum quia si do-
minium directum est Ecclesiasticum, & utile illi connexum
tale erit: ergo, &c. de Mari. Ren. q. 20. &c.

21 An gaudeat privilegio fori Clericus ordinatus ante legitimam-
-æatem, vel extra tempora, vel cum falsis dimissoriis? &c. neg.
ex constit. Vrb. VIII. 11. Octobris 1624. Dia. Ren. q. 21.

22 An gaudeant privilegio ordinati cum dimissoriis Capituli Se-
de vacante? &c. gaudere si sint in majoribus ordinati, sed reman-
nere ad beneplacitum futuri Prælati, suspensi; ex Trid. sess. 7.
cap. 10. de Ian. An autem ordinatus ab Episcopo excommuni-
cato non denunciato sit suspensus? &c. neg. etiam si Episcopus
alis sit, quia hæreticus; nam non est vitandus: ergo, &c. Veni.
Ren. qui q. 22. adducit casus in quibus Clerici non gaudent pri-
vilegio fori.

23 An Clericus se enormibus immiscens sit à Judice seculari co-
gnoscendus? &c. neg. quia contra De Ian. ex cap. perpendimus de
fent. excus. talis Clericus privilegio tantum Canonis, si sine
habitu, & tonsura incedat, privat. Bon. Ren. q. 24.

24 An possit Judex laicus cognoscere Clericum pro crimine falsæ
monetæ, vel pro criminе lœse Majestatis? &c. ad primum aff. sa-
cta prius degradatione à Judice Ecclesiastico ex constitut. Vrb.
VIII.

- VIII. idibus Novemb. 1627. de Mari. Ren. q. 25. contra Carolus
de Graffius, &c. Vnde ad 2. R. neg. quia non dicitur committere
crimen læse Majestatis, qui non est suhditus Principis: ergo,
&c. *Marta, Julius, &c.* Hinc peracto iudicio ab Ecclesiastico
Judice degradari Clericus non debet, ut seculari Curiae trada-
tur, quia casus non est de exceptis in quibus degradari pos-
test. *Dic.*
- 25 An sint alii, qui gaudeant privilegio fori, & si Clerici non
sint? R. aff. & primò gaudere laicos Religionum, Moniales,
Novitios, Milites Religiosos. Rursus Heremitas viventes sub
Episcopo, vel alio Superiori, &c. quos vid.apud Ren. q. 26.
- 26 An Bizzochæ gaudeant privilegio fori? R. aff. si castitate in-
voerint in manibus alicujus Superioris Regularis, etiam si in
propriis domibus habitent ex decre. Sac. Cong. 1628. apud No-
varium, ex Conc. Later. sub Leo X. & ex constit. ejusdem Leo.
&c. Rat. est quia sunt veræ Religiosæ, & Ecclesiasticæ. Ricc. *Dic.*
Ren. q. 27. etc.
- 27 An oblati gaudeant privilegio fori? R. aff. dummodò se, &
bona omnia præsentia, & futura alicui Ecclesiæ dicaverint, ha-
bitum, & Religionem aſſumant ex decl. Sac. Con. jussu Vrb. VIII.
apud Lay. Item Religioni illi inserviant ex c. Ecclesiarum seruos
12. q. 1. & denique intra ejus clauſtra habitent ex Trid. Jeff. 2. 4.
de refor. c. 11. Layn. Roderi. Ren. q. 28. etc.
- 28 An bona Ecclesiasticorum gaudeant privilegio immunitatis à
gabellis, tributis, &c. aliis oneribus? R. aff. tum ex jure Divino.
Math. 17. Reges terra, etc. Tum civili ex I. Jancimius, Cdd. de Sa-
crof. Eccles. Tum denique Ecclesiæ. ex cap. Ecclesia S. Mariae de
confis. & ex aliis Homob. Ren. q. 29. &c.
- 29 An Clericorum bona empta, seu donata sint à gabellis immu-
nia, si priusquam emerentur, vel donarentur erant in ma-
nu laici gabellis subditæ? R. aff. tum de jure communi ex cap. 1.
de imm. Eccles. in 6. Tum de jure Regni ex cap. Regni cit. Tran-
ſunt enim ea bona ad personam Ecclesiasticæ: ergo, &c. Ren.
q. 30. Moli. Sua. etc. contra Axo. Megal. id negantes si ea bona
annexam habeant annuam gabellam, perpetuam, certam, &c. im-
mobilam; & contra Driedo, etc. absolute negantes.
- 30 An Coloni partitarii Ecclesiasticorum, qui in certa parte fru-
ctuum conductionem solvunt, sint à gabellis immunes? R. aff.
si sint seculares, secus si Clerici. Primum probatur ex Bulla
Vii V. (de qua *Dic.*) existentis Colonos agricultuarios, arrendata-
rios, &c. ab omnibus gabellis, datius, &c. Tamb. Peyri. Probat. 2.
quia

quia prohibetur Clericis agros conducere ex cap. 1. & 2. 21. q. 3.
Bon. Ren. q. 3 1. contra Trull.

- 31 An emphyteuta Ecclesiae, vel Ecclesiasticarum personarum teneatur solvere gabellas pro re emphyteutica? R. aff. si emphyteus est redimibilis: Secus si irredimibilis, quia tunc dominium directum remanet apud dominium privilegium: ergo & utile dominium privilegium erit, utpote sequens natum dominii directi. *Dia. de Mari. Ren. q. 32. Et. contra Valla- scum, Et. t. absolutè concedētes, & contra Fili. absolutè negantes.*
- 32 An laici emptores bonorum Ecclesiasticorum immunes sint à gabellis? R. aff. quia alias bona minoris venderentur: ergo saltem indirecte laederetur Clericus vendens. *Dia. Ren. q. 33. Riccie contra Meli.*
- 33 In quo casu possunt gabella imponi solvendae à Clericis? R. in casu publicæ Reipublicæ necessitatis, respicientis agas principes Clericos, & laicos: Rursus in casu quo facultates laicorum non sufficiant, accedat consensus Populi, & Clericis & denique licentia Pontificis, vel Episcopi, quando Pontifex adiri non potest. *Ren. q. 34.*
- 34 An Clericus conjugatus sit à gabellis immunis? R. si erg. *Regesta de Marinis*, quia extra privilegium fori, & Canonis, alio non gaudet: ergo, &c. *Ren. q. 35.*

SACRAMENTA MINORUM ORDINUM. Quares.

- 1 **Q**uid sit Ostiarius? R. esse potestatem, per quam ordinatus in Ostiarium potest recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesia (non à communione ut alii volunt) *Crisianus. Ren. som. 2. fol. 391. q. 1.*
- 2 Qui sunt indigni excludendi ab Ecclesia? R. esse excommunicatos, Infideles, Apostatas, Hæreticos, Interdictos (post dictum Evangelium tantum) Cathecumenos (non autem energumenos, & publicos penitentes, qui penitentiam non dum impleverunt contra *Marchinum*) *Crisianus, Fornarius. Ren. q. 2.*
- 3 Quæ sit materia Ostiarius, & quæ ejus forma? R. materiam remotam esse claves tantuni, non vero cymbalum, sicut & proximani, traditionem ipsarum: nam verba formæ, scilicet sic age quasi rationem Deo redditurus, etc. supra claves, non supra cymbalum cadunt: Vnde patet ad a. Marchi. *Ren. q. 3.*
- 4 In quo actu imprimitur character in Ordine Ostiarius? R. imprimi in traditione instrumenti, clavium scilicet, quia tunc

- completior Sacramentum. *D. Tbo. etc.* sic etiam discurrēdūa est in aliis Sacramentis. *Ren. q. 4.*
- 5 **Quando sit institutus hic Ordo?** *q. vel quando Christus ejecit ementes, & vendentes de Templo, vel quando dixit: Assollite portas, etc.* *Ren. q. 5.*
- 6 **Quod est munus Ostiarii?** *q. esse excludere ab Ecclesia indignos, & admittere dignos: item percutere cymbalum, & campanam.* *San. Ren. q. 6.*
- 7 **Quid sit Ordo Lectoratus?** *q. esse potestatem, per quam ordinatus in Lectorem potest legere lectiones, & Prophetias.* *Ren. q. 7.*
- 8 **Quae est materia hujus Ordinis, & quae forma?** *q. materiam remota m esse librum sacrarum lectionum, præsertim Prophetarum, ut contradistinctum à materia Subdiaconatus, quae est liber Epistolarum, & lectionum novi testamenti. Hinc liber profanus non esset sufficiens materia.* *Cristianus*, Formam autem esse verba ab Episcopo prolatā, quibus expletis impri- matur character, quod procedit etiam in aliis Sacramentis. *Ren. q. 8. et 9.*
- 9 **Quod est officium Lectoris, & quando hic Ordo institutus fuit?** *q. ad primum præter supradictum, esse cathecumenos rudimenta fidei docere.* *Hen. Vnde ad. 2. q. institutum fuisse, quando Jesus Christus ingressus in Sinagogam librum Isaiae aperuit, & completa lectione profetiæ clausit, & dedit ministro.* *Luce 4. Ren. q. 10. et 11.*
- 10 **Quid sit Ordo Exorcistarum, quenam ejus materia, & forma, & quando institutus fuit?** *q. ad primum Exorcistatum esse potestatem, per quam ordinatus in Exorcistatum potest ex officio expellere diabolum, ne impedit aliquem à sumptione Eucharistie; nam per hoc hic Ordo in Missa sacrificium ordinatur, & est Sacramentum.* *Ren. q. 2. Vnde ad 2. q. materiam remota m esse librum Exorcismorum, proximam verò traditionem ipsius Formam denique esse verba Episcopi dicentis; Accipe, etc.* *Marcha Ren. q. 13. Denique ad 3. q. institutum fuisse huic Ordinem quando Christus de Magdalena daemonia ejecit: ex scrutinio Sacerdotali.*
- 11 **Quod est munus Exorcistæ, & an possit hodie quilibet fidelis exercitare?** *q. ad primum, esse arctare, & pellicre Daemones per adjurationem.* *San. Vnde ad 2. q. neg. neque publicè, neque privatè, ex Canon. nos sparses dist. 99. Ren. q. 15. et 16.*
- 12 **An ex hac potestate possint hodie Exorcistæ exorcistare?** *q. neg.*

nég. quia ultra potestatein Ordinis requiritur potestas iurisdictio-
nem veniens ab Episcopo, qui solis Sacerdotibus hodie
concedit, & quandoque cum restrictione. *Ren. q. 17.*

33 Quid sit Ordo Acolythus, & quænam ejus materia, & for-
ma? ad primum, esse potestatem, per quam ordinatus in
Acholythum potest portare urceolos eum vino, & aqua. *Ren.*
q. 18. Vnde ad 2. dico cum *Fili.* materiam remotam principa-
liorem esse urceolos vacuos, minus principalem candelabrum
eum cereo extinto; formam vero esse duplē corresponden-
tē dupli materialiæ, & dupli prolatione verborum Epi-
scopi, ultimam tamen principaliorē correspondentem tra-
ditioni urceolorum. *Ren. q. 19.* Vnde tunc imprimuntur chara-
cter. *S. Tho. Ren. q. 20.*

34 Cur urceoli traduntur vacui, & candela in candelabro extin-
cta? n. ideò sic esse quia officium Acolyti est præparare ur-
ceolos vino, & accendere lumen in candelabro, illudque ferre
ante Sacerdotem, & cum legitur Evangelium in Missa. Quod si
quæras, quando hic Ordo fuerit institutus? Dic ex Scrutinio, quan-
do Christus dixit: *Ego sum lux Mundi, qui sequitur me, non
ambulans in tenebris.* *Joan. 3. Crisost. Ren. q. 21. Et 23.*

SACRAMENTA MAJORUM ORDINUM. Quares.

3 **Q**uid sit Ordo Subdiaconatus, quæ ejus materia, & quæ for-
ma? ad primum esse potestatem, per quam ordinatus
in Subdiaconum potest portare Calicem cum vino ad Altare,
& præparare necessaria ad Sacramentum Eucharistie. Ita ex
Scrutinio. *Ren. som. 2. fol. 397. q. 1.* Legere autem Epistolæ ex
præcepto tantum Ecclesiæ, non ratione Ordinis Subdiacono
convenit. *Hes. contra Tamb.* Hinc est, quod materia nemeta
hujus Ordinis, non est liber Epistolarum, sed Calix vacuus
cum Patena vacua; utraque tamen de necessitate Sacramenti,
quia Concilia Toletan. Floren. & Carr. utrumque requiriunt,
& per hoc ad 2. *Cosm. Luy.* *Ren. q. 2. Et c.* Ad 3. q. formam esse
verba: *Videte, Et c.* *Ren. q. 3.*

2 An Calix, & Patena, quæ sunt materia hujus Ordinis debeant
esse consecrata? n. neg. de necessitate Sacramenti; bene vero
de necessitate præcepti. Rat. primi; quia Christus suo contagi
Calicem consecravit: ergo non est necesse us sic consecratus.
Rat. 2. quia Subdiaconus tangendo ea vasia deparetur ad rem
sacram faciendi; ergo, &c. *Ren. q. 5. Marchi. Et c. contra Baud.*
et c. absolu& affirmantes.

- 3 Quando fuit hic Ordo institutus, & quodnam sit munus Subdiaconi? *q. ad primum institutum fuisse quando Christus ligno se praecinxit, & pedes Discipulorum lavit. Ren. q. 7. Gabri. etc.* Vnde ad 2. *q. officium Subdiaconi esse ministeriale Diaconis deferendo Galicem, & Patenam, Pallas, & Corporalia ablucere, Epistolas canere, & Crucem ferre. T. amb. Ren. q. 8.*
- 4 An possit Subdiaconus in casu necessitatis, absente Sacerdote, & Diacono, Eucharistiam moribundo ministrare? *q. neg. quia falsum est, posse id facere laicum, ut vult Diaconus, nisi tantum in casu, quo moribundus aliter justificari non posset: ergo, &c.* Tum quia ad ministerium Sacerdotis consecratur Diaconus non Subdiaconus: ergo, &c. *Ren. q. 9.*
- 5 Ad quid teneatur qui suscipit Ordinem Subdiaconatus? *q. tene-ri ad officium, & castitatem de jure, non Divino, cum olim fuerit Subdiaconis conjugium permisum, sed Ecclesiastico, ex Trid. ss. 2. 4. can. 9. Ren. q. 10. San. 8. c.*
- 6 An Ecclesia præcipiat immediate castitatem Subdiaconis, vel tantum annexat tali Ordini votum castitatis? *q. annexare votum: quare hoc votum non est expressum, sed tacitum. Constat ex c. 1. de votis, et votis oblig. in 6. Acta Diaconum. Ren. q. 11. etc.*
- 7 Si quis in Subdiaconatus susceptione nollet se obligare ad votum, an, &c. *q. non teneari ad votum ex vi voti, sed ex constitutione Ecclesiae annexante Ordini votum, taliter ut sponte ad Ordinem promotus teneatur ad castitatem, velit, nolit. Et con- stat. Primum probatur: quia votum est voluntaria promissio facta Deo: sed Subdiaconus verè non vovet: ergo, &c. Ren. q. 12. San. Hinc est, quod peccat mortaliter Subdiaconus sic Ordinem suscipiendo. San. imò & postea, quo usque implicitè, aut explicitè vovet. T. amb.*
- 8 An qui ante usum rationis ordinatur in Subdiaconatum teneatur ad castitatem? *q. aff. si post usum rationis velit, sive tacite, si- ve expressè in Ordine permanere: Secus si non. Rat. utriusque; quia obligatio hujus voti pendet ex voluntaria susceptione, vel ratificatione Ordinum. Marchi. contra San. absolute ne- gantem.*
- 9 Si quis post usum rationis, sed ante pubertatem recipit Subdiaconatum, an teneatur ad castitatem? *q. aff. quia iste talis vel voluntario suscepit Ordinem, cui seit votum esse anne- xatum: ergo, &c. Marchi. Ren. q. 14. Say. etc. contra San.*
- 10 An qui pecuniam eadentem in vitrum constatem recipit Subdiaconatum teneatur, &c. *q. neg. quis votum per talentum metum emis-*

- emissum est istius ergo, &c. *Ren. q. 15.* contra aliquos apud *Azo.*
- 11 Ad quam partem officii tenetur illo die, quo quis in Subdiaconum ordinatur? *q. ad illam horam, in qua quis suscipit Subdiaconatum, & quae ad characterem impressum sequitur; quia ab illa hora incipit obligatio.* *Ren. q. 16.* *Bon. Sus. etc.*
- 12 An si Subdiaconus ante Ordinationem recitaverit totum Officium illius diei, teneatur postea ad eas horas? *q. neg.* quia obligatio recitandi illas horas est pro eo die: ergo, &c. *Troll. Ren. q. 17.* contra *Bon. Pala.*
- 13 An peccet Subdiaconus accedens ad Subdiaconatum, antequam didicerit Officium recitare? *q. neg.* si suæ obligationi cum alio satisfacere possit; quia nihil implicat, quod quis eodem tempore Officium recitet, & recitare disset. *Azo. Ren. q. 18.* contra *Nav.*
- 14 An qui post matrimonium ratum cum aliqua accedit ad Subdiaconatum, teneatur ad horas Canonicas, etiam postquam per Ecclesiam ad matrimonium redire cogitur? *q. neg.* ex sacra dispensatione Pontificis volentis matrimonium, non autem Subdiaconatum. *San. Ren. q. 19.* contra *Bon. Azo.* Idem dicendum dum Pontifex dispensat ad matrimonium cum Subdiacono. *San. Syl. Ricci. etc. contra Azo. Bon. etc.*
- 15 An teneatur Subdiaconus sub mortali recitare nocturnum ei in Ordinatione ab Episcopo impositam, sed distinctum ab Officio Divino? *q. aff.* quia materia est gravis. *Dia. Ren. Ren. q. 20.* contra *Tamb.*
- 16 An Subdiaconus exercens officium suum in Missa solenni sine manipulo peccet mortaliter? *q. aff.* præcisa oblitione; quia in manipulo conficitur solemnitas Subdiaconi. *Ren. q. 21.*
- 17 An Subdiaconus canens Epistolas in mortali, peccet mortaliter? *q. neg.* dummodo absit contemptus; quia minister non conficiens Sacramentum, sed tantum adjuvans, quantvis ex officio, non tenetur esse in gratia: ergo, &c. *Cossi. Ren. q. 22.* *Dia. etc. Syl. S. etc. cum D. Tbo. aliter sentiunt.*
- 18 An teneatur Subdiaconus dum induit sacras vestes recitare orationes, quas recitat Sacerdos? *q. neg.* quia eas orationes ex Rubricis, Sacerdotibus imponuntur recitandas, & sub veniali, ex *Dia.* ergo, &c. *Ren. q. 23. Crispus.*
- 19 Quid sit Ordo Diaconatus, & quænam ejus materialia? ad primum esse Ordinem sacrum Ecclesiasticum, quo confertur potestas proximè assistendi Presbytero in ministerio Altaris, legendique Evangelium in Missa; nam hanc est principalis potestas

19. *Refutatio Diaconi*: Dispensare autem Corpus Christi est consequens ad illam. *Tamb. Ren. fol. 404. q. 1.* Vnde ad 2. q. librum Evangeliorum, & impositionem manus dexteræ supra caput Ordinandi constituere materiam totalem, & adæquatam; quia sic salvantur Concilia, Flōren. scilicet, pro materia librum assignans, & Cartagin. impositionem. *Lay. Ren. q. 2. Tamb. q. 1. contra Bon. Soc. Vasq. &c.* pro materia adæquata librum affigentes.
20. An si in Ordinatione Diaconi tradatur Sacra Scriptura, sic sufficiens materia hujus Ordinis? *R. aff. si in ipsa contineantur Evangelia. Constat. Tamb. Ren. q. 3.*
21. Quando institutus fuit hic Ordo i. m. omnes sacros Ordines simul sūmptuoso institutos cum ipso Sacerdotio in Cœna Domini, qui instituens Sacerdotem, & Ministros instituit. *Marchi. Ren. q. 6.*
22. Quodnam est officium Diaconum esse in Missa solemnni ministram, publicè Evangelium cantare, in necessitate Corpus Christi ministrare; & ex Sacerdotis commissione, si hic sit praesens: Sanguinem verb. non nisi Romano Pontifici solemniter celebranti porrigitur passio quævis olim etiam præcisa necessitate Christi fidibus propinabat. Constat ex variis juribus. *S. Tho. Ren. q. 7.*
23. Ad officium Diaconi spectat solemniter baptizare, & Evangelium predicare? *Prae rezatione primi. v. Sacramentum Bapt.* *q. 2. 6. Vnde ad 2. m. aff. de licentia tamen Sacerdotis. Rat. est;* quia in ordinatione Diaconi dicitur: Optinet Diaconum ministram, & ad alios, Baptizare, & predicare ergo, &c. *Marchi. & Tamb.*
24. An deficiente Sacerdote post consecrationem, possit Diaconus Eucharistiam sumere? *m. aff. si sic jejunus; alias posset Subdiaconus, de manu cament Diaconi. Rat. primi;* quia de essentia sacrificii est consumptio: ergo, &c. *Rat. 2.* quia non potest Subdiaconus tangere Corpus Christi ergo, &c. *Ren. q. 10.*
25. An possit hoc facere Diaconus etiam in die Parasceves? *m. neg.* quia sumptio illa spectat ad sacrificium præcedentis diei, quod fuit perfectum: ergo, &c. ita nec potest Diaconus reliquas communiones perficere, quia sic sacrificaret. *Ren. q. 11.*
26. An possit Diaconus Eucharistiam extra necessitatem ministrare; absentia Sacerdote? *m. neg.* nisi de licentia Sacerdotis, & aliqua intercedente causa, tam ex parte Sacerdotis, quam communicandorum, quauis extrema necessitas non adsit. *Ren. q. 12.* *Dicit ex cap. Diaconus, & cap. prefectoria doct. 93. contra Quintanam. absolute affirmantem.* *27. An*

- 27 An possit Diaconus deferre Hostiam ex Altari ad Sepulchrum, vel Pixedem ex uno ad aliud Altare? *q. aff.* quia potest illam ministrare: ergo, &c. *Res. q. 13. Tamb. &c.*
- 28 An possit Diaconus Eucharistiam ministrare Sacerdoti moribundo, absente alio Sacerdote? *q. magis congruum esse,* ut in casu Sacerdos Eucharistiam sumat de manu ministri, quamvis possit seipsum communicare. *Dia. Res. q. 14.*
- 29 An in extrema necessitate possit Diaconus Extremam anđicinem ministrare? *q. neg.* quia conficeret Sacramentum, quod solus Sacerdos potest. *Res. q. 15.*
- 30 An peccet mortaliter Diaconus canens solemniter Evangelium in mortali? *q. neg.* quia sic ministrando, non conficit Sacramentum: ergo, &c. *Res. q. 16. D. Tamb. tamen conseruari docet.*
- 31 Quid si canat Evangelium scienter sine folla, vel Dalmatione? *q. mortaliter peccare,* si sine folla canat, & Secus si sine Dalmatica, quia haec non est de solemnitate Diaconi, sicut illa. *Res. q. 17.*
- 32 Cur Diaconus utatur folla ad ministrandum humerum conversum? *q. ut distinguitur a Sacerdotio, cui ex officio convenit praedicare.* Hinc Papa, cui priuilegio, & principaliter id convenit semper foliam gerit. *Res. q. 18.*
- 33 An Diaconus possit dicere *Domine vobiscum* in Officii recitatione? *q. neg.* presente Sacerdote, nisi de ejus licentia, ex Rubrica Breviarii. *Res. q. 19.*
- 34 Quid sit Ordo Presbyteratus? *q. esse Ordinem factum,* per quem datur potestas conficiendi Corpus, & Sanguinem Christi, & remittendi fidelibus peccata. *Tamb. Res. fol. 409. q. 2.*
- 35 Quae est materia hujus Ordinis? *q. esse duplice,* veramque inadæquatam respectu Ordinis Presbyteratus; adæquatam vero respectu singularium Ordinationum, quae in Ordine Presbyteratus reperiuntur, & quae ipsum Ordinem Presbyteratus adæquant. Prima est Patena cum pane, & Calix cum vino. a. est impositio manus, per quam confertur peccatis absolvendi dependenter a potestate consecrandi, & haec independentes, & separatum ab illa, & per formas diversas: ergo diversas habere debet materias. *Coni. Res. q. 2. Ley. &c. contra Bon. &c.* distincte sufficere pro materia, vel tantum Patenam cum Hostia, vel tantum Calicem cum vino: & contra *Vales. Nag. &c.* pro materia adæquata Ordinis Sacerdotalis, Patenam cum pane, & Calicem cum vino assignantes. Hinc est, quod suppleri potest defectus impositionis manus, non autem defectus Calicis, &c. &c.

- 36 Si Episcopus non imponeret manum supra Ordinandum dicens : *Accipe Spiritum Sanctum*, &c. an ordinatus Sacerdos posset absolvere? *Si. neg.* quia duplex est materia, & forma, per quam duplex potestas traditur Ordinato, una in Corpus Christi verum, per quam potest consecrare, & alia in Corpus Christi mysticum, per quam potest absolvere: ergo, &c. *Dis. Loff. Ren. q. 3. &c. contra Valen. Nug. &c.*
- 37 Si ex obliuione in Galice non esset vinum, an esset sufficiens materia? *Si. esse dubiam materiam, nam utraque usus est Christus Dominus. Ledes. &c. Hinc in facti contingentia repetenda est ordinatio. Tamb. Villalo. Dia. &c.*
- 38 An Ordinandus in Sacerdotem debeat tangere non solum Patenam, sed etiam Hostiam in illa? *Si. neg.* quia de facto ordinandus tangit Calicem, & non vinum, & tamen valide ordinatur: ergo, &c. *Pala. Ren. q. 5. Com. Vag. &c. contra Fabrum.*
- 39 An esset valide ordinatus, qui tangeret Calicem cum vino, & non Patenam? *Si. esse sub dubio ordinatum, quia contactus materiae debet esse physicus ex decreto Innoe. XI. nec sufficit moralis. Hinc ordinatio repetenda esset sub conditione. Est contra Sol. Valen. &c. In quo autem actu imprimitur character? Dic imprimi cum Ordinando confertur potestas ad principalem actum, scilicet ad consecrandum; qui postea perficitur in partiali ordinatione ad absolvendum. Lay. Ren. q. 8.*
- 40 Quādo fuit institutus hic Ordo; & quodnam sit officium Sacerdotis? *Si. ad primum, quoad potestatem consecrandi fuisse institutum, quando Christus in ultima cœna panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem suum convertit: quoad potestatem verū absolvendi, quando post Resurrectionem dixit Apostolis: Accipite Spiritum Sanctum, &c. Ren. q. 9. Vnde ad 2. dico, officium Sacerdotis esse confidere Corporis, & Sanguinem Christi, illudque offere, & dispensare. Ren. q. 10.*
- 41 An Sacerdos statim post Ordinationem possit absolvere à peccatis? *Si. neque à mortalibus, neque à venialibus posse. Secundum est Bordo. contra Ren. q. 11. &c. Colligitur ex Decr. Inno. XI. de quotidiana communione in fine. 1. patet ex Trid. sess. 23. de reformatione. cap. 15. Tum quia Sacerdos per ordinationem habet in actu primo dumtaxat potestatem jurisdictionis. Duar.*
- 42 Quae sententia requiratur in Sacerdote consecrante? *Si. actualem non requiri, quia est difficilis, habitualem non sufficere, quia per illam non operatur humano modo Sacerdos, unde rationalem hanc oppositam, sufficit virtualis. Bon. Ren. q. 12.*

- 43 An valeat consecratio , si Sacerdos intendat consecrare medietatem Hostia ? &. aff. si ipse eam determinet , quanvis mortaliiter peccabit . *Lay.* Secus si non determinet ; quia intentio debet esse humano modo , & determinata . *Ren. q. 14.* Dixi , si ipse , nam si esset determinanda à Deo , nec valide consecraretur ob eandem rationem . *Bon.*
- 44 An qui ordinantur Sacerdotes , & cum Episcopo consecrant , possint sacrificium illud applicare , cui voluerint ? *R. neg.* nam in tantum possent , quia scilicet simul cum Episcopo consecrent verba consecrationis proferrent , & sic verificaretur , eos verè consecrare , & unumquemque esse causam totalem consecrationis : sed hoc per difficile est in praxi : ergo , &c. *Pelliz. Ren. q. 15. contra Dis.*
- 45 An Sacerdos possit offerre , seu applicare Missam pro excommunicato ? *v. Censura excommunicationis majoris q. 5. 1.*
- 46 Potestne pro Infideli , vel Cathecumeno mortuo Missa sacrificium applicari ? *R. ad primum posse quatenus sacrificium impenetratorium est , non verò quatenus satisfactorium.* *Rat. princi;* quia licitum est Infidelium coaversationem impetrare ; ergo , &c. *Rat. 2.* quia in actu infideles merentur poenam aeternam : ergo non possunt pro poena eorum peccatis debita in hac vita satisfacere : ergo , &c. *Ren. q. 17. contra Sor.* absolutè negantem , & contra *Bellar.* ecc. absolutè concedentes . Vnde ad 2. R. aff. si pro ipsis non stetit , quin baptizentur ; quia censentur mortui cum Baptismo Flaminis . *D. Aug. Fag. etc. contra Bellar. Axam. etc.*
- 47 An possit Missa applicari pro eo , qui id ignorat : ut si Titius Sacerdos negaverit Cajo posse 10. Missas celebrare , quas postea celebrari *R. aff.* quia non requiritur applicatio illius , qui Missas dat celebrandas , sed sufficit applicatio Sacerdotis celebrantis : ergo , &c. *Ren. q. 18. Pelliz.*
- 48 An pro peccatoribus possit offerri Missa V. quia de infideli dixi . *q. 46.*
- 49 An Missa pro Defunctis possit applicari pro vivis ? *R. neg.* quia est contra Rubricas in re gravi . Tum quia quoad fructum ex opere operato , Missae omnes sunt aequalis valoris : ergo non est , cur dicantur de Requiem applicatae pro vivis . *Ros. q. 10. Lay. contra Pey. Zerol. Barbos. etc.*
- 50 Quo tempore applicare possit Missam Sacerdos , duxa aequaliter celebrat , si antea non applicavit ? *R. posse pro quocumque tempore post consecrationem , & ante sumptionem , qui sacrificium non post consecrationem , sed post sumptum etiam valletur.* *Pelliz. Ren. q. 21.*

- § 1 An cum petitur Missa Assumptionis , Nativitatis B. Virginis , Passionis hebdomadæ Sanctæ, &c. possit Sacerdos illas celebrare, prout in eorum festivitatibus, ut petitur & neg. qui pro his praescriptæ sunt particulares Missæ in Missali : ergo , &c. *Gau. Ren. q.22.*
- § 2 An Rubricæ Missalis obligent in conscientia sub peccato gravi ; & illas sub gravi tantum obligare , in quibus materia est gravis. Patet. *Ren.q.23. Bauci. contra Bon.* absolute concedentem, & contra Possevi. absolute negantem.
- § 3 An teneatur Sacerdos sub mortali in celebranda Missa servare Ritum suæ Ecclesie , Ambrosianæ scilicet, Carmelitanæ , vel Romana ; & aff. nisi ut peregrinus in aliena Ecclesia reperiatur ; vel nisi aliqua intercedat necessitas : ut si Sacerdos supra Altare advertat, Missale esse alterius ritus. Primum constat ex Bulla Pii V. in principio Missalis Romani. 2. probatur : quia peregrinus potest se accommodare legibus loci: ergo, &c. *Ren. q. 24. Tertium constat Tamb.*
- § 4 Vtrum Sacerdos teneatur aliquoties in anno celebrare , praescindendo à quovis impedimento , & pracepto annuae communionis ? & peccare mortaliter , si saltem in quatuor anni solemnitatibus, scilicet Natalis Domini , Paschæ , Pentecostes, & Assumptionis B. Virg. non celebret, ex *Trid. Ieff. 24. cap. 1. D. Tho. D. Ambros. Ren. q. 41. etc. contra Alen. Caj. Gabriel. etc.* præciso scandalo, id negantes.
- § 5 Num possit Sacerdos privatim celebrare feria V. vel Sabbato majoris hebdomadæ; & an ea hebdomada possit dici Missa votiva ; & ad primum aff. sed non post Missam solemnem (in ea Ecclesia , in qua ipsa celebratur) quia tunc incipit Officium feriae VI. & Corpus Christi reponitur in Sepulchro . Rat. quia nulla est lex id prohibens , nec consuetudo , *qua rito Legis batteat. Vsq. Dicath. contra Francolinum.* Vnde ad 2. & neg. ex decreto Alex. VIII. die 12. Februarii 1690. relato in appendice Synodi hujus Diocesis. Vnde ad 3. & neg. ex declar. Sac. Rituum Congr. 28. Aug. 1627. *Gava.*

S A C R A M E N T U M M A T R I M O N I I , Ubi de Sponsalibus Matrimonium precedensibus. Quares.

1. **Q**uid sint Sponsalia ? & esse futurarum nuptiarum promissionem: ex cap. *Nostrates 30. q. 5. Ren. tom. 2. fol. 425. c. 1.*
2. An promissio in sponsalibus debeat esse externa, an sufficiat interna,

terna, & tacita, & presumpta v. ad primum aff. quocumque tamen signo externo, quo possit internus consensus significari. Rat. est natura contractus. *Tamb.* Vnde ad 2. R. aff. ut si presentibus filiis, & tacentibus parentes promittant ex cap. *Vnico de sponsalibus impub. in 6. Ren. q. 1.* Dixi, presentibus, nam si essent absentes, sponsalia valida non essent cum solo tacito consensu eorum, ex eodem cap. *San.* Dixi, parentibus; nam sponsalia per extraneos contracta non sunt validas, ut contra *Pon. Hen. etc. volunt Dia. San. etc.* qui a textus dicti cap. de parentibus tamen loquitur.

2 An promissio sponsalium debeat esse mutua? R. aff. taliter ut promittens non obligetur, nisi altero re promittente; quia regulariter non gratis (contra *San.*) sed sub spe re promissionis promittit. *Tamb. Dia. Ren. q. 2. etc.*

4 Qualis deliberatio desideratur in promissione sponsalium? Iuliani requiri, quae sufficit ad mortale, quia sponsalia obligant sub mortali. Hinc perpetuo insani sponsalia non contrahunt ex cap. *Dilectus de spons. San. Ren. q. 9.*

5 Quam obligationem inducat promissio facta matrimonii? R. nullam inducere obligationem, si promittens non habeat animum promittendi; vel si sic, non tamen se obligandi: quamvis promissionem juramento confirmet. Rat. primi; quia tunc finit, non promittit; ergo, &c. Rat. 2. & 3. quia animus non se obligandi est conditio contraria substantiae matrimonii, & juramentum non obligat, nisi juxta jurantis intentionem. Quod si promittens excludat tantum animum exequendi, peccat mortaliter (sicut peccat in supradictis casibus, & ad testificationem damnorum tenetur ratione deceptionis in re gravi) sed valida sunt sponsalia, quia tunc est vera promissio. *Dixi peccare mortaliter promittentem, et ad restituendam, etc. intellige.* dummodo promissio sit mutua, & factio ex modo promittendi colligi non possit, vel dummodo non fiat gravi urgente necessitate; quia tunc nullum in ea est peccatum, & consequenter nulla oritur obligatio restitutiois. *San. Ren. q. 4.*

6 Per quae verba contrahantur sponsalia? v. contrahi per quae cumque verba, signa, nutus, &c. quibus significari possit promissio matrimonii. *Ren. q. 5.*

7 Vtrum promissio in sponsalibus obliget sub mortali? v. aff. si sit mutua; nec posse contrahentes sub veniali se obligare. Primum constat ex dictis. 2. probatur; quia tunc potest quis in re gravi sub levi se obligare, quando nullum adest datum pro-

- proximi: at non sic est in casu nostro , cum sponsalia concedant oscula, & amplexus: ergo , &c. *Vasq.* contra *San.* An autem facere contra promissionem sponsalium per copulam , sit peccatum adulterii ? Dic cum *San.* esse tantum circumstantiam aperiendam in confessione , quando se tenet ex parte feminæ dumtaxat; quia tunc hæc gravem irrogat injuriam sponso, non sic sponsus sponsæ , & adulterium est violatio alieni thori, qui sponsis non conceditur. *San. Ren.* q.6.
- 8 An possit Iudex injustè resilientem à sponsalibus, ad matrimonium compellere ? n. prius monendum esse resilientem ex cap. *literis et 2.de sponsal.* Deinde (contra *D. Tho.*) cogendum per censuras, & carcerationem , etiam (contra *Sor. Ledes. etc.*) si juramento sponsalia non sint firmata ; dummodò tamen non timeantur ex invitis nuptiis gravia mala , ex cap. *requisitus de sponsalibus* ; Iudex enim unicuique jus suum tribuere debet. *Hen. Coni. Ren.* q.7.etc.
- 9 Quando promissio facta in sponsalibus obliges , si nullum sit praefixum tempus ? n. obligare non cum commode iniri potest matrimonium, contra *Pon. Avér.* sed quando promittens requiritur ab eo, cui promissio facta est; nisi feminæ ob timorem reverentialem , vel alter ex oblivione non peteret . Rat. est; quia cum creditor non petit , videtur consentire dilationi *San.* *Ren.* q.8.
- 10 Posunt nè sponsalia contrahi sub obligatione poenæ ? n. neg. ex cap. *Gemma de sponsali.* quia matrimonium debet esse liberum; nisi tamen poena apponatur , non inter contrahentes, sed inter extraneos, quia tunc nulla esset coactio; vel ut ne vir tenet concubinam in favorem matrimonii; vel demique si apponatur non ut poena, sed ut interesse, quod alter conjux patetur ex dissolutione matrimonii , nam adhuc ea poena non apposita, teneatur alter conjux ad damnâ passa . *Ren.* q.9. *San. etc.*
- 11 Ita qua rætate possit quis sponsalia contrahere ? n. sufficere septennium completem; non quidem physicè, sed moraliter; nisi quis ante ipsum, usum rationis adeptus fuisset. Primum probatur ex cap. *literis de sponsal. impub.* nam in septennio incipit usus rationis, & libertas: ergo, &c. *Ren. fol. 430. q.1.* Probatur 2. quia usus rationis non mathematicè, sed moraliter advenit. *Syl. Ledes. Lope k. Gc.* contra *San. etc.* Probatur 3. quia septennius requiritur ad usum rationis: ergo, &c. *San. Bona. Coni. etc.*
- 12 Vtrum muti, & sardi à nativitate possint sponsalia contrahe-

- ce? **M.** aff. ex cap. *cum apud de sponsali*. Tum quia hi contra-
here non possunt, si contractus verbis dumtaxat perficiatur.
Tum denique quia solent esse perspicacioris ingenii: ergo, &c.
San. Lopez. Ren. q. 2. etc.
- 13** Num sponsalia scienter contracta inter Personas valde dispa-
ris gradus valeant? **M.** aff. si nulla oriri possunt scandalum: Secus
si sic. Rat. primi; quia unusquisque cedere potest juri suo: er-
go, &c. Rat. 2. quia tunc absque peccato matrimonium contra-
hi non potest: ergo, &c. *San. Dia. Ren. q. 3. etc.*
- 14** Si quis sit perpetuò impeditus contrahere matrimonium, an
possit sponsalia contrahere? **M.** neg. sive impedimentum sic
irritans, sive impediens tantum. Rat. primi; quia non potest
valide quis se obligare ad id, quod ex se præstare non potest
ergo, &c. Rat. 2. quia semper matrimonium esset illicitum: er-
go, & sponsalia semper irrita: *San. Tamb. Ren. q. 4.*
- 15** An valeant sponsalia inter impeditos, si matrimonium con-
trahatur sub conditione, si Papa ad impedimentum dispensa-
verit? **M.** valere pro tempore, tamen impletæ conditionis.
Rat. primi; quia conditio non est impossibilis (ut supponimus)
cum Papa soleat dispensare in eo impedimento: & rursus adest
causa dispensationis (ut etiam supponimus) ergo non invalidat
contractum. *Nev. Sua. etc. contra Villos. Sol. etc. Rat. 2.* quia
conditio ante sui impletionem nihil ponit in esse: ergo cum ea
sponsalia non obligant: ergo, &c. *San. Tamb. etc.*
- 16** An sponsalia per mutuum consensum dissolvantur? **M.** sponsa-
lia puberum etiam juramento firmata, mutuo dissensu *omni-*
ad libero dissolvit: per eadem eniā causas, per quas res nascitur,
per easdem dissolvitur, ex cap. 1. de reg. juris. Impuberum ve-
rò nequaquam dissolvi pro tempore impubertatis; quia pro eo
tempore facilis, & imprudens potest esse mutatio, ex cap. de
iHis et 1. de despon. impuber. Adveniente tamen pubertate, pos-
se etiam sine mutuo consensu ex eodem cap. Imd etiam si ju-
ramento sint sponsalia firmata; quia juramentum, ut accessio-
rium, sequitur naturam sui principalis: ergo, &c. *San. Tamb.*
Ren. fol. 432. q. 1.
- 17** Vtrum per solum Religionis ingressum dissolvantur sponsalia?
M. dissolvi ex parte manentis in seculo: Item etiam ingredien-
tis Religionem; dummodo non in fraudem fuerit ingressus.
Rat. primi; quia qui Religionem ingreditur, satis declarat se
sponsalibus renuntiare: ergo, &c. *Ren. q. 2. contra Duran.*
D. Tho. etc. Rat. 2. quia ad matrimonium dissolvendum sufficit
pro-

professio , ergo & ad dissolvenda sponsalia, quae sunt quid ini-
nius matrimonio , sufficit ingressus Religionis . Bon. contra
Tamb. etc. Rat. 3. quia fraus nemini patrocinari debet : ergo,
&c. Bon.

28 Dissolvuntur n*on* sponsalia per votum simplex Religionis , ca-
stitatis , vel Ordinis Sacri ? N. ad primum aff. & ex parte
utriusque contrahentis . Rat. primi ; quia votum solemne dis-
solvit matrimonium ratum: ergo , &c. Ren. q. 3. San. Rat. 1. quia
ingressus in Religionem solvit ex parte utriusque sponsalia:
ergo , &c. Est contra Tamb. dicentem dissolvi ex parte ejus;
qui non vovit , si velit. Vnde ad 2. N. neg. quia Deus non ac-
ceptat promissionem rei alteri promissae: ergo , &c. Fili. contra
Sot. Henri. etc. Vnde patet ad 3..

19 Quis sponsalia contraxit cum Berta , deinde matrimonium
contraxit cum Antonia , an priora sponsalia omnino dissolvan-
tur ex parte contrahentis matrimonium ? N. aff. quia per ma-
trimonium priora sponsalia sunt extinta , & extinctum rei-
viviscere non potest . 4. Quid res S. Arcam ff. de solvi. San. Henri.
etc. contra Coni. Lede. Gc.

20 Per sponsalia posteriora an dissolvantur priora ? N. neg. ex
parte contrahentis posteriora , etiam si copula fuerit secuta , &
extorta , dummodo tamen sponsa conscientia sit priorum sponsa-
lium. Dissolvi vero ex parte alterius sponsi : & quando sponsa
non erat conscientia priorum. Rat. primi; quia res uni obligata ,
invalidè alteri promiteatur: ergo , &c. Ren. q. 5. Coni. Rat. 2.
quia cum quis contrahit secunda sponsalia , certè resilire vult
à primis: ergo , &c. Coni. Rat. 3. quia qui post votum castitatis
defloravit virginem sub promissione matrimonii , tenetur ad
matrimonium , & non ad votum: ergo ita à pari , in casu. Coni.
Pela. Gc. contra San. Nav. Gc.

21 Si in sponsalibus fuit praefixus terminus ad contrahendum ,
an eo transacto , censeantur sponsalia dissoluta ex parte ejus , qui
non fuit in mora ? N. aff. si terminus appositus sit ad finiendum:
Secus sit ad felicitandum obligationem . Rat. est voluntas con-
trahentium . San. Ren. q. 6.

22 Utrum per alterius sponsi fornicationem dissolvantur sponsa-
lia ? N. loquendo de fornicatione , qua praecedit sponsalia ,
haec dissolvuntur per fornicationem feminæ , si hanc vir virgi-
nem credebat : non autem per fornicationem viri ; quia sola
fornicatio feminæ reddit illam notabiliter vilioriem: ergo , &c.
Ren. q. 7. Coni. Gc. Per fornicationem vero , qua subsequeatur
non

non dissolvantur ex parte fornicantis : benè verò ex parte innocentis ; sive hic femina sit, sive vir ; & sive femina tantum tactus impudicos cum alio haberet. Rat. primi; quia alias fornicans commodum ex delicto reportaret . 2. constat ex cap. *Quemadmodum de jurejurando*, quod verificatur etiam si sponsalia juramento sint firmata ; quia in juramento adest tacita conditio *f. sc.* Rat. 3. quia uterque frangit fidem fornicando: ergo, &c. Rat. 4. quia tactus in femina sunt dedecoris. *San.*

- 23 *Vtrum sponsalia dissolvantur per subsequens impedimentum ad matrimonium ?* *q. neg.* si impedimentum sit tantum impediens (excepto voto Religionis, & castitatis, ex dictis q. 18.) Quod si sit diripens, dissolvuntur sponsalia ex parte ejus, qui impedimentum non posuit ; unde si velit stare, tenetur alter, etiam magnis expensis, petere dispensationem, si ex promissione matrimonii virginem violaverit, (dummodo expensis non sit tanta, ut impedimentum ponens cadere debeat à suo statu, ut patet) Rat. primi ; quia tale impedimentum non obstat matrimonio, cum non adveniat omnino ante matrimonium, sed post sponsalia, quae sunt initium matrimonii: ergo, &c. *Ren. q. 8.* Rat. 2. quia qui impedimentum non posuit, non tenetur petere dispensationem, nec oblatam acceptare : ergo remanet liber à matrimonio: ergo, &c. *Coni. San.* Rat. 3. quia tenetur alter resarcire ex justitia damna. *Coni. San. esc.*
- 24 *Quomodo ex superveniente notabili mutatione in spousis dissolvantur sponsalia ?* *q. dissolvi*, quoties prudentis arbitrio talis sit mutatio, ut sponsalia non fuissent à principio inita. Hinc dissolvuntur ob incurabilem morbum, saevitiam, supervenientem paupertatem, morum asperitatem, &c. alterius sponsi. *Ren. q. 9.*

25 *Quid sit matrimonium ?* *q. esse conjunctionem maritalem vi- ri, & feminæ inter legitimas personas, individuam vitæ con- fuetudinem retinenteum.* *Ren. fol. 437. cap. 2.*

26 *Quando fuerit institutum matrimonium ?* *q. matrimonium, ut est contractus, ab initio Mundi inter Adam, & Evarum institutum fuisse à Deo, quando dixit: Crescite, & multiplicamini;* *Genes. 1. S. Ibo, San. &c.* Ut Sacramentum verò, institutum fuisse à Christo Domino, quando *Mattib. 19.* dixit : *Quod ergo Deus coniuxit, homo non separet.* *Ren. q. 1.*

27 *Quæ sit materia, & forma hujus Sacramenti ?* *q. materiam proximam esse mutuam corporum traditionem verbis, vel aliis signis expressam; remotam verò esse corpora; formam deni- que,*

que mutuam acceptationem verbis item, vel signis expressani, quia traditio illa per acceptationem determinatur: ergo traditio est materia proxima, acceptatio vero forma. S. Thos. Ren. q. 2.

28 Quis sit Minister in Sacramento matrimonii? **R.** esse ipsos contrahentes; quia per elevationem matrimonii ad rationem Sacramenti, factam à Christo Domino, matrimonium non amittit rationem contractus: sed hic perficitur per ipsos contrahentes: ergo, &c. *Ren. q. 3. San. contra Conum, & Ledes.* dicentes esse Sacerdotem.

29 An matrimonium sit validum saltem in ratione contractus, si quis intendat illud contrahere non ut Sacramentum? **R.** neg. quia si quis intenderet matrimonium ut Sacramentum, & non ut contractum, nullum faceret matrimonium: nam ratio Sacramenti est inseparabilis inter fideles à contractu matrimonii: ergo è contra. *Ren. q. 4. Coni. &c. contra Vag. Hurs. etc.*

30 An matrimonium infidelium sit validum, & sit Sacramentum cum ambo baptizantur? **R.** ad primum aff. ex cap. *Gaudens de divor.* quia est verus contractus. Vnde ad 2. **R.** etiam aff. accedente novo consensu; quia tunc habetur materia, & forma: ergo, &c. *Ren. q. 5. Hurs. contra Ses. absolutè affirmantem.*

31 Vtrum matrimonium contractum per Procuratorem sit validum, & sit Sacramentum? **R.** ad utrumque aff. dummodò primò coram Parocho, & testibus contrahatur. 2. ex c. *Procurator de procura.* in 6. Procurator habeat *speciale* mandatum ad contrahendum. 3. mandatum sit ad contrahendum cum certa persona, ex *Glos. in diff. cap.* (per quod non excluditur, ut possit esse mandatum pro ea, quam Procurator electurus sit. *Tamb.*) 4. dummodò Procurator per se ipsum contrahat, nisi alter expressè in mandato committatur ex eodē c. Quintò Procurator non excedat fines mādati ex *l. diligenter, ff. mandati.* Sextò denique dummodò tempore, quo Procurator contrahit, non sit revocata potestas; quod fieri potest etiam, tacitè, contrahendo scilicet, principalis cum alia ex eodē cap. Rat. primi; quia natura contractus est, ut per Procuratorem celebrari possit: ergo, &c. *Ren. q. 6. Rat. 2.* quia adest materia, & forma, licet per Procuratorem ministretur: ergo, &c. *Ren.* Quod sit per Procuratorem fieri etiam potest per epistolam, si hæc coram Parocho, &c. legatur. *Coni. etc.*

SACRAMENTUM MATRIMONII.
U: est contractus. Quares.

- 1 **Q** Vale sit objectum consensus, efficientis contractum matrimonii, ad validè illud contrahendum? **R.** prīmō, consensum ex parte contractus, implicitè debere esse ad carnalem copulam, non autem explicitè. **Rat.** primi; quia qui explicitè in matrimonium consentit, & in copulam ad ipsum ordinata implicitè consentire debet. **Dixi ex parte, etc.** quia ex parte contrahentium non intendentium consumare, validum est matrimonium. **Rat.** 2. quia essentia matrimonii non in carnali copula, sed in mutua corporum traditione ordinata ad copulam consistit. **Ren. sive. 2. fol. 441. q. 1. San. etc.** **R.** 2. contrahentes debere saltem implicitè, & conditionatè intendere bonum Sacramenti, idest dissolubilitatem ipsius; quia hæc est de illius essentia *Fili. Coni.* **R.** 3. non esse necesse, ut contrahentes intendant bona fidei, & prolixi; quia horum executio non spectat ad substantiam matrimonii. Hinc validè contraheret, qui vellet, vel debitum non reddiere, vel problem evitare. **San. Coni. etc.**
- 2 Qualis finis intendi debeat in consensu matrimonii, ad licite illud contrahendum? Intendi debet finis primarius, scilicet bonum matrimonii, & secundarius, scilicet evitandi fornicationem: cæteros verò fines intendere, ut pulchram uxorem, &c. nec veniale est, etiamsi expresse intendantur; quia vel sunt honesti, vel indifferentes. **Ren. q. 2. Coni. etc.**
- 3 Qualis debeat esse mutuus consensus externus ad valorem matrimonii? **R.** sufficere signis expressum: sive in mutis, sive in non talibus: qui nec venialiter peccant sic contrahendo. Primum constat ex cap. cum apud de spos. 2. probatur; quia per signa contractus celebrari potest: ergo, &c. **Ren. q. 3. San. Fili.** Probatur 3. contra *San. & Fili.* quia recta ratio non postulat, ut perfectissimo, sed ut perfecto modo nostra agamus. **Tamb.**
- 4 Debet nè consensus utriusque conjugis in matrimonio simul praestari? **R.** sufficere simultatem moralem prudentis arbitrio, nec requiri physicam, ut patet in matrimonio per Epistolam, &c. **Ren. q. 4. San. contra Panor.**
- 5 An valeat consensus eorum, qui falso, sed certo putant esse inter eos impedimentum dirimens? **R.** neg. quia tunc nec absolute, nec sub conditione consentire possunt. **Tamb. Coni.** **Ren. q. 5.**

P P

6 Quan-

- 6 Quando uni est notum impedimentum , an sufficiat , ut iste
tantum renovet consensum , sublato impedimento , ad convali-
dandum matrimonium ex defectu prioris consensus? &c. aff. si
prior consensus vi , dolo , fictione , vel metu fuit extortus , &
dummodo alter conjux consensum non revocayerit : Secus si
prior consensus cecidit supra materiam illegitimam ob impe-
dimentum dirimens . Rat. primi ; quia talis consensus est nul-
lus ex parte patientis metu dumtaxat ergo , &c. Ren. q.6. Lay.
Bon. &c. Rat. 2. quia tunc ex parte utriusque contractus est
nullus: ergo requiritur utriusque consensus. San. Less. Tamb. &c.
- 7 In casu , quo requiritur utriusque consensus , an sufficiat con-
sensum alterius dissimulanter extorquere ? &c. neg. sed necesse
esse (contra Sos. Caje. &c.) ut alter conjux certioreetur saltem
sequipollenter de nullitate (non autem de causa illius) matri-
monii; quod fieri potest , si alter conjux dicat , ex nunc me vis
in conjugem , ac si non fuisset validum matrimonium . Nisi sic
procedendo timerentur scandala , denegatio consensus , &c.
Rat. primi ; quia alias consensus ex ignorantia , ac proinde ex
involuntario procederet: ergo , &c. Rat. 2. quia tunc excusatur
alter conjux ratione periculi , vel scandali. Sos. Nav. &c.
- 8 In casu , quo renovandus est consensus ab utroque conjugi , an
sit renovandus coram Parocho , & testibus ? &c. aff. si impedi-
mentum sit publicum (quamvis solo Parocho , aut uni testi tale
sit) aut publicandum: Secus si omnino occultum. Rat. utriusque:
quia finis Trid. ut matrimonia possint probari , nec reiteren-
tur , habetur in secundo , non autem in primo casu: Et Parochus ,
aut testis non fuerunt testes validitatis , sed nullitatis matri-
monii , maximè si antea , & non postea sciebant nullitatem ipsius.
Ren. q.8. San. Bon. &c.
- 9 Si impedimentum dirimens matrimonium sit utriusque con-
jugi ignotum , an teneatur Confessarius illos de tali impe-
dimento admonere? &c. aff. si ignorantia sit culpabilis : Secus si
invincibilis , & nulla sit spes admonitionis profutura , scandalum
laque timeantur. Rat. primi : quia pœnitens removendus est à
statu peccati mortalis: ergo , &c. Rat. 2. quia sic pœnitentes sunt
in bona fide , & non peccant , nisi facta monitione , quæ cum
profutura non sit , sequitur , &c. Ren. q.9. San. Fili.
- 10 Quomodo consensus conditionalis vitiet matrimonium ? &c.
hoc pendere ex dictis de contractibus , unde solum remanet
hic inquirendum , an quando matrimonium est contractum
sub conditione de futuro contingenti , requiratur novus con-
sen-

sensus impleta conditione? & s. aff. quia ille prior consensus revocabilis est ante impletam conditionem: ergo signum est, non sufficere ad matrimonium. *Ren. q. 11. Pont. Et. contra San. Nav. Et. c.*

11 Quomodo consensus clandestinus vitiet matrimonium? R. consensum clandestinum ex defectu denunciationum reddere graviter illicitum tantum matrimonium; quia *Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* solùm irritavit matrimonium clandestinum ex defectu Parochi, & testium, de quo infra, & materia denunciationum gravis est: ergo, &c. *Ren. q. 12. San. Fili. Et. c.*

12 Quales denunciationses requirantur s. has denunciationses debere esse tres, faciendas à proprio Parocco contrahentium in tribus festivis immedietate sibi succedentibus, inter Missarum solemnia, ex *Trid. Ren. q. 13.* An autem peccet Parochus unam denunciationem prætermittendo, vel aliter in denunciando à modo dicto procedendo? Dic cum *San. & Fili.* non peccare mortaliter, cum materia sit levis, & finis *Trid.* non frustraretur, si extra dies festos, & Missarum solemnia adesset populi concursus.

13 Quis possit dispensare, ut denunciationses prædictæ omittantur R. ex justa causa, posse Ordinarium, ex *Trid. cit.* etiam si alter contrahentium sit alterius Dioecesis; nam matrimonium est individuum: ergo dispensando cum uno, & cum alio dispensatur. *Ren. q. 14. San. Et. c.* Imò posse hanc facultatem delegare, cum sit ordinaria. *Tamb.* Hinc potest etiam Vicarius, cum etiam Ordinarius sit: Et quia talis non est Parochus, iste non potest, præciso necessitatis casu. *San.*

14 Quæ sunt justæ causæ dispensandi in his denunciationibas? R. primam causam esse suspicionem malitiosi impedimenti ex *Trid. cit. 2.* esse disparitatem contrahentium, ut si juvenis vetulam ducat, &c. 3. esse infamiam, ut si duo concubinarii existimati conjuges, velint contrahere. 4. esse timorem scandali, periculum scilicet animæ: ut si v. g. duo concubinarii non statim contrahant. 6. esse injustam scissionem contractus ex parte Parentum contrahentium. Cæteræ causæ arbitrio Ordinarii remittuntur, cuius prudentiæ à *Trid.* dispensatio remittitur, qui rursus, ex *Tamb.* præcipere debet contrahentibus supplementum denunciationum post matrimonium, ante ipsius consumationem, nisi judicaverit omnino omittendas. *Ren. q. 15. Fili. ex Trid. cit.*

15 Concurrente justa causa dispensandi, an teneatur Ordinarius

dispensare ? R. aff. (& gratis) in casu suspicionis malitiosi impedimenti, & cum publicum, aut privatum *notabile* damnum sequeretur. *Ren. q. 16. San.* & alias appellari posset ad Superiorem. *Fili.* immo & denunciations omitti possent. *San.* Probatur, quia potestas dispensandi in Pralatis est in subditorum bonum ergo, &c.

16 An teneatur, qui impedimentum novit, ex vi harum denunciationum revelare ? R. aff. etiamsi sint ipsi contrahentes, & quamvis impedimentum esset occultum, vel notum sub sigillo *naturali*, aut tantum de auditu, à persona tamen fide digna; nisi impedimentum oriretur ex peccato occulto, nam tunc prius facienda esset correctio; aut rursus ex revelatione grave damnum timeretur, ut patet. *Rat.* est; quia denunciatio est veluti Edictum Episcopale, quod graviter obligat, maximè cum vergit in grave proximi, vel publici damnum. *Ren. q. 17.*

17 Quo jure sit indissolubile matrimonium? R. matrimonio, etiam infidelium, tam rato, quam consumato competere aliqualiter indissolubilitatem (ratione repudii in antiqua, & in nova legi ratione conversionis alterius conjugis) jure Divino, & naturali. Omnimode verò jure Divino positivo, matrimonio tantum consumato, cum hoc, dunitaxat, repræsentet unionem Christi cum Ecclesia in carne assumpta. Primum probatur: quia tam rato, quam consumato competit indissolubilitas ex ejus definitione: ergo ei naturaliter competit: ergo, &c. Tum quia sic colligitur ex verbis Christi: *Quoniam Moyses ad durissimam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non fuit sic:* ergo, &c. Probatur 2. ex Divino præcepto, quando Christus loco cit. dixit: *Quos Deus coniunxit, homo non separabit:* ergo, &c. *Ren. fol. 449. q. 1. San. &c.*

18 Quando censendum sit matrimonium consumatum, & sic indissolubile ? R. per seminis emissionem intra vas fœmineum, etiam hoc non penetrato, & simul (probabiliter) per seminationem fœminæ, cum hujus semen, penes multos Magnates Medicos ad generationem concurrat. *Rat.* est; quia tunc conjuges censentur una caro. *San. Fili. Ren. q. 2.*

19 Vtrum matrimonium ratum fidelium sit aliquando per Pontificem dissolubile ? R. neg. propriè loquendo per dispensationem, sed tantum per declarationem nullitatis matrimonii, iusta intercedente causa, sicut de voto dicemus; quia Pontifex in jure Divino absoluto, & non pendente ab actu, vel contra dictum humano dispensare non potest. *Cons. Ren. q. 3. contra Syl. Med. Nav. &c.*

20 An

- 20 An matrimonium ratum dissolvatur per professionem Religiosam? R. aff. ex variis juribus, & definitum est à Trid. sess. 24. de matrim. quibus accedit exemplum multorum Sanctorum. San. Less. Ren. q. 4.
- 21 Quo jure matrimonium ratum dissolvatur per solemnes professiones? R. dissolvi jure positivo Ecclesiastico. Constat ex q. 19. Tum quia ab Ecclesia habetur differentia inter votum simplex, & solempne: ergo quod hoc, & non illud dirimat, ab Ecclesia venit. Medi. Less. Ren. q. 5. Et contra Tamb. Soc. &c. jure Divino, & contra D. Tho. Duraeus. etc. jure naturali dissolubile esse dicentes.
- 22 Quæ vota censenda sunt solemnia, ita ut dirimant matrimonium ratum? R. illa, quæ emittuntur in aliqua Religione approbata à Sum. Pontifice, ut præter illa Claustralium, sunt vota Militum S. Joannis Hierosolymitani, ex Ren. q. 6. Et ex San. aliquarum Beatarum Tertiæ Ordinis S. Francisci, non autem cæterorum militum; nam quidquid sit, an hi sint verè Religiosi, non emittunt nisi conjugale votum castitatis. Tamb. Item nec biennalium Societatis, aut suscipientium Ordinem sacrum, quia hæc vota per accidens ex Extravag. Joan. XXII. Antiqua de poso, & illa nullo modo solemnia sunt. San.
- 23 Quomodo intelligendum sit caput ex publico de conversi. conjugum concedens bimestre conjugibus pro Religionis ingressu? R. ibi bimestre concedi ad deliberandum, non ad profitendum; computandumque ex San. prout. in nostro Kalendario occurrat à momento ad momentum, quo transacto, adhuc licet conjugibus Religionem ingredi, si non sit consumatum matrimonium, quamvis peccaverint negando debitum. Rat. primi; quia ad profitendum ex Trid. sess. 25. de Regula. cap. 15. requiritur annus: ergo, &c. San. Coni. Ren. q. 7. &c. contra Nov. Tabie. &c. 2. constat ex cap. ex publico de conversi. conjug. San. Hinc non tenentur conjuges intra bimestre reddere debitum, quamvis intentionem à principio non habeant Religionem ingredi, quia illam postea habere possunt. San. Soc. &c. contra Cog. Nov. &c.
- 24 Quid si intra bimestre copula per vim extorta fuit, an ligat conjugibus Religiosum ingreditur? R. non posse virum per vim copulam extorquentem; bene vero sponsam vi, vel metu cognitam, quamvis per accidens ratione prolis educandæ impediri posset. Rat. primi; quia ex parte sua voluntariè consumatum est matrimonium: ergo, &c. Est communis. Rat. 2. quia ne-

- mo ex alterius culpa suo jure privari debet. *Ren. q. 8. Hart. Bon-Aver. Et c. contra Syl. Lopez, Ledes. Et c.*
- 25 An peccet sponsus contrahendo matrimonium cum animo illud non consumandi, sed ingrediendi Religionem? *R. neg. quia sponsus utendo jure suo nullam injuriam infert sponsae, nec avertit illi jus faciendi similiter. Ren. q. 9. Poncios, etc. contra Syl. Ledes. etc.*
- 26 An reddere debitum sit sub precepto? *R. aff. regulariter loquendo: quia lex justitiae postulat, ut unicuique quod suum est, reddatur, & ex Apost. i. ad Corin. corpus viri est uxor, & est contra. San. Dixi regulariter, quia semel denegare, aut crebro petenti, vel non ita exacte intendenti obligatione, non est mortale. Ren. fol. 45 4. q. 1.*
- 27 An peccet mortaliter conjux se impotenter reddendo ad debiti redditionem? *R. aff. si id faciat scienter mediis illicitis, se polluendo e. g. &c. aut si licitis, ut jejunando, immoderata tamen. Rat. quia eadem obligatione, qua conjux tenetur reddere, tenetur etiam ad non se impotenter reddendum. San. Ren. q. 2. Pili.*
- 28 Quando excusat quis a debiti redditione? *R. excusari, quoties petitio peccaminosa est, ut si non servetur modus, tempus, locus, &c. De quibus in sequentibus. Ren. q. 3. An autem tunc redditio peccaminosa etiam sit? Dic cum San. Coni. quod non, si peccaminosa sit petitio ob circumstantiam personalem peccantis, voto e. g. castitatis adstricti, &c. immo tunc tenetur alter reddere. Secus li peccaminosa sit ob circumstantiam actus, loci sacri e. g. &c. quia cum actus ipse ex se est peccaminosus, tunc est illicitus ex utraque parte conjugum, non autem cum illicitus est ex circumstantia aliqua in petente. San. Coni. contra Pon. absolute affirmantem.*
- 29 Vtrum idem sit dicendum de conuge incestuoso, an scilicet peccet aker ei reddendo? *R. neg. quia jus conjugis innocentis est petere, & reddere: ergo neutro privari debet. Tum quia copula illa non est secundum se illicita, sed ut petitio ab incestuoso, cui petitioni innocens non cooperatur: ergo, &c. Lay. Casso. Ren. q. 4. etc. contra Taxedam.*
- 30 An in casu quo petitio debiti tantum est peccaminosa, ut in casu voti castitatis alterius, cognitionis, aut affinitatis post matrimonium contractarum, hecitum sit aliquando petere? *R. aff. quando petitio est potius redditio, ut si vir se offerat in gratiam uxoris complacendae, & non reddendi ei matrimonium omnorum,*

sum , avertendique ab ea periculum incontinentia si adsit, (quod *San.* extendit etiam in casu quo uterque conjux vovisset non petere, quia tunc non est petitio, sed redditio) & denique si cognoscat, uxorem ob verecundiam non petituram: quæ omnia, præter ultimum, dicenda sunt de uxore erga virum. *San.* *Ren.* q. 5.

31 An sit mortale non servare modum, & situm in coetendo, ut si stando, sedendo, præpostere accedendo, &c. conjuges congregantur? *R.* esse tantum veniale *præcisæ necessitate*, & quavis aliqua pars seminis effundatur. *Rat.* primi; quia semen recipitur in matricem per attractionem, non per infusionem: ergo, &c. *San.* *Ren.* q. 6. *Nav.* etc. contra *Prapo.* *C.* *Rat.* 2. quia aliquando matrix solet parva seminis retinere, sufficiens, ad generationem: ergo, &c. *Dia.* *Prapo.* *Castrop.* *C.* contra *Di-cafill.*

32 An sit mortale data opera non servare modum simul seminandi in actu conjugali? *R.* neg. licet simul seminare optimum sit, undè potest conjux tardior ad seminandum tactibus ante copulam se excitare. *Rat.* utriusque; quia semen mulieris non est necessarium ad generationem, sed ad hanc facilitandam, & ad fastus pulcritudinem: ergo, &c. *Ren.* q. 8.

33 Si conjuges præciso periculo pollutionis desistant à copula ante seminationem, an peccent mortaliter? *R.* neg. neutro seminante, & de utriusque conjugis consensu: idem dicendum quando vir tantum seminavit: non autem quando uxor tantum: nisi in casu quo vir in copula fuisset depræhensurus aut accederet fera aliqua, &c. *Rat.* primi; quia in eo casu nota frustratur finis generationis. Tum quia præciso periculo pollutionis possunt conjuges pudenda contrectare: ergo, &c. *Rat.* 2. quia semen viri sufficit ad generationem. *Rat.* 3. quia in eo casu foemina frustra seminasset, unde contra naturam peccaret. *Rat.* 4. quia tunc pollutio viri involuntaria esset. *San.* *Ren.* q. 9. An autem non solum licitum sit, sed debeat fornicans se retrahere à seminatione, seminante concubina? Dic cum *San.* contra *Ren.* cit. debere, quia fornicatio semper est illicita.

34 An sit mortale incipere copulam: ad captandam volupatem, & deinde communis consensu se retrahere, præciso periculo pollutionis? *R.* esse tantum veniale, quia expressè excludere finem principalem prolis gignendæ in matrimonio, non est nisi veniale. *Ren.* q. 10. *Tamb.* contra *Ludo.* *MS. Joan.* dicentem esse mortale, & contra *Dia.* *Caje.* *C.* id licitum esse dicentes.

- 35 Quomodo sit illicita copula ratione damni imminentis coniugi? *q. 2. illicitam esse si damnum notabile probabile sit, & hoc etiam si adsit in altero coniuge periculum incontinentiae ex Dia. &c.* Probabile autem damnum notabile erit, si alter coniux febre, morbo gallico, &c. laboret, vel si ei secta sit vena, vel si statim à balneo egressus sit, vel à prandio surrexerit, &c. quia praeferenda est propriæ conjugis salus, generationi prolis. *San. Ren. q. 11.*
- 36 Coniuges non possunt multitudinem prolis educare, an ratione hujus danni excusentur à debiti redditione, praeciso periculo incontinentiae? *q. neg. licet contra Lay. Syl. &c. non peccant mortaliter, non reddendo. Rat. primi; quia illud adversatur principali fini matrimonii: ergo, &c. Rat. 2. quia ratione damni sui, vel prolis excusatur coniux à debiti redditione: ergo ita, &c. San. Ren. q. 12. Sos. &c.*
- 37 An ex damno proli imminente sit illicita copula? *q. aff. si notabile sit damnum: ut si copula cum periculo abortus tentaretur tempore prægnationis, vel perpetua amentiae in uteroque coniuge: non autem si tempore ablactationis; alias nimis durum esset per biennium à copula abstinere: Nec si tempore menstrui, quia tunc rarissimum est damnum in prole, & si aliquod esset, melius est, prolem cum eo damno gigni, quam non gigni. San. Bon. Ren. q. 13.*
- 38 Qualiter ratione tactus sit illicitus coitus conjugalis? Ratione enim loci, temporis, & impedimenti supervenientis. V. Luxuria simplicis fornicat. *q. 5. &c. q. præciso periculo pollutionis, licitos esse inter coniuges aspectus, oscula, verba turpia, & tactus ad invicem, & cum seipsis, in praesentia tamen alterius conjugis: illicitos verò tantum venialiter, si ob solam voluptatem fiant, vel absque animo perveniendi ad copulam, ratione indebiti finis. 2. constat. Primum probatur; quia praedicta sunt ordinata ad finem, ad quem sunt instituta: ergo, &c. Ren. q. 14. San. Dia. &c. contra Syl. &c. Dixi in praesentia: quia contra Huri. Prapo. &c. in absentia tales actus mortales essent, quia taliter, conjugales non essent. Sanci. Dia. &c.*
- 39 An tactus praedicti, aspectus, verba turpia, &c. licita sint inter coniuges cum pollutionis periculo extra vas, praeviso quidem, sed non intento? *q. neg. quia repugnat fini matrimonii, quod semen extra vas effundatur: ergo actus erunt illiciti in genere luxuriae: ergo & pollutio sequens mortalis erit. Tum quia sic petere debitum, est mortale: ergo, &c. Ren. q. 15. Prapo. &c. contra Fili. &c.*

40 Quid

40 Quid sit divortium, & in quibus casibus sit licitum? q. ad pri-
mum, esse legitimam viri ab uxore, vel è contra separatio-
nem. Vnde ad 2. q. licitum esse primò ob adulterium (& erit
divortium perpetuum, quia perpetua est fidei fractio) ex cap.
constitutis de conver.conjug. 2. ob hæresim, & apostasiam à fide.
3. ob inductionem ad peccatum. 4. ob saevitiam, & erunt di-
vortia ad tempus tantum licita. Hinc in divortio perpetuo
potest conjux innocens Ordines Sacros suscipere, vel Religio-
nem ingredi, non sic in divortio ad tempus, cum posset nocens
post emendationem innocentem repeteret. *Fili. Ren. fol. 462.*
q. 1. T. amb.

41 An copula sodomitica sive activa, sive passiva veniat nomine
adulterii? aff. quia ex dictis Ver. *Luxuria adulterii* q. 3. per co-
pulam sodomiticam committitur adulterium; nam et si per eam
non fiat unitas carnis, sit tamen per eam consumata, divisio
carnis conjugum per communicationem seminis in alteram
carnem: ergo, &c. *Ren. q. 2. Palud. &c. contra Ponci. Aver.* Hinc
per simplicem pollutionem non committitur adulterium, si-
cut neque per sodomitiam inchoata: committitur vero per
bestialitatem consumatam, vel per sodomitiam foemine cum
foemina in vase præpostero, si medio instrumento semen ibi
introducatur. *San.*

42 Quomodo debeat constare de adulterio, ut conjux innocens
possit in conscientia divertere ab adultero? & non sufficere du-
bium de ipso, sed requiri moralem certitudinem, & talem, ut
si in judicio deduceretur, sufficeret ad probandum delictum.
Rat. quia conjuges sunt in possessione certa maritalis conjun-
ctionis: ergo, &c. *Ren. q. 3. San. Pala. &c.*

43 An possit conjux innocens in foro conscientiae propria autho-
ritate ab adultero divertere, non expectata sententia Judicis?
q. aff. tum quoad thorum, tum quoad habitationem, præciso
scandalo: imò ad oppositum in foro externo compelli non pos-
se, si delictum est publicum: Secus si occultum. Primum con-
stat ex ipso matrimonio, quod ex se jure naturæ imbibit hanc
conditionem, ut frangenti fidem, fides servanda non sit: ergo,
&c. *San. D. Bona. &c.* 2. probatur ex cap. *significatis de divorciis.*
Probatur 3. quia nemo sine actu judiciali privari debet sua
possessione. *Ren. q. 4. San.*

44 Quid possit conjux innocens ratione divortii ob adulterium?
posse validè invito adultero, Religionem ingredi, vel Sacros
Ordines recipere, non expectata sententia Judicis, si adulte-
rium

rium est notorium : id verò licetè non posse sine licentia adulteri : & si petendo professionem , negaret statum suum, validè etiam profiteretur , nisi statutum aliquod esset in contrarium . Rat. primi, & 3. quia adulter ammisit omne jus conjugale : ergo, &c. San. Ren. q. 5. Rat. 2. est scandalum inde proveniens Pala.

45 An idem possit adulter post Judicis sententiam? R. neg. sine innocentis licentia, saltem tacita , ut si sciens non impedit , vel monitus nolit reconciliari. Rat. primi ; quia per sententiam solus adulter condemnatur. Rat. 2. quia in dictis casibus consentire censetur innocens. San. Dia. Ren. q. 6.

46 An teneatur conjux innocens adulterum dimittere, & resipiscientem admittere? R. ad primum, virum non teneri(nisi ex dimissione speraretur emendatio , vel ex retentione scandalum, & viri suspicio , & aliàs periculum incontinentia , & infamia in utroque conjuge absit) quia unusquisque juri suo cedere potest. San. Bon. Syl. &c. Hinc sequitur, uxori nunquam teneri , quia nullum est scandalum , & suspicio praedicta . Dia. Pala. etc. Vnde ad 2. R. non teneri virum resipiscientem uxori admittere , licet id fas sit. Ita ex cap. Si vir de adulterio. San. Ren. q. 7.

47 Quos effectus patiat divortium ex adulterio ? Præter supradictos, non tenetur primò innocens dotem uxori adulteri restituere , etiam ante sententiam divortii (nisi adultera filios habeat) quia ex cap. plerumque de donas. inter virum, et uxorem, etc. ea est poena adulterii. San. Ren. q. 8. Potest 2. vir, cum delictum est publicum , denegare alimenta uxori post Judicis sententiam. San. Et denique si sint filii in matrimonio, apud innocentem educari debent expensis adulteri , ex Authen. si pater, Cod. de divortio facto , nisi pater innocens esset pauper , vel infidelis. San. Sà. Fili.

48 In quibus casibus neque ex causa adulterii possit divortium fieri ? Primus casus est , quando uterque conjux adulterium commisit , ex cap. significasti de divortiis. 2. quando innocens cunctum, saltem tacitum, adulterio præbuit , ex cap. Discretionem de eo , qui cognovit consanguinei. 3. si conjux innocens saltem tacite per oscula, &c. remisit adulterium. 4. si conjux fuit violenter cognita. Ren. q. 9. San.

49 Quae requirantur ad hoc , ut possit fieri compensatio in mutuo conjugum adulterio? Requiritur primò , ut uterque ante sententiam adulteretur , quia post sententiam dissolutum est matrimonium quoad thorum. Fili. Laj. contra Coni. Moli. esc. 2. ut utrum-

utrumque adulterium sit liquidum; de liquido enim ad illiquidum non fit compensatio. *Ren. q. 10. etc.* An autem si utroque conjugi adulterio, alter est emendatus, liceat huic divortium petere, si alter persistat in adulterio? Dic cum *San. Syl. Nav. etc.* licere, dummodo admoneatur conjux adulter, ut desistat; nam haec admonitio reconciliationem parit, etiam si alter relipiscere nolit: sed facta reconciliatione, licitum est divortium, penes omnes, si alter in fornicationem relabatur: ergo, &c.

50 *Utrum in mutuo conjugum adulterio detur compensatio,* etiam in pennis ex adulterio debitum? *R. aff. in pennis civilibus,* (de quibus *q. 47.*) *ex l. viro, atque uxore ff. soluto matrimonio.* In criminalibus vero, qualis est criminalis accusatio, (de occisione enim adulterae alibi locuti sumus) nequaquam; quia licet vir possit, non tamen uxor virum criminaliter accusare potest, *ex l. i. Cod. ad Legem Iuliam de adulter. etc. Ren. q. 11.*

51 *An ob adulterium spirituale, qualis est haeresis, licitum sit divortium?* *R. aff. dummodo haeticus, vel Apostata sit pertinax, ex cap. Final. de convers. conjug. etc. Rat. est periculum subversionis.* Hinc ante divortii sententiam, tenetur alter cojux fidelis admittere haeticum emendatum. *San. Ren. q. 12.*

52 *Quomodo ob inductionem ad peccandum, vel ob saevitiam conjugis licitum sit divortium?* *R. ad primum premissa correptione, licitum esse divortium ad tempus, si alter conjux, e. g. vir, uxori lenocinium faciat, sit veneficus, &c. quia licitum est uxori recedere a viro ob periculum infectionis corporalis: ergo, etc. San. Tamb.* Vnde ad 2. ob saevitiam gravem sufficiet ad metum viri constantis alterutrius conjugis, vel etiam parentum viri, immo & ob solum timorem ipsius saevitiae, & quamvis alter conjux causam dederit saevitiae, licitum esse divortium, donec sufficiens cautio praestetur, ex cap. litteras in fine. Cap. ex transmissa de restit. spoliat. *Ren. q. 13.* Hinc ait *San. sufficere, si inter conjuges frequentia sint iurgia gravia, & discordias.*

53 *Qua ratione possint mutuo consensu conjuges divortium facere, vel Religionem ingrediendo, vel Sacros Ordines suscipiendo?* *R. possit, si alter etiam conjux Religionem ingrediatur, & in ea profiteatur; vel si senex sit, & non suspectus de incontinentia, votum perpetuum castitatis emitat: in quo casu si incontinenter viveret, cogendus esset Religionem ingredi, ex cap. ex ratus de conversi conjug. & ex aliis juribus, San. etc. Idei mandicendum ex cap. Episcopus dist. 75. si vir de consensu oxoris velit Sacros Ordines recipere. San. Ren. q. 14.*

54 *Quae*

54 Quæ actas requiratur ad hoc, ut quis dicatur senex ad effectum prædictum? **N.** fæminam in quinquagesimo anno dici senem; virum verò in 60. quia in ipsis eo tempore sterilitas incipit, quæ ex cap. *cum suis de convers. conjug.* est mensura in casu nostro senectutis. Benè verum est in casibus particularibus, hoc arbitrandum esse ab Episcopo. *San. Dia. &c.* Quod arbitrium, requiritur à *Pala. & Tamb.* ad Religionis ingressum, vel susceptionem Sacri Ordinis, etiam si adit certitudo de senectute, & hoc ex usu, & consuetudine. Est contra *San.*

SACRA MENTI MATRIMONII.

*Ut est Contractus, Impedimenta Diriumentia,
& Impedientia.*

Quar.

- 1 **Q**VOT SINT IMPEDIMENTA DIRIUMENTIA? **R.** ESSERE 14. QUÆ SEQUENTIBUS VERBIS COMPREHENDUNTUR.
 - Error, conditio, votum, cognatio, crimen.*
 - Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, bonefactors.*
 - Si sis affinis, si forte coire nequibus.*
 - Si Parochi, & duplicitis desit praesentia testis.*
 - Raptave sit mulier, nec parti reddita tusa*
 - Hac socianda vetant, connubia facta retrahant.*

Rom. tom. 2. fol. 47C. cap. 3.
- 2 QUILIS ERROR DIRIMAT MATRIMONIUM? **R.** errorem quoad substantiam, si scilicet una Persona supponatur pro alia, dirimere matrimonium: non sic errorem quoad accidentia, quoad pulchritudinem e. g. divitias, &c. (nisi redundaret in Personam, aut accidentia apponenterent in contractu, ut conditio.) *Rat.* utriusque; quia primus error tollit voluntarium, non autem secundus. *Ren. q. 1. San. Tamb.*
- 3 QUID IMPORTET IMPEDIMENTUM CONDITIONIS? **R.** Jure Ecclesiastico cap. 1. 3. & fin. de *conjug. servi. irritari* ex parte utriusque conjugis matrimonium factum cum vera serva, quamvis (ex *San.*) hujus servitutis contingat ignorantia crassæ; nisi (ex eodem) sciens, & volens sic contrahat, aut contrahat de consensu Domini, quia tunc ex *Ausben. ad hoc Cod. de latina libers.* serva efficitur libera, si Dominus servitatem non detegit; vel denique nisi ipse ducens etiam servus sit. *Ren. q. 12.*
- 4 AN SERVITUS SUPERVENIENTIS MATRIMONIO ILLUD IRRITET? **R.** neg. ex cap. penul. 29. q. 2. An autem possit licet conjux matrimonio contracto in servitatem, se vendendo, redigere? Dic cum *San.* *Ren.*

- ¶ Ren. q.3. & Fili. Posse virum, etiara renuente uxore, justa dumtaxas intercedente causa : non sic posse uxorem viro repugnante . Rat. primi ; quia per talem venditionem matrimonium non irritatur, & sic tenetur vir reddere debitum (in qua obligatione tantum uxori subitur) ergo, &c. Rat. 2. quia uxor est subdita viro etiam in aliis obligationibus gubernationis domus , &c.
- ¶ Qualiter votum dirimat matrimonium ? R. jure Ecclesiastico votum solenne castitatis ex Trid. sess. 24. de matrim. Can. 9. sicut & votum simplex biennium Societatis ex Bulla Greg. XIII. Ascendente Domino , irritare matrimonium . Dixi jure Ecclesiastico, quia ex hoc venit solemnitas, quæ est tantum causa solutionis matrimonii . Bon. Fst. Ren. q. 4.
- 6 Quæ vota sine censenda solemnia? R. ea, quæ solemnizata fuerunt per susceptionem Sacri Ordinis , aut per professionem expressam, vel tacitam trium votorum , factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatis , animo se obligandi tali Religioni, non autem Religioni in genere . Ren. q. 5. San. ex cap. unico de voto in 6.
- 7 Quid , & quotuplex sit cognatio ? R. cognationem , aliam esse spiritualem, aliam legalem, & aliam carnalem, de qua in præsenti, & dicitur consanguinitas, quæ est vinculum Personarum ab eodem proximo stipite descendientium, carnali propagatione contractum . Series Personarum, quæ descendunt, constituit lineam, & varietas generationum constituit gradum , idest distantiam maiorem, vel minorem unius Personæ ab alia . Linea autem quadruplex est . Prima dicitur recta, per quam ad progenitores , ut ad Avum , Atavum , &c. & ad progenitos ut ad Patrem, Filium, Nepotem, &c. direstè ascendimus , & descendimus , ad neutrum latus deflestante : & dicitur linea ascendentium, & descendientium . 2. dicitur transversalis , constituta à personis ex transversio junctis, à quibus nos non descendimus , nec ipsi à nobis, licet ab eodem stipite descendamus: ut fratres, & eorum filii, Patrius, Amici, &c. quæ linea , alia est æqualis , quando scilicet gradus consanguineorum æquæ à stipite distant: ut duo fratres, aut duorum fratribus filii , & est tertia linea ; alia inæqualis, idest graduum inæqualiter distantium: ut est frater, & sororis filii ; ille enim est in primo gradu cum suo Patre, & isti in 2. & est 4. linea . Ren. q. 6.
- 8 Quoto gradu cognatio carnalis dirimat matrimonium ? R. jure Ecclesiastico usque ad 4. gradum inclusivè lineæ, sive rectæ, si-

ve transversalis dirimere. Jure vero naturali usque ad primum; & in linea recta tantum, non autem in transversali. Primum probatur ex cap. *non debet de consanguine et affi.* Ren. q. 7. Probatur 2. quia in eo gradu actus conjugalis maximè adversatur reverentiæ jure naturæ debitæ parentibus: inò & repugnat dictamini rationis, eum ipsa bruta à concubitu cum parentibus abhorreant: ergo, &c. *San. Fili.* Probatur 3. quia aliqua differentia debet esse inter gradus linea recte, & transversalis: ergo si, &c. Tum quia Abraham duxit Saram sororem suam: ergo, &c. *Sco. D. Tbo. Nav. Et c. contra San.*

9 Quomodo computentur gradus jure Canonico in cognitione carnali? Dico primo in linea recta tam ascendentium, quam descendientium quot sunt Personæ, tot sunt gradus, una dempta, scilicet stipite: v. g. Pater, & Filius sunt consanguinei in primo gradu, Nepos, & Avus in 2. &c. Dico 2. in linea transversa æquali quot gradibus Personæ singulæ à communi stipite distant, totidem distant inter se: Vnde Frater, & Soror sunt in primo gradu linea transversæ, Patrules, & Consobrini in 2. filii eorundem in 3. Dico 3. In linea transversa inæquali quot gradibus remotior Persona distat à stipite, tot gradibus distant inter se. Vnde Patruus, & Nepos, Filius, & Soror Patris sunt consanguinei in 2. gradu, quæ omnia patent in adiuncto schemate. *Lay. Ren. q. 8.*

10 Quid sit cognatio spiritualis, & quomodo dirimat matrimonium? & ad primum esse propinquitatem secundum juris Canonici dispositionem, ortam ex administratione, vel susceptione Sacramenti Baptismi, & Confirmationis. *Lay.* Vnde ad 2. q. cognationem spiritualem præcedentem matrimonium, illud dirimere. Ex cap. 1. de cog. spiri. in 6. non autem illud subsequentem. *Ren. q. 9.*


11 Quid sit cognatio legalis, & quomodo matrimonium dirimat? & ad primum esse propinquitatem provenientem ex adoptione: Adoptio vero est assumptio legitima personæ extraneæ in locum descendensis: & duplex est, una perfecta, alia imperfecta, per illam transit adoptatus in potestatem adoptantis, & illi succedit; per istam vero non. *San. Ren. q. 10.* Vnde ad 2. q. per adoptionem perfectam tantum, orihi cognitionem legalem, quia impedimenta matrimonii, favorabilis, sunt striæ interpretanda: ergo, &c. *Fili. San. Sis. Et c. contra Pon. Vil. Latu. Rebelle. etc.*

12 In-

SCHEMA

Consanguinitatis.

607



- 12 Inter quas Personas cognatio legalis dirimat matrimonium, & quanto gradu r. ad primum dirimere inter adoptantem, & adoptatum, & hujus descendentes: Item inter adoptatum, & filios carnales adoptantis; & denique inter adoptatum, & uxorem adoptantis, & inter adoptantem, & uxorem adoptati ex variis juribus Civilibus, & Canonicis. *Ren.q.11.Fili.San.* Vnde ad 2. r. dirimere usque ad 4. gradum; quia legalis cognatio est instituta ad similitudinem cognitionis naturalis: ergo si haec usque ad 4. dirimunt, ita, &c. *Fili. etc.*
- 13 An soluta adoptione per emancipationem, remaneat impedimentum praedictum? r. remanere inter adoptantem, & adoptatum, & hujus descendentes: Item inter adoptatum, & uxorem adoptantis: & è contra inter adoptantem, & uxorem adoptati, non autem inter adoptatum, & filios carnales adoptantis *Ren.q.12. San.* ex variis juribus Canon. & Civilibus.
- 14 Quod crimen dirimat matrimonium? 1. dirimere primò conspirationem ad occidendum conjugem pro matrimonio contrahendo, ex cap. 1. de convers. infidelium. 2. adulterium cum occisione conjugis ex parte adulterantis, etiam praecisa conspiratione, & promissione futuri matrimonii, ex cap. super hoc de eo, qui duxit in matr. Dixi ex promissione, nam finis ineundi matrimonium requiritur, & sufficit. 3. adulterium cum promissione matrimonii, post mortem alterius conjugis, etiam praecisa machinatione, ex cap. Unicus de eo, qui duxit. 4. Adulterium conjunctum cum matrimonio de facto contracto, vivente coniuge, ex cap. si quis uxore vivente de eo, qui duxit. *San. Tamb. Ren. fol. 477. q.1.*
- 15 Quæ scientia adulterii requiratur ad contrahendum hoc impedimentum. r. requiri, ut adulter sciatur alterum esse verè conjugatum, nec sufficere, si putet alterum conjugem vivum, qui reverè mortuus sit; quia tunc materiale tantum committeret adulterium ex cap. 1. de eo, qui duxit. *San. Ren.q.2. Tamb.* Hinc ignorantia crassa excusat ad contrahendum hoc impedimentum; quia ignorantia facti, etiam si crassa sit excusat. *San. ex regula Ignorantia de reg. juris in 6.* Imò & si scientia adveniat post adulterium, & post promissionem matrimonii, etiam excusat; quia tunc non est verum adulterium; quod non esset, si adveniret ante adulterium, & post fidem datam de matrimonio, ea fide non dissoluta. *San.*
- 16 Qualis debeat esse promissio futuri matrimonii in tertio criminis requisita? r. requiri primò, ut sit aliquo signo externo

expressa, etiamsi facta sit. Rat. utriusque; quia alias (in primo sensu) non præberet alteri anfam captandæ mortis alterius, sicut in 2. San. contra Tamb. quoad 2. Secundò requiri, ut sit ab altero acceptata; quia tunc tantum hic reus est delicti. San. Tamb. Ad hanc tamen acceptationem non sufficere solam taciturnitatem; quia in favorabilibus tantum, qui tacet affirmat, Bon. contra Coni. &c. 3. requiri, ut sit absoluta, vel si conditionata, ante mortem tamen verificetur; quia conditionalis nullam parit obligationem. Tamb. contra San. Denique non requiri, ut sit jurata; quia textus requirentes fidem, intelligendi sunt de simplici omissione. San. Ren. q. 3.

37 Quale sit impedimentum disparis cultus? &c. et se cum baptizatus contrahit cum non baptizata (in quo Pontifex dispensare potest) Baptismus enim est janua omnium Sacramentorum. Hinc Catholicus contrahens cum haeretica faceret tantum illicitum matrimonium, imò & licitum, si cum haereticis in Germania, Gallia, Polonia conviveret, ex recepta consuetudine. Ren. q. 14.

38 Quando, & qua ratione solvatur matrimonium infidelium per conversionem alterius ad fidem? &c. dissolvi statim ac fidelis ad alias nuptias transit, ex cap. *Gaudemus de divor.* quod facere potest, quamvis infidelis velit cum ipso habitare sine contumelia Creatoris, & pertractione ad peccatum, in quo casu (præscindendo à secundis nuptiis.) tenetur etiam ex præcepto Ecclesiæ non habitare. Probatur nam stante hoc præcepto, semper infidelis discedit, nolendo converti ad fidem: sed ex Apost. 1. ad Corint. 7. quoties infidelis discedit, discedere potest fidelis, & sic annullare potest matrimonium, & ad alias nuptias transire: ergo, &c. San. Ren. q. 5. &c.

39 Quid requiratur, ut conjux fidelis dissolvere possit matrimonium in casu posito. Requiritur primò monitio infidelis, aut interrogatio, an velit converti, (nisi de ejus pertinacia constat.) San. quod si ex distantia id fieri non posset, monitio supplenda esset per dispensationem Pontificis. Pon. contra San. Fili. &c. 2. requiritur, ut fidelis de facto transeat ad secundas nuptias, ad hoc ut dicatur dissolutum matrimonium cum infideli, ex cap. *Gaudemus de divor.* Hinc si infidelis transeat ad secundas nuptias, antequam fidelis transeat, invalidum est matrimonium ipsius. Ren. q. 6. San.

40 An dissolvatur etiam matrimonium per transitum fidelis ad Religionem, Ordines Sacros, aut per omissionem voti simplicis
ca-

gentis est favor: ergo, &c. Rat. 2. quia ea potestas est odiosa, ut potest enervativa poenitentiae sacramentalis: ergo, &c. Sua. Lay. Duar. Ren. q. 2. etc. contra Patud. Nav. etc. absolute stricte, & contra Syl. Angst. etc. absolute late, interpretandam esse dicentes. Hinc quia Indulgentia indefinitè concessa, spectat ad potestatem concedentis, restringitur ad duos annos.

3 An Indulgentia temporalis intelligenda sit de annis Purgatorii, vel hujus vitæ? Secundum contra Cordu. amplectendum est: Quare olim Pontifices explicabant, remitti per Indulgentias tot annos de poenitentiis injunctis, vel injungendis sufficientibus ad remissionem toc annorum Purgatorii. Sua. Lay. Duar. etc. Quæ purus, Indulgentia liberant non tantum à poenitentiis à Confessario injunctis, sed etiam à poenis debitibus peccatis per contritionem remissis, vel debitibus venialibus remissis, & non confessis, etiam si indulto Indulgentiarum tantum poenitentiæ injunctæ exprimantur, quia alias sequeretur, quod homo justus, qui nullam habet poenitentiam injunctam, vel qui diligens est, in his adimplendis, non lucraretur Indulgentiam: ergo, &c. Ren. q. 3. Coni. Filii. etc.

4 Quæ conditiones requirantur ad lucrandas Indulgentias? Requiritur primum Iesus rationis. 2. Baptismus. 3. ut qui lucratur sit subditus concedentis Indulgentiam. 4. status gratia. 5. executio operum injunctorum. 6. adenique requiritur, ut qui lucratur, non sit excommunicatus majori excommunicatione. Ren. q. 4.

5 An qui pollet usu rationis, sed nondum peccavit, nec etiam venialiter, possit Indulgentias lucrari? R. neg. quia remissio poenæ supponit culpam: ergo, &c. Coni. Ren. q. 5.

6 An Cathecumeni non dum baptizati sint capaces Indulgentiarum? R. aff. per modum suffragii, non absolutionis. Rat. primi; quia ea hecumenus habens votum Baptismi potest esse in gratia: sed suffragium est auxilium, quod unus præbet alteri in charitate existenti: ergo, &c. Lay. Nav. etc. Rat. 2. pendet ex tertio requisito ad Indulgentiam. Grana. Ren. q. 6. C. Lug. etc. contra Bon. Sua. Coni. etc. absolutè negantes.

7 An Regulares, qui non sunt subditi Episcoporum, lucentur Indulgentias, quas possunt Episcopi jure humano, & limitato concedere, 40. scilicet, dierum; sicut & Cardinales 100. & idem queritur de peregrinis? R. ad primum aff. quia quæ ad favorem concessa sunt, non debent in odio retorqueri: ergo, &c. Tum quia in multis Regulares Episcopo sunt subiecti: ergo, &c.

- Dia. contra Ugo.** Vnde ad 2. n. etiati aff. quia in materia sic gratioſa præfurnitur, proprios Episcopos vellos fuos subditos fiesi aliorum Episcoporum tales. *Gran. Ren. q. 7. contra Dia.*
- 3** Vtrum defunctis, qui non sunt subditi Ecclesie, præſint Indulgencie? *v. aff. per modum suffragii, non autem absolutionis.* Rat, primi; quia quilibet potest suas satisfactiones applicare defunctis, magis Christo capiti conjunctis, quam sint viventes: sed non per modum absolutionis, cum nec etiam Pontifex in illos jurisdictionem habeat: ergo, &c. *Ren. q. 8. Bon. F. 1. etc. contra Med. dicentem, posse Pontificem concedere defunctis Indulgentiam etiati per modum absolutionis.*
- 9** An Indulgentia applicata defunctis per modum suffragii certa, & infallibiliter illis poslineat? *v. aff. quia & condigna satisfactio pro illis applicatur, ut sunt merita Christi, & Sanctorum; & rursus eis prodeſſe non nisi in Divina promissione fundatur: ergo, &c. Ren. q. 9. Com. D. F. b. L. eff. etc. contra Coje. Lay. D. Bon. Sot. etc.*
- 10** Quid sit Indulgentias per modum suffragii applicare, quid per modum absolutionis? *v. per modum absolutionis applicare est, Pontificem immediate remittere poenam, tanquam Dei ministrii: Per modum suffragii verè esse, offerre Dño. pretium aquivalens, ut penas remittant. Fili. Sua. Ren. q. 10.*
- 11** An Gachecumenis defunctis præſint Indulgentias per modum suffragii? *aff. quia possunt salvari, si deterserint in gratia, cum desiderio baptismi: ergo, &c. Lay. Dia. Ren. q. 11. etc. contra Sua. Prepo. Fili.*
- 12** Quid requiratur, ut Indulgentia præſint Defunctis? Requiritur primò, ut Papa id exprefſe concedat. *Lay. Sua. etc. 2. ut ea intentione fiat opus injunctum, videlicet ut Indulgentia præſint Defuncto. Com. Dur. Ren. q. 12.*
- 13** An ad lucrāndam Indulgentiam pro Defunctis necesse fit, ut qui eas lucratur sit in gratia? *v. neg. quia potest quis per alium in peccato existentem meritorie eleemosynam facere: ergo, &c. Tum quia pro anima Purgatorii lucratur Indulgentiam: ergo in ipſa requiritur dispositio ad illam, nempe gratia. Pettix. Prepo. Ren. q. 13. etc. contra C. Lug. Veric. etc. An autem lucretur liberationem unius animæ à Purgatorio communicanti concessam, si hic in peccato communicet? Dic non lucrari; quia tale opus utpote malum nullo modo potest esse communicanti satisfactorium, nec etiam præcepti annua communionis: ergo, &c. Est contra Pettix. & Ren. cis.*

14 Vtrum

14 Vtrum Indulgentiae immediate concedi possint ipfis defunctis, nullo opere injuncto viventis? *q. aff.* si alias iusta causa intercedat Indulgentiam concedendam; quia cum ea vivis concedi potest absque opere injuncto: ergo, &c. Dixi, *si aliis est*, &c. quia Pontifex sine justa causa concedere non potest Indulgentiam, & quia una ex justis causis potest esse ipsummet opus injunctum. *Ren. q. 14. Coni.*

15 An ad lucrandas Indulgentias necesse sit, ut quis sit in gratia? *q. aff.* dumtaxat quando perficit ultimum opus prescriptum, etiam si illud in peccato (si sit successivum) incipiat. *Rat. primi;* quia poena nunquam remittitur, nisi remissa culpa: ergo, &c. *Rat. 2.* quia si concedatur Indulgentia tali die, satis est si jejunans in fine diei conteratur, & habeat gratiam. *Coni. Lay. Ren. q. 15. etc.*

16 An qui omnia opera implet in peccato, consequatur Indulgentiam post elapsum tempus ipsius, recedente fictione? *neg.* quia opera mortua reviviscere non possunt, nisi visitare Sacramentorum, ut apparet in satisfactione Sacramentali facta in peccato: ergo, &c. *Sua. Ren. q. 16. Bon. ac. contra Syl. Palad. etc.*

17 An lucretur Indulgentiam, qui tempore applicationis illius est quidem in gratia, sed in voluntario statu peccati venialis non retractati? *q. lucrari Indulgentiam non plenariam;* sed quantum spectat ad peccata remissa; quia pro poena veniali peccato debita lucrari non potest Indulgentiam: ergo, &c. *Lay. Pelliz. Ren. q. 17.*

18 Vtrum qui lucratur Indulgentiam debeat esse in gratia per confessionem, si habeat mortalia? *q. neg.* si non apponatur clausula, *confessio, & contritus;* nam tunc sufficit contritio: Idem dicendum, si cum ea clausula venialia tantum habent: Secus si etiam mortalia. Primum est certum. 2. probatur: quia tunc ad effectum consequendi Indulgentiam, potest ille talis dici confessus, & contritus: ergo, &c. *Dia. contra San. Probatur 3. contra Sua. Fili. Syl. etc.* quia Indulgentias tantum valent, quantum sonant: ergo, &c. *Ren. q. 18. Bon. Lay. etc.*

19 An lucretur Indulgentiam, qui opera injuncta facit cum peccato mortali? *q. aff.* quia talia opera in individuo dumtaxat sunt mala, & non ex sui natura ut supponimus: ergo sufficientia sunt ad lucrandas Indulgentiam: consequentia probatur, quia praecpta impleri possunt per opera in individuo tantum mortaliter mala: ergo, &c. *Ren. q. 19. Sua. Fili. etc. contra Novi.* absolutè negantem.

- 20 Num aliquando possit concedi Indulgentia sine opere injuncto? R. aff. dummodo aliunde intercedat justa, & sufficiens causa, quia tria requiriuntur dumtaxat ad valorem Indulgentiae, videlicet, potestas in concedente, gratia in suscipiente, & pia causa ad illam concedendam: ergo, &c. *Lay. Ren. q. 20. Fisi. etc.*
- 21 An operibus alias praeceptis possit lucrari Indulgentia? R. neg. nisi aliunde constet de mente Pontificis, ut si in Quadrageisma Jubileum concederet; quia cum de ea non constat, praesumitur aliquid novi, & alias indebiti injungere pro lucranda Indulgentia: ergo, &c. *Ren. q. 21. Cos. etc. contra Dia. Lay. etc.*
- 22 Vtruna uno opere plures Indulgentias acquiri possint? R. aff. si opus non est reiterabile: Secus si sic; quia opera in Indulgentiis injuncta semper censenda sunt de alias indebitis. Hinc si concedantur plures Indulgentias communicanti in tali die festo, vel tali die jejunanti, unico jejunio, vel communione lucraei possunt. *Ren. q. 22. Coni. Sua. etc. contra Martii. à d. Joseph. Lexa. etc. absolute affirmantes.*
- 23 An possit quis diversis operibus injunctis eodem tempore adimplitis, plures Indulgentias consequi? R. aff. quia potest quis eodem tempore diversis actibus pluribus obligationibus satisfacere, si unus alium non impedit: ergo, &c. *Bon. Ren. q. 23.*
- 24 Num ad lucrandam Indulgentiam possit quis per alium opera injuncta adimplere? R. nisi contrarium in concessione exprimatur, personalia opera non posse per alium adimpleri; bene ergo non talia, ut est elemosyna e. g. Rat. quia talis est intentio concedentis, quæ semper attendenda est: Et hinc est, quod poterit alius pro alio Indulgentiam lucrari, si id à Pontifice concedatur: inquit et si in mortali existat, & alius inscius sit Indulgentiae applicatae, tum quia sufficit, ut alius, cui Indulgentia applicatur sit in gratia, tum etiam quia animæ Purgatorii etiam inscriba sunt Indulgentiarum, quæ illis applicantur. *Fisi. Dux. Ren. q. 23. etc.*
- 25 Necesse nè est, ad lucrandam Indulgentiam, ut opus injunctum ea intentione fiat: R. neg. sed sufficere intentionem habitualem, seu interpretativam. Hinc nesciens operi correspondere Indulgentiam, hanc lucratur. Rat. est; quia potest fidelis alteri fideli etiam ignorantis, sua opera bona applicare: ergo poterit Pontifex merita Christi, & Sanctorum applicare, &c. Tum quia moribundus sensibus destitutus lucratur Indulgentiam in articulo mortis: ergo, &c. *Pelliz. Dia. Ren. q. 25. contra Cordu. de Leo. etc.*

26 An opus in Indulgentia injunctum, ut jejuniū, debeat eo tempore adimpleri, quo in forma concessionis exprimitur? R. aff. nisi aliter constet ex præsumpta voluntate concedentis. Hinc si concedatur Indulgentia eis, qui confessi, & sacra Communione refecti recitaverint Officium Defunctorum, debent hoc post Communionem recitare. Quod si Officium injunctum sit B. Virginis, hujus Matutinum recitari potest in Vesperis diei antecedentis Communionem, quia sic recitari solet Officium de præcepto. Constant ex supradictis. *Ren. q. 26.*

27 Quomodo computandum sit tempus ad Indulgentiam lucrandam concessum. Iy. primas Vespertas concedi solitas in epere ab hora, qua Vespere (non quidem solemnes illius diei Indulgentiae) recitari solent in ea Ecclesia, cui concessa est Indulgentia, vel etiam pro quibus dari solet primum signum campanæ *Quintana*. Solis autem occasum sequentis diei, esse tempus, quo sol planè occubuit. *Gobat contra Quintana*. assignantem pro eo finem Completorii. Quæ omnia non procedunt, si sine dicta limitatione concedatur Indulgentia; nam tunc lucrari potest à media nocte diei antecedentis usque ad medietatem subsequentis, quia tamdiu festum durat. *Pelliz. Ren. q. 27.*

28 Vtrum Indulgentia concessa in festo alicuius Sancti, censeantur translatæ, translato festo, & Officio illius? R. neg. nisi id in Bulla exprimatur; quia translato Officio, non transfertur festum quoad obligationem Missæ, & cessationem ab operibus servilibus: ergo nec, &c. *Peyri. Ren. q. 28. Pelliz. ecc. contra Sylvium*. Oppositum est dicendum, si eo die lucrari non possit Indulgentia, quia in eo fieri non potest Communionio, ut in die Veneris Sancti. *Pelliz.*

29 Si Indulgentia concessa sit numismati, Rosario, &c. an necesse sit, ut quis apud se habeat? R. aff. videlicet in lecto, vel juxta se habeat, licet ipse non videat, sciat, aut recordetur: imò & numismata poterit esse commodatum, si id in Bulla concedatur, ut numismata S. Caroli, & quinque Sanctorum. *Pelliz. Buff. Ren. q. 29. contra C. de Lugo.*

30 An assequatur Indulgentiam, qui aliquam partem operis injuncti prætermittit? R. aff. si sit pars minima tam in ordine ad se, quam respectivè ad opus injunctum: Secus si notabilis pars omittatur. Rat. primi est parvitas materiæ, sicut in aliis. *Rat. 2.* quia tunc opus non dicitur impleri. Hinc si quis ex quinque salutationibus Angelicis unam prætermitteret, non lucraretur Indulgentiam eis concessam. *Sua. Lay. Ren. q. 30. ecc.*

31. Si aliquod opus injunctum non possit quis ex impotentia exequi, an, &c. De confessione loquendo R. aff. si etiam communio non praecipiatur. Rat. primi est; quia ex presumpta intentione Pontificis requirentis in casu confessionem, non ut conditionem, sed ad securitatem Indulgencie, suppleri ea non potest per contritionem. Ren. q. 31. Dia. De aliis vero operibus loquendo, R. etiam aff. dumtaxat, si excipiatur a Pontifice casus impotentiae. Duar.

32. Si quis jejunet, &c. ad alium finem principaliter, quam ad lucrandam Indulgenciam, sciens tamen per ea opera acquiri Indulgenciam; an, &c. R. aff. quia ea principalis intentio a Pontifice non precipitur. Tum quia satisfacere potest quis precepto cum expressa intentione non satisfaciendi: ergo, &c. Sua. Ren. q. 32. Dia. ctc. contra Cord. Rodri. & Vegam.

33. An possit quis plures eodem die eandem Indulgenciam lucrari visitando pluries Ecclesiam? R. aff. si Indulgencia concessa sit, vel ad favendum concursum Ecclesiae, vel perpetuo, & indeterminate: ut si in Brevi dicatur, *quicunque visitaverit tam Ecclesiam, &c.* dummodum tamen iteratio visitationis non cedat in irrationem; nec talis sit, ut ob continuitatem non enseat visitatio alia, & alia, sed semper moraliter eadem: Secus si concessa sit pro uno, vel pluribus diebus, & non ad favendum concursum. Rat. 2. quia designatio dierum indicat, voluntatem Pontificis fuisse semel Indulgenciam concedere. Vnde patet ad primum Pelliz. C. Lugo. Ren. q. 33. etc.

34. Potest ne visitare quis Ecclesiam ad lucrandum Indulgenciam ante fores illius, cum est impeditus ingressus? R. neg. si impedimentum veniat, quia fores Ecclesiae sunt clausae: Secus si veniat ex multitudine ingredientium: & hoc etiam si in Coemeterio existens visitet: nisi contrarium constet ex mente concedentis, ut patet: vel nisi lucranda esset Indulgencia quinque Altarium. Rat. primi; quia tunc non dicitur visitare Ecclesiam: ergo, &c. Rat. 2. quia moraliter tunc visitat: ergo, &c. Lay. Bon. Rodri. etc. Rat. 3. quia in favorabilibus Coemeterium venit normae Ecclesiae. Lay. Rat. 4. quia tunc non diceretur visitare quinque Altaria. Pelliz. Quid autem dicendum sit, quando utrumque impedimentum adeat? Dic cum Ren. q. 34. posse lucrari, sed securius esse contrarium.

35. An ad lucrandam Indulgenciam septem Altarium sufficiat, quod quis intra Ecclesiam ex eodem loco illa visitet? R. aff. etiam in signum uniuscujusque visitationis caput non inclinet.

35. Rat. printii; quia si non physie^l, traditio tamen moyetur ex distincta intentione, qua vult singula Altaria visitare. C. Lag. Bon. sic. contra Rodri. sc. Vnde ad 2. patet. Res. q. 35. contra Pellez. Duar. sc.

36 An Indulgencie concessa visitantibus Ecclesiam, consequatur etiam Ecclesia diruta, & post longum tempus reedificata & R. aff. si non Superiorum auctoritate, sed casu diruta fuit, etiam si non in eodam loco reedificetur: & idem dicendum si Superiorum auctoritate diruta, Indulgencia vero non loca, sed sub tali tenui concessa fuerit. Rat. omnesque quia in primo tamquam sensu amittit privilegium. v. Duar. Sam. Res. q. 36. Quid autem dicendum si quis, dare opeca, franget nympha, ut sic alio pretiosiori transferre posse Indulgencias, quando translatio conceditur? Dic cum Pellez. id fieri non posse, quia mens Pontificis est tantum, cum casu nympha frangatur.

37 Nuna oratio, quia injungitur ad lucrandum Indulgenciam sufficiat, si sit mentalis? R. neg. si injungatur Pater, &c. Ave: Secus si injungatur visitatio tacum Ecclesia, vel oratio pro pace. Principium Christianorum, &c. Primum est certum. Probatur 2. quia sine vocali oratione visitari potest Ecclesia: ergo, &c. Probat 3. quia tunc ad eum finem fructuosior est oratio mentalis. Res. q. 37. Testit. Duar. sc. contra Rodri. sc. absolu^te negantes, & contra Pellez. dicentes sine vocali, sive mentalem absolu^te sufficere.

38 Cum ad consequendam Indulgenciam praecipiter eleemosyna, an sufficiat qualibet erogare? R. aff. si ea indefinita praecipiatur: Secus si cum hac clausula, secundum cuiusque facultatem. Rat. primi; quia cum qualibet verificatur conditio, sub qua Indulgencia concessa fuit. Sua. Fili. Res. q. 38. &c. contra Cord. Nav. Pasq. &c. Rat. 2. quia aliis non conferetur ad ampleta conditio. Corduba. Buff. Duar. &c. contra Boff. &c.

39 An lucretur Indulgenciam, qui eleemosynam dat diviti, quem credit esse pauperem? R. aff. quia actio specificatur à fine: ergo, &c. Res. q. 39. C. Lugo.

40 Si quis famulo det eleemosynam pauperi erogandam, an lucretur Indulgenciam, si famulus eleemosynam sibi retineat? R. aff. quia voluntas Pontificis est, ut quis aliquid ex suo det in eleemosynam: ergo, &c. Res. q. 40. contra aliquos apud C. Lag. id concedentes in casu, quo eleemosyna detur famulo, non autem cum praecepitur Economo dari. Et contra Cord. Nav. &c. que negantem.

- 41 An consequatur Indulgentiam pauper, vel Monachis, quia non possunt facere eleemosynam r. ad prium. Ad lucrandam Indulgentiam teneri pauperem commutationem tantum petere; quia qui non potest jejunare, tenetur petere commutationem ergo, &c. Duar. Ren. q. 41. contra plures plura dicentes. Vnde ad 2. &c. vel teneri Superiorum facere eleemosynam, vel tutius teneri Religiosum commutationem petere. *Pelliz.*
- 42 An Superior nolente facere eleemosynam posuit Religiosus, nolens petere commutationem, clam de bonis Monasterii aliquid accipere ad eleemosynam faciendam &c. aff. praeceps scandalum, & dummodum eam (quamvis infructuosè) perierit; quia tunc Superior est irrationaliter invitatus: ergo, &c. C. Lug. *Pelliz.* Ren. q. 42.
- 43 Cum ad lucrandam Indulgentiam injungitur eleemosyna, an sufficiat eleemosyna spiritualis &c. neg. quia finis Pontificis est, ut pauperes subveniantur, captivi etiam redimantur, Ecclesiae reedificantur, &c. ergo, &c. Ren. q. 43.
- 44 Cum injungitur confessio, an teneatur quis confiteri, si tantum venialia habeat &c. neg. nisi constaret, confessionem imponi, ut conditionem ad lucrandam Indulgentiam, ut patet. Rat. primi; quia ordinariè in Indulgentiis Confessio præcipitur ad statum gratiae subsequendum: ergo, &c. Ren. q. 44. Duar. *Pelliz.* contra *Sua. Sae. Cod.* absoluè affirmantes, & contra *Lay. Dia.* &c. absoluè negentes.
- 45 Si quis post confessionem ad lucrandam Indulgentiam factam, antequam eam lucretur, incidat in novum peccatum mortale, an teneatur iterum confiteri ad Indulgentiam lucrandam &c. neg. si confessio requiritur ut conditio: Secus si ad statum gratiae acquirendum. Rat. primi; quia semel ea facta, adimplita fuit conditio ergo, &c. Rat. 2. quia status gratiae tunc est conditio ad lucrandam Indulgentiam: ergo, &c. Ren. q. 45. contra *Sua. Sae. Cod.* absoluè affirmantes, & contra *Nag. Prapo.* etc. absoluè negantes.
- 46 Si quis est ne Confessio in voto ad lucrandam Indulgentiam, an necessaria est actualis confessio in casu, quo Indulgentia conceditur confessis, & contritis, & quis reperitur in statu peccati mortalis? &c. necessariam esse confessionem actualern; quia etsi confessio præcipiat ut dispositio ad gratiam, hæc securius habetur per confessionem quam per contritionem. Vnde haec erit mens Pontificis. Duar. Ren. q. 46. contra plures plura diligentes.

47 Si

47 Si in Brevi confessionis Indulgentie expoſtuletur communio, nulla facta mentione confessionis, an necessaria sit confessio in eo, qui est in statu peccati mortalis: R. aff. & hoc indirecte ratione communionis. Ren. q. 48. Et idem dicendum est (contra Sua. Fili. Lay.) quando is non possit per aliquam impotentiam moralem, vel physicam confiteri; quia ad accedendum ad communionem sine confessione requiritur necessitas communicandi, qualis non est in Jabilo lucrando. Dia. Ren.

48 Vtrum ad lucrandam Indulgentiam sufficiat confessio, & communio sacrilega, quando non sunt ultimum opus: R. neg. quia Pontifices in Indulgentiis exigunt confessionem, & communionem veram, & validam, Alpho. de Leu. Santaret. ecc. contra Fag. Hen. etc. absolute affirmantes, & contra Ren. q. 48. & C. Lug. de communione tantum affirmantes.

49 Supposito quod detur confessio valida, & informis, an illa sufficiat ad lucrandam Indulgentiam? aff. dummodo ultimum opus in gratia fiat; quia ea est vera, & valida confessio, & per eam verum Sacramentum fuscipitur: ergo, &c. Tum quia per eam satisfit praecepto annuae confessionis: ergo, &c. Burdi. Ren. q. 49. contra Pasq.

50 An pueri post usum rationis, qui communicari non possunt lucentur (si venialiter saltē in peccaverint) indulgentias concessas communicantibus? R. debere petere communionem in aliud opus plium, sicut ceteri impotentes. Quintana. Duar. Ren. q. 50. etc. contra Pasq. absolute affirmantein, & contra Fernandez. & Zanardum requirentes communionem spiritualiæ.

51 Quando præcipitur communio ad lucrandam Indulgentiam, an sufficiat communio præcedentis diei, vel per plures dies antea facta? Supponimus enim eam præcipi, ut opus in iustum. R. sufficere communionem præcedentis diei, dumtaxat quando sequenti die adest indulgentia lucranda, incipiens à primis Vesperis: Quod si duret per plures dies, debet quis quoltibet ipsorum Euchristiam sumere. Primum verificatur; quatenus in præcedenti die adsunt Vesperæ sequentis diei: ergo, &c. Rar. 2. est: quia conditio eodem die verificari debet. Pasq. Ren. q. 51. contra C. Lugo. Quinta. &c. affirmantes in utroque casu, dummodo adsit debita distantia.

52 Si indulgentia requireas communionem, contingat in Feria 6. majoris Hebdomadæ, & quis præcedentis die non fuerit communicatus, an possit eo die, &c. R. aff. quia potest eo casu communionem in aliud opus plium communicari, sicut in aliis casibus impotentiae. Ren. q. 52. contra Perde.

53 An præter opera injuncta , attendendum fit aliud ad lucrandam indulgentiam & attendendas esse clausulas ipsius indulgentiarum ; & item an eæ sint revocatae , ut sunt illæ Regularium , per Bullam Pauli V. die 23. Maii 1606. de qua *Peyrinus* (intellige , de quibus ea Bulla amplius mentionem non facit , dum substituit alias pro ipmis Regularibus .) Et hinc est , quod non censeantur revocatae indulgentiarum ipsis concessæ pro sacerdotalibus , vel pro defunctis , vel ipsis Regularibus , & Secularibus promiscue concessæ : nec rursus indulgentiae in articulo mortis , cunis (ex Vrb. VIII.) nec anno Jubilæi hæ suspendantur . Vnde indulgentiae concessæ Altaribus privilegiatis Regularium , utpote pro Defunctis , revocatae non sunt . Nec verum est , siue revalidatas ab eodem Paulo V. & contrarium damnatum est ab Alex. VII. prop. 37. Ren. q. 5. 3.

54 An indulgentiae vivæ vocis oraculo concessæ hodie sint revocatae per Greg. XV. & Vrb. VIII. revocantes omnia vivæ vocis oracula ? Bi. neg. quia constitutiones supradictorum , utpote penales , non extenduntur ad tales gratias , nisi hæ expresse revocentur . Hinc quia sic per Bullam Paul. V. revocatae sunt indulgentiae vivæ vocis oraculo concessæ Regularibus , sequitur , &c. Bordo. Ren. q. 5. 4. Roderic. &c.

55 Quænam alia indulgentiae censendæ sint revocatae . Vid. Ren. fol. 234. q. 55. & 56.

56 Quamodo per suspensionem indulgentiarum in Jubilæo anni Sancti cessent pro illo anno indulgentiae & non suspendi sub poena excommunicationis omnes indulgentias , etiam Vrbis , si contrarium Pontifices non exprimant . Ren. q. 57. contra Dia. Excipliuntur primò indulgentias immediate concessæ Defunctis , quia cum his non frustratur finis suspensionis , adeundi scilicet , Romam . Ren. ex Decla. Clem. X. Et quia hic expresse declaravit , cessare indulgentias vivis concessas , sed cum potestate applicandi illas defunctis , sequitur , &c. Ren. contra Quintanad . 2. excipiuntur indulgentiae in articulo mortis . ex decla. Clem. X. Dia. etc. contra Lay. etc. 3. non plenariæ nisi aliud Pontifices exprimant ex Bulla Xisti IV. Lay. 4. eæ , quæ ab aliis quam à Pontifice conceduntur , ut illæ , quæ conceduntur ab Episcopis ex declar. Vrb. VIII. Buff. etc. Denique excipiuntur indulgentiae Cruciarum , Dia.

57 An indulgentiae concessæ per septem annos , ita suspendantur in anno Jubilæi , ut durent per septem annos extra annum Jubilæi , idest non compulso anno Jubilæi ? Bi. aff. quia adhuc non

non computato, habetur finis Pontificis suspendentis indulgentiam. Tum quia alias non censerentur concessae per septem annos à Pontifice, sciente, intra septennium incidere annum Iubilæi. Tum denique, quia nisi aliud exprimatur, ex rationabili Epicheja facultas 15. dierum concessa extraordinario confessario Monialium intelligitur de diebus utilibus etiam interpolatis: ergo, &c. Ren. q. 58.

58 Quomodo intelligenda sit clausula, ut nihil, vel minimum desur pro presentatione, admissione, vel publicatione indulgentiarum. Et nihil posse dari Ministris, qui se tenent ex parte Pontificis, benè vero Procuratoribus Curialibus. Rat. est praxis ex mente Pontificis veniens, ut unusquisque sua mercede non careat. Coro. Bon. Pelliz. etc. contra Quinta. absolutè negantem.

59 Quomodo intelligenda sit clausula, quod si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua alia indulgentia perper- sud, vel ad tempus nondum elapsum, concessa fuerit, presentes nulla finis. Et ut excludantur sententiae Gavan. etc. item Bon. Rursus Sylvi. Item Pelliz. & denique aliquorum interpretationium (respectivè) illa verba, alia indulgentia, etc. de simili indulgentia, non de dissimili; de concessa ab eodem, non autem ab alio Pontifice; pro eodem die, non pro pluribus; pro una determinata Ecclesia, non pro toto Ordine Societatis e. g. & denique pro eodem Altari, seu Cappella, non pro aliis. Ren. q. 60.

60 An si quis ante elapsum tempus alicujus indulgentiae, aliam impetrat, ista censeatur nulla per clausulam ad tempus nondum elapsum duratura? Et aff. si ante longum tempus impetratur, quod remittendum est prudentis judicio. Vnde non esset longum tempus per 15. dies ante petere indulgentias. Altarium, quæ sint quotidiane: nec per mensem ante petere indulgentiam pro Altari privilegiato singulis hebdomadis concessio. Coro. Ren. q. 61.

61 A quo die sit computandum septennium, pro quo tempore indulgentiae concedi solent, si id in Brevi non exprimitur? Et incipere à die publicationis, seu à die, quo publicari potest. Nec annos septennii debere esse solares, ex Quintaua. sed sufficere Ecclesiasticos. Rat. est: quia sicut per contrarios, non potest septennium interpolari, eo incepto, ita eo concessu non potest deferri, & haec censenda est mens Pontificis. Ren. q. 62. contra Quintaua dicentem, incipere posse septennium quocunque tempore.

- 63 An excommunicati possint indulgentias lucrari re. neg. etiam si sint contriti; dummodo non sint nulliter excommunicati, in quo casu licet in foro externo communicari non possint, communio tamen à Confessario comutari potest in aliud opus pium. Rat. primi; quia excommunicati in conscientia privantur communibus Ecclesiae suffragiis: ergo, &c. Coni. Ren. q. 63. Lay. etc. contra Duar. Henri. Sæ. etc. Vnde patet ad secundum.

SATISFACTIO PER JUBILEUM. Quares.

- 1 **Q**uid sit Jubilæum? re. Jubilæum ad instar Jubilæi anni Sancti, accidentaliter differre ab indulgentia; conceditur enim Jubilæum per duas hebdomadas cum quibusdam privilegiis dispensandi in votis, eligendi Confessarium pro omnibus reservatis, & censuris, &c. de quibus modò.
- 2 An necesse sit, ut omnia opera injuncta in eadem hebdomada, in qua quis vult Jubilæum lucrari compleantur? re. aff. præcisa necessitate, vel rationabili causa; quia ex Bullis Jubilæi, jejunii adimpleri debent in eadem hebdomada: ergo ex mente Pontificis sic discurrendum est de aliis operibus. Ren. tom. 2. fol. 239. q. 1. C. Lugo. Alphon. de Leo. &c. contra Lay. Bon. &c.
- 3 Potest ne quis incepto Iubilæo per opera aliqua, hic Neapoli completa, perficere, & lucrari illud per alia opera, complenda alibi, ubi non est Jubilæum, nec Neapoli elapsum sit tempus Jubilæi? re. aff. excepta visitatione Ecclesie; quia hæc, non autem cætera opera designantur, determinate loco facienda, quamvis tutius sit omnia in loco Iubilæi adimplere. Lay. Ren. q. 2. contra Duar. absolute affirmantem.
- 4 Si quis lucratus est Iubilæum in una hebdomada, an possit in alia etiam hebdomada iterum illud lucrari? re. neg. ex declarat. Sac. Cong. Conci. sub mense Maii 1620. de qua Fili. & Faus. Tunc quia indulgentia *temporalis* (quale est Iubilæum) non potest pluries lucrari ex dictis: ergo, &c. Ren. q. 3. Bon. San. &c. contra Hen. Dia. Nav. &c.
- 5 Virtus possit quis vigore Iubilæi quemlibet Confessarium sibi elegere approbatum à quolibet Episcopo, si in Bulla non designetur approbatus ab Ordinario loci? re. neg. contra Sua. Coni. Henri. etc. quoruni opinio reiicienda est ex declarat. Sac. Cong. Conci. de qua Duar. Nec inde sequitur, debere elegere approbatum ab Episcopo poenitentis, contra Sos. aut Confessarii, contra Fag. & Fili. alias nec Peregrinus possit elegere. Con-

Confessarium approbatum ab Episcopo loci, ubi peregrinatur; nec Confessarius peregrinus approbatus ab Episcopo loci in quo peregrinatur, possit eligi à lucrante Iubilæum; quia Episcopus loci non est Episcopus peregrini. Sed sufficere electionem approbati ab Episcopo loci, in quo audire quis vult confessiones; quia *Trid. sess. 23. cap. 15.* non exigit, ut approbatum fiat ab Episcopo, sed ab Episcopis in plurali: ergo facienda est à singulis locorum Episcopis. *Coto. Las. Duar.*

- 6 Si quis approbetur ab Ordinario limitatè quoad viros tantum, vel respectu certi loci tantum, an possit à quolibet eligi in Confessarium per Iubilæum? *R. neg.* etiam si in justè sic limitatè approbetur; quia falsum est (ex Decreto Alex. VII. sub die 24. Septemb. 1665.) eo casu posse sic limitatè reprobatum audire confessiones, & fuit fundamentum *Diane.* Tum quia Pontifex in Bulla, et si non requirat simpliciter approbatum, non dicit tamen sufficere limitatè talern. *Lay. Ren. q. 3. Roderi. esc. contra Pelliz. San. Coni. et. absoluè affirmantes.*
- 7 Episcopus abstulit facultatem absolvendi ab aliquo, an virtute Bullæ, &c. eligi possit? *R. neg.* quia sic privatus fuit etiam approbatione: ergo, &c. *Coto. Tamb. Ren. q. 6.* contra *Lean.*
- 8 An possit saltem validè eligi virtute Bullæ Confessarius Regularis, approbatus quidem ab Episcopo, sed suspensus à suo Superiori? *R. aff.* etiam si judicialiter (contra *Roderi.*) sit suspensus, exceptis Regularibus Ordinis Prædicatorum, & illorum, qui communicant cum ipsis ex Const. Julii III. sub die 17. Janua. 1555. Rat. est; quia talis dicitur ab Ordinario approbatus: ergo, &c. *Duar. Dia. Ren. q. 3.*
- 9 Vtrum sit eligibilis per Bullam Prælatus Regularis non approbatus ab Episcopo loci? *R. neg.* quia *Trid. dans* facultatem audiendi confessiones approbato ab Ordinario, vel parochiale beneficium habenti, loquitur de Parochis secularibus, non de Regularibus. *Sua. Ren. q. 3. contra Boffium.*
- 10 An Religiosus possit virtute Iuhilæi eligere sibi Confessarium approbatum tantum à suo Superiori, non ab Episcopo loci? *R. aff.* exceptis Religiosis Societatis, ex Decr. Pauli V. & Scholarum Piarum ex Decr. Vrb. VIII. hi enim extra Iubilæum, confiteri non possunt, ex prædictis constitutionibus, nisi approbatis ab Episcopo. *Lasn. &c. Rat. primi;* quia Superior Regularis loci dicitur Ordinarius loci respectu suorum Religiosorum. ergo ab ipso approbatus, ab Ordinario loci approbatus dicitur: *Bon. Ren. q. 9. contra Sua.* absoluè negantem, & contra *Fili.* id con-

concedentem , quando Bulla exigit approbatum ab Ordinario.
non autem ab Ordinario loci .

- 11 Pótest nè Religiosus vi Iubilei, in Confessarium sibi eligere quemicumque externum , sive secularem , sive Regularem? R. neg. si id exprestè non concedatur; quia non potest vi Bulle Cruciatæ ex variis Bullis Pontificum in favorem Superiorum Mendicantium : ergo nec potest vi Iubilæi , consequentia probatur: quia Pontifices loquendo de Bulla Cruciatæ, generaliter loquuntur, comprehendendo omnia alia iudicata, inter quæ est Iubilæum: ergo, &c. Ren. q. 10. contra Tamb.
- 12 Num Parochus , qui reliquit Beneficium resignatione , commutatione , aut per Religionis ingressum sit eligibilis? R. neg. quia Parochiale Beneficium habens dumtaxat , dicitur approbatus ab Ordinario: ergo, &c. Ren. q. 11. Bord. Pelliæ. etc. contra Huri. Dia. Peyri. etc.
- 13 Vtrum Parochus sit eligibilis ubique virtute Bullæ , etiam in aliena Dioecesi? R. aff. dummodò Parochus loci consensiat; quia ad id alterutrum ex Trid. requiritur , vel scilicet , ut quis sit approbatus , vel parochiale beneficium habeat: ergo, &c. Fag. Sanci. Ren. q. 12. etc. contra Guttierex .
- 14 An virtute Bullæ possit quis eligere sibi in Confessarium aliquem non approbatum ab Episcopo , sed tantum à Parocco illius loci? R. neg. quia non potest Parochus exponere alium ab alio Episcopo approbatum , & multò magis simplicem Sacerdotem, si ex Alex. VII. prop. 16. hic ab ipsis Parochis eligi non potest: ergo, &c. Ren. q. 13. contra aliquos apud Duar.
- 14 An Moniales per Iubilæum possint sibi eligere in Confessarium quemicumque approbatum ab Ordinario, etiam non deputatum ad earum confessiones audiendas? R. neg. quia ex responsione Sac. Cong. Conci. sub Vrb. VIII. nec Regulares generaliter ab Episcopo approbati, censentur approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum: ergo, &c. Ren. q. 14. Dia. Pelliæ. etc. contra Bon. Peyri. Bossi. etc.
- 15 Qui casus absolvit possint per Iubilæum ? R. illos absolvit posse, qui conceduntur , qui si sint Papales , non proinde concessi censentur casus Bullæ Cœnæ ; quia in generali concessione non veniunt ea , quæ quis (maximè ob eorum gravitatem) non esset verosimiliter concessurus: ergo, &c. Ren. q. 15. Bon. San. etc. contra Bossi.
- 16 An cum in Iubilæo conceditur absolutio à casibus Bullæ Cœnæ , non derogata exprestè ipsa Bulla, possint illi casus absolvi?

16. Virg. aff. quia tunc saltem implicitè, tacitè, & in actu signato derogatur Bullæ ; taciti enim & expressi eadem est ratio. *Dia. Coto. Ren. q. 16. contra Duar. & Bon.*
- 17 An concessa per Iubilæum facultate absolvendi ab omnibus casibus Bullæ Coenæ , excepta hæresi , possint absolvvi alii caus Bullæ Coenæ ? R. aff. quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis : ergo , &c. *Ren. q. 17.*
- 18 Cum in Iubilæo conceduntur casus Bullæ Coenæ , an possit absolvvi hæresis occulta ? R. aff. etiam si hæc in Bulla excipiantur, contra *S. Vival. Sol. etc.* quia exceptio intelligenda est de hæresi notoria ; alias Episcopi , qui absolvvere possunt à casibus Papalibus occultis , absolvvere non possent virtute Iubilæi ab hæresi occulta, & sic jubilæum non esset gratia, & privilegium: ergo, &c. *Bossi. Ren. q. 18. contra San. Aro. Hen. etc. id negantes etiam in casu, quo hæresis non excipitur.*
- 19 An vigore Iubilæi possint absolvvi casus Papales publici, & deducti ad forum contentiosum : & idem queritur de censuris deductis? R. aff. pro foro conscientiae: Secus pro foro exteriori. Rat. primi est facultas absoluta , & simpliciter absolvendi vi Iubilæi concessa : ergo, &c. *San. contra Coni. Rat. 2. quia alias juris ordo perturbaretur. Hinc absolutus pro foro interiori se gerere debet in foro exteriori tanquam excommunicatum.* *Ren. q. 19. Hen. Lopez, etc. contra Fili.*
- 20 Quæ censuræ absolvvi possint per Iubilæum ? w. omnes absolvvi posse ; quia omnes reservati absolvvi possunt , quod fieri non potest sine censuratum absolutione: ergo, &c. *Coto. Ren. q. 20.*
- 21 An absolutio censurarum possit per Iubilæum impendi extra confessionem ? w. aff. etiam si præcipiatur absolutio peccatorum , & censurarum, *auditis confessionibus.* Rat. primi; quia absolutio censurarum. independens est ab absolutione peccatorum ; ergo, &c. Rat. 2. quia ablatus ille refertur ad absolucionem, non censuratum , sed peccatorum. *San. contra Fili.*
- 22 An virtute Iubilæi sicut absolvvi possunt censuræ , quæ sunt poenæ, ita & irregularitates ex delicto, quæ etiam poenæ sunt? R. neg. quia ex filio Curiae Romanæ, nomine censurarum, quæ absolvuntur, non veniunt irregularitates, in quibus dispensantur. *Ren. q. 22. Fili. Sua. etc. contra Salas, Ledeis, etc.*
- 23 Quis veniat ncmine partis , quando in Iubilæo injungitur , ut satisfacta parte quis absolvatur ? w. venire illum , cui facta est injuria: non autem iudicem ferentem censuram, vel ejus advenitum fiscalem : inquit nec Ecclesiam, aut Monasterium , in causa per-

- percussionis Clerici, aut Monathi : Primum est verum. 2. probatur ; quia Iudex est alius à partibus litigantibus : ergo , &c. *Hen.* Probatur 3. quia nomine partis læse veniunt Personæ privatae, offensæ: ergo, &c. *Verice.* *Ren.* q. 23. contra *Ricc.* *Bon.* &c. :
- 24 An sit absolvendus virtute Bullæ, qui satisfacere parti non potest ? *R.* aff. dummodo proponat satisfacere ; quia non videatur, eum ad impossibile voluisse Pontificem obligare . *Fili.* *Ren.* q. 24. contra *Soro* &c.
- 25 An sit invalida absolutio collata ei , qui satisfacere potest, sed non dum satisfecit? *R.* esse tantum illicitam, si in Bulla dicatur, *satisfacta parte* ; hæc enim clausula admonitio est , non conditio sine qua non: Secus si dicatur , *aliter absolutus non possit*, vel *irrita sit absolutio*, ut patet. *Fili.* *Ren.* q. 25.
- 26 Quæ vota commutari possint per Lubilæum? *R.* omnia ea, quæ potest Episcopus potestate ordinaria ; & hoc etiam extra confessionem , quamvis in Bulla dicatur, *audita Sacramentals confessione* ; quia tunc clausula refertur ad absolutionem à peccatis tantum. *San.* Hinc commutari non possunt reservata Pontifici , ut sunt quinque vota, castitatis, peregrinationis, Romanæ, &c. quia in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter concessuræ. *Bon.* *Ren.* q. 26. nec dispensari potest in privatione petendi debitum, contracta per matrimonium subsequens ad votum castitatis ; quia hoc ex consuetudine tantum habent Episcopi. *San.* contra *Duar.*
- 27 Vtrum per Lubilæum commutari possint vota etiam in minus honori? *R.* aff. quia ad commutandum in æquale, non requiritur privilegium in eo , qui habet potestatem commutandi tantum , & non dispensandi : ergo cum adest privilegium per Lubilæum, &c. *Leff.* *Bon.* *Ren.* q. 27. etc. contra *Azo.* *San.* & *Say.*
- 28 An ad commutanda vota *virtute jubilæi* requiratur sufficiens causa? *R.* neg. sive in minus , sive in æquale fiat commutatio. Rat. primi ; quia virtute Lubilæi absque potestate dispensandi, possunt vota in minus commuturi ex dictis : ergo non requiriatur causa . Rat. 2. quia tunc bonum publicum intentum à Pontifice per Lubilæum est justa causa: ergo, &c. *Sua.* *San.* *Ren.* q. 28. contra *Bon.* *Leff.* etc. quoad primum.
- 29 Qui habet per Lubilæum facultatem commutandi vota , an possit in ea dispensare, vel è contra? *R.* ad primum neg, quia cui conceditur minus, non censetur majus concessum: ergo, &c. *Fag.* *Ren.* q. 29. Vnde ad 2. *R.* aff. ob oppositam rationem. *Fag.* *Duar.* etc. contra *San.* *Nav.*

30 Vtrum facultas dispensandi , vel commutandi in votis , se extendet ad juramenta ? *R. aff.* loquendo de juramentis factis Deo : Secus de factis (non quidem injustè) in favorem tertii, & ab ipso acceptatis:& idem dicendum de juramento ejusdem rei, etiam voto expressè promissæ, independenter tamen à voto, & non in confirmationem ipsius. Rat. primi ; quia ea juramenta sunt vota tacita: ergo , &c. *San. Lay. Fag. &c.* Rat. 2. quia neque similia vota commutari possunt : ergo , &c. *Ren. q. 30.* Rat. 3. quia tunc utpotè duo vincula distincta, juramentum dici non potest tacitum votum, & ideo uno vinculo concessò, non intelligitur concessum aliud. *San. contra Sà. &c.* absolute affirmantes.

31 An possint virtute Iubilæi commutari juramenta perpetuae castitatis , & Religionis , quando similia vota per Iubilæum exceptuantur ? *B. aff.* quia licet talia juramenta inducant rationem voti , & sic , &c. tamen quia sunt quid minus voto , hoc excepto, non censentur illa excepta , sicut concessis votis , concessa censentur juramenta : ergo , &c. *Ren. q. 31. De Leo. &c. contra Lay. San. &c.*

32 Vtrum possit Confessarius per Iubilæum excipientem commutationem voti castitatis , commutare votum virginitatis ? *R. aff.* si vovens per tale vorum expressè non intendit , se ad castitatem obligare ; quia votum virginitatis est aliud à voto castitatis : ergo , &c. *Ren. q. 32. San. Say. &c.* Tu verò melius cogita , nam in voto virginitatis indispensabiliter imbibitur votum castitatis .

33 Si per Iubilæum excipiatur votum castitatis , an possit Confessarius commutare votum illius , qui alternative vovit castitatem , vel Ordinem Sacrum ? *R. aff.* quia vovens , eligeat potest partem non reservatam , scilicet votum Ordinis Sacri : ergo , &c. *Ren. q. 33. San. &c.*

34 Quid si eligendo castitatem , mutaverit propositum , adveniente Iubilæo , an , &c. *R. neg.* si cum voluntate se obligandi mutaverit : Secus si cum simplici electione. Rat. primi ; quia quod semel placuit , amplius displicere non potest , *ex reg. juris in 6.* ergo , &c. Rat. 2. quia simplex eleætio obligationem non inducit: ergo , &c. *Ren. q. 34. Lay. &c.*

35 Excepta per Iubilæum vota Religionis , an adhuc possint commutari vota Religionis Hyerosolimitanæ , Calatravæ , B. Iacobi , & Alcantaræ ? *B. neg.* loquendo de votis primæ Religionis : Secus de cæteris discurrendo. Rat. utriusque ; quia primæ Reli-

gionis vota dumtaxat, censentur reservata, dum reservatur votum Religionis; nam ea, apud omnes, est vera Religio; sub dubio tamen sunt tales cæteræ enumeratae Religiones: ergo, &c.
Ren. q. 35. San. Dia.

36 Quænam vota censentur exceptuata, cum exceptuantur per Iubilæum vota castitatis, & Religionis? R. non censeri exceptuata vota conditionalia, temporanea; rursus vota partis dumtaxat, ut sunt vota castitatis emissâ cum licentia alterius conjugis; & denique neque vota castitatis conjugalis. Rat. quia supradicta non sunt simpliciter vota, sed cum addito, scilicet conditionalia, &c. ergo, &c. *Ren. q. 36. San.*

37 Vtrum possit quis transacto Iubilæo, petere commutationem votorum, quam noluit tempore Iubilæi, vel de quibus oblitus est? R. aff. etiam si vota post concessionem Iubilæi emissâ sint: dummodò tamen Iubilæum lucratus fuerit. Rat. primi; quia privilegia per Iubilæum acquisita, sunt perpetua, & ideo durant etiam transacto Iubilæo. *Ren. q. 37. San. Dia. &c. contra Lay. Rodri. &c.* Rat. 2. quia virtute Iubilæi absolvî possunt censoriae, & peccata, etiam post ipsum contracta: ergo ita, &c. *Bon. Fili. Fag. &c.* Rat. 3. quia in tantum peccata reservata oblitera non lucrantis Iubilæum, post hunc possunt absolvî, quia fuerunt indirectè absoluta, & sic ablata reservatio; quod non procedit in votorum commutatione, quam alias neque vigore Iubilæi lucrati, neque lucrandi consequi aliqualiter potest. *San. contra De Leone.*

38 Quis habuit commutationem votorum, & fuit absolutus à reservatis intuitu Iubilæi, an reincidat in reservata, & censuras, & vota reviviscant, si deinde Iubilæum non lucratur? R. neg. imò neque mortaliter peccare, Iubilæum sic non lucrante. Rat. primi; quia votorum commutatio, sicut & absolutio à reservatis, non conditionat, sed absolute datur tempore Iubilæi: ergo, &c. *San. Sua. Lay. &c.* Rat. 2. quia obligatio lucrandi Iubilæum ex nullo capite oriri, nec probari potest: ergo, &c. *Dia. San. Ren. q. 38. contra Sua.*

39 An Confessarius commutare possit omnia opera injuncta per Iubilæum? Excepta Confessione. R. aff. etiamsi malitiosè, seu ad finem commutationis quis eorum operum executionem usque ad ultimum diem protraxerit. Rat. primi; quia legitimum impedimentum, ad confessionem diffrendam dumtaxat, admitti potest: ergo, &c. *Fili.* In quo casu debet Confessarius tempore Iubilæi reservationem casuum, & votorum. &

censuras per absolutionem tollere. *Dia. San. &c.* Ex quo patet ad 2. Rat. 3. quia tunc conterens de omissione, dicitur impotens ad ea opera implenda: ergo, &c. *Ren. q. 3. 6. Fili. De Leone contra Ioh: Prepo.*

40 An peccans spe Iubilæi, possit virtute illius absolvī? *R. aff.* quia spe veniæ peccans, semper absolvī potest: ergo, &c. *Ren. q. 3. 9. Cœj. Rodr. &c. contra Menochi. &c.*

S C A N D A L U M.

Quæres.

Quid sit, & quotplex? *R. ad primum scandalum est di-*
ctum, vel factum minus rectum, præberis alteri occasio-
nem ruinæ. D. Tho. Vnde ad 2. scandalum aliud est activum,
 ut modò definitum, quod quandoque est de se, & formaliter,
 quandoque de se quidem, sed non formaliter tale, & aliquan-
 do tale per accidens, videlicet, quando vel ruina ut talis, vel
 non ut talis, sed ut delectabilis, vel nullo modo à præviden-
 te ruinam intenditur. Aliud passivum, ut cum quis ex alterius
 dicto, vel facto in peccatum labitur, & hoc vel ex sui malitia,
 & dicitur scandalum pharisaicum, vel ex sui ignorantia, & in-
 firmitate, & dicitur scandalum pusillorum. *Ren. som. 1. fol. 251.*

q. 1.

2 An aliquando scandalum sive activum, sive passivum possit
 esse sine peccato? *R. aff.* loquendo dumtaxat, de scandalō acti-
 vo per accidens tali, vel dato hominibus, deperditissimis: &
 idem dicendum de horum passivo scandało. Primum verifi-
 catur, quando vel non prævidetur ruina proximi, vel hic ra-
 tione integratatis, aut deperditæ fūxe vitæ non inducitur, nec
 censetur induci in ruinam. Vnde patet ad 2. *Ren. q. 2. San.*
Sanci.

3 An peccatum particulare, scandali differat specie à generali
 scandali, videlicet, à scandalo activo per accidens tali? *R. aff.*
 quia finis utriusque scandali est diversus: ergo primum scan-
 dalum est contra charitatem, & in specie scandali; 2. autem
 est in illa specie peccati, ad quod inducit. *Ren. q. 3. San. Bon. &c.*

4 An semper peccatum scandali *generalis* sit confitendum in
 confessione? *R. aff.* si minus ratione specie, quæ sufficienter
 per peccatum ipsum explicatur, saltem ratione duplicitatis
 peccati, & ex parte inducentis (quamvis indirecte,) & ex par-
 te proximi, utpote inducit. *Ren. q. 4. San.*

5 An tenetur quis confiteri se induxisse concubinam paratam.

S s 2

ad

- ad fornicandum. &. neg. quia neque tenetur confiteri oscula, amplexus, &c. ut potè media ad fornicandum: ergo neque medium inductionis: ergo, &c. *Ren. q. 5. Vasq. Card. Lugo. &c.*
- 6 An aliquando paratum inducere ad peccandum e.g. Usurarium, petendo ab eo usuras, sit in confessione explicandum & &c. aff. si induc̄tio sit ad id, quod sine peccato fieri non potest, e.g. ad usuras scilicet, sub usuris: non autem si sit ad aliquod indifferens, ad mutuum videlicet, non sub usuris: dummodo tamen intercedat aliqualis necessitas etiam aliena: sine qua induc̄tio non venialis, sed mortal is erit. Rat. primi; quia talis induc̄tio est intrinsecè mala: ergo, &c. Vnde constat ad 2. Rat. 3. quia absque nostro incommodo tenentur ex charitate vitare proximi ruinam: ergo, &c. S. Tho. Sas. contra Riccardum requirentem necessitatem notabilem. Rat. 4. quia actio ex suo genere indifferens, ex lethali circumstantia fit mortal is: ergo, &c. *Ren. q. 6. 7. & 8. Pala. Sua. &c. contra Huri. Hinc Sas. ait sufficere pecuniam petere ab usurario propter ludos, &c.*
- 7 An possit uxor licetē petere, & reddere debitum marito, quem scit (ipsa tamen non consentiente) extra vas sennē emissūrum? &c. aff. quia malitia viri privare non potest uxorem suo jure, & bono fine: ergo, &c. Hinc ob eandem rationem potest Pater præbere filiis occasionem furandi, ut sic in furto deprehensi refipiscant. *Ren. q. 9. Tamb. &c.*
- 8 An in scandalo publico sit explicandus numerus personarum? &c. aff. quia peccata multiplicantur ex multiplicatione objectorum: ergo, &c. *Ren. q. 10. Lay. S. Tho. &c.*
- 9 An peccent peccato scandali, qui domos meretricibus locant? &c. aff. si dominus præbeat occasionem ad fornicandum: Secus si aptior tantum sit ad fornicandum, & hoc etiam si sine causa fiat. Primum constat. 2. probatur; quia alioquin non liceret locare domum meretrici in loco, ubi ipsæ habitare solent. *Ren. q. 11. Vale. &c.*
- 10 Vtrum possint famuli absque peccato scandali Hero inservire in actionibus, non quidem indifferenteribus, & valde remotè ad peccatum se habentibus, sed in actionibus peccaminosis, ut adducere concubinam ad domum Heri, &c. & neg. etiam si in ipsis interveniat metus notabilis detrimenti, & in prava operatione non peccatum, sed tantum actionem præviam ad illud intendant. Rat. est: quia alias immediatè, & proximè incurrent ad actionem de se intrinsecè malam, à cuius malitia nullus metus excusare potest. *Lay. Huri. contra Ren. q. 2. San. quo-
rum*

- rum opinio damnata est ab Innocentio XI. prop. q1.
- 11 An possint foeminæ se ornare , vel ad Sacrum audiendum exire, sive choreas ducere, si timeant scandalum daturas, & sciant ab aliquo particulari concupisci ? R. ad primum,& 3. aff. si ultra patriæ consuetudinem (semper tamen abolendam) non progressantur , & rutsus si per alias vias incedere , vel aliud templum commode adire non valeant. Rat. est jus foeminæ ad ornatum, , & Sacrum audiendum , quod licet sit juris tantum humani , postponendum tamen tunc est juri naturali , quando utrumque jus resertur ad salutem ejusdem subjecti . Res. q.14.
Nav. Et c. Vnde ad 3. R. etiam aff. si choreas commode vita-re non possint : ut si recusando malam suspicionem inferant, &c. Dia. Et c.
- 12 An Pictores possint sine peccato Armasio pingere imaginem suæ Concubinæ ? R. neg. etiam metu notabilis detrimenti interveniente . Constat ex dictis . Est contra Res. q. 15.
- 13 An liceat famulo ex officio ministrare Domino cibos vetitos in die jejunii ? R. aff. si alias notabilem damnum esset incursum ; quia hoc in iis, quæ sunt juris humani, excusat . Est contra Bon. Azo. Et c. absolute affirmantes . Idem dicendum de Cauponibus vendentibus vinum, vel cibos illis, quos sciunt abusuros ad jejunium frangendum , vel ad sinebriandum . San. Bon. contra Sæ.
- 14 An possit quis tradere vinum vendendum Tabernario , quem scit aqua mixtum , vel diminuta mensura venditurum ? R. neg. si Tabernarius vinum vendat tanquam conductor tradenter : Secus si nomine proprio . Rat. primi; quia qui per alium fraudem committit, per seipsum fraudare videtur . Res. q. 18. San. contra Merol. Rat. 2. quia aliter suum vinum quis vendere non posset , cum rari sint fideles Tabernarii . San.
- 25 An sit peccatum scandali petere Sacramentum absque necessitate ab excommunicato. V. Censura excomm. majoris. q.2. & 4.
- 16 An petere à malefico (non quidem medio alio maleficio , sed absolutè) maleficii solutionem , sit peccatum scandali? R. neg. stante necessitate propriæ salutis , & dummodo maleficium tolli possit modo licto. Constat ex dictis . q. 6.
- 17 An peccet peccato scandali , qui alium inducit ad verum quidem jurandum, sed quod jurans ignorat. V. Juramentum. q.3 2.
- 18 An sit peccatum scandali alium inducere ad jurandum falsum quidem , sed quod jurans putat esse verum . V. Juramentum. q.3 1.

- 39 An peccet peccato scandali, qui consultit minus malum etiam irrogandum alteri personæ ab illa, cui aliquis determinaverat, ad evitandum majus ? V. Restitutionem, &c. q.34.
- Schedulari an teneatur Confessarius dare pœnitenti. v. Sacramenti Pœnit. sigillum q.40.
- Scholaftici extra proprium domicilium an possint recipere Sacra-menta. v. Sacramenti Pœnit. Minister Ordin. q.9.
- Scientia mysteriorum fidei, etc. qualis in adultis. v. Sacramentum Bap-tismi q.43. et 44. Scientia requisita in ordinando. v. Sacramentum Ordinis, etc. q.58.
- Scripturæ an præbeant jus Prælato, etc. v. jus Prælati ad, etc. q.16. nro.7. et 8.
- Scripturis infamatoriis quæ fides, etc. v. Iustitia in accusando, etc. q.5.
- Secretarii officium, necessitas, etc. v. Ius Prælati in, etc. q.1. etc.
- Secretarius an in visitatione generali assistere possit. v. jus Prælati ad, etc. q.3. Quando in suo officio peccare possit. v. Iustitia, et modus, etc. q.20.
- Semen uxoris an necessarium sit ad generationem. v. Luxuria sim-plicis, etc. q.14.
- Seminis effusio qualis ad sacrilegium. v. Luxuria sacrilegia q.8. et 9.
- Semiplera probatio an sufficiat ad condemnandum. v. jus Præbati in Re, etc. q.3.
- Sententia quotuplex sit. v. Iustitia sententia q.1. Interlocutoria qua-lis sit. v. Opi.2. Inno.
- Sepelientes excommunicatum, quam pœnam incurvant; v. Censura excom. q.14.
- Servi an dominium habeant aliquarum rerum. v. Dominium q.4.
- An fugere possint ad fuos. Quomodo erga Dominum se gerere de-beant. An valeant aliquid sibi acquirere. v. Honor parentibus, etc. q.17. etc. Quando teneantur ad restitutionem. v. Restitutionem quis, etc. q.40. Servi Clericorum, etc. an gaudeant privilegio fori v. Sacramentum Ordinis in, etc. q.16.
- Servilia festis probibita quæ sunt, etc. v. Festerum observantia q.8. etc. v. Legis materia q.25. etc.
- Servitus quid sit. v. Dominium q.1. Quando dirimat matrimonium. v. Sacramenti matris, etc. q.3. etc. Quando contrabatur. v. Homici-dium q.36.
- Servus an possit communicare cum Domino excommunicata. v. Cen-sura excom. majoris q.26.
- Sigillum Confessionis quid sit, etc. v. Sacramenti Pœnit. sigillum q.1. etc. v. Legis materia q.7.

Si-

- Signa emendationis qualia in paenitente.** v. Sacramentis Panis. materia prox. q. 16. v. opini. 41. Innoc.
Signa Confessionis in articulo mortis angesc. v. Conscientia q. 11.
Simonia. v. opi. 45. et 46. Inno.

S I M O N I A.

Quæres.

- 3 **Q** Vid sit? Ex Simonia est studiosa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquid spirituale, vel spirituale annexum D. I bo. 22. q. 100. art. 1. Lay. Est mortale sacrilegium ex genere suo, à quo parvitas materiæ non excusat; quia eadem ratio malitiæ, & irreverentiarer peritur in parva, ac in magna quantitate. Dicitur *voluntas emendi*, &c. ad includendum omnem contractum onerosum, obligationem ex pacto, sive tacito, sive expresso inducentem, & excludendum obligationem naturalem quancumque, ut gratitudinis, sive antidolorum. Sà. Bon. disp. 1. q. 6. p. 1. Dicitur *precio temporali*, idest pecunia, vel aliquo alio precio estimabile, ut est murus (idest debitum justitiae commutativa) à manu, à lingua, vel obsequio (intellige illico, non autem honesto, & licito, modo absit padum implicitum.) Hinc ex famulatu, Episcopo e. g. exhibito sine omni, vel nimis modico salario, nasci videtur obligatio remunerandi per collationem beneficij Ecclesiastici, ut notant Less. Sua. c. 3. n. 7. Dicitur *spirituale*, hoc est supernaturale, vel formaliter, ut est gratia, vel causaliter, ut sunt Sacra menta, Concio, preces, &c. vel ut effectus, ut usus potestatis supernaturalis, qualis est consecratio, absolutio, dispensatio, benedictio, excommunicatio, electio, præsentatio, confirmatio, collatio beneficij, &c. Dicitur *spirituale annexum*, ut comprehendantur ea, quæ rei pure spirituali annexuntur, ut sunt vasa, & vestes sacræ, jupatronatus, redditus beneficiorum, labor in administratione Sacramentorum, &c. Less. lib. 2. cap. 35. d. 1. Sua. &c.
- 2 Quotuplex sit Simonia? Simonia, alia est, quæ juri naturali, & naturali lumine, immo, & Divino ex illo Matth. 10. gratis acceptis, gratis date prohibita est, ut vendere Hostiam consecratam, &c. Alia mala quia prohibita ab Ecclesia in toto titulo de Simonia, ut vendere beneficium secundum id, quod in ipso tempore est, scilicet, quoad jus præcisum percipiendi fructus: quod licet in se consideratum, sit aliquid materiale, & per consequens vendibile, ob reverentiam veræ rei spiritualis,

cui est annexum, ut tale interdictum est ab Ecclesia. *Leff. Lay. Bon. &c.* Rursum Simonia, alia est mentalis, non quia sit actus purè internus, ut quidam volunt, sed quia ejus malitia mente retenta, & externè non apparet, conjungitur cum actione externa dandi, & accipiendo. *Fili. tract. 45. c. 10.* Alia conventionalis, & est illa, in qua aliquod pactum expressum, vel tacitum intercedit dandi, vel recipiendi rem temporalem pro spirituali.

Alia item est realis, quando scilicet ex utraque parte pactum executioni mandatur. Vnde ad perfectam Simoniam realem tria requiruntur, videlicet voluntas interior commutandi rem spiritualem pro temporali, pactum explicitum, vel implicatum (& tale erit, quando verè datur pretium temporale pro spirituali, quamvis aliqua conventio non intercesserit) & denique externa exhibitio pretii, & externa traditio rei spirituали; ac proinde uno ex his deficiente, Simonia non perfecte realis, sed conventionalis erit. *Tol. Armill. &c.* Alia denique confidentialis dicitur, & est quando quis alteri dat beneficium, ut illud sibi, vel alteri resignet, vel cum onere, ut det certam partem fructuum, quae Simonia, ex *Fili.* novam speciem revera non constituit; nam si nullum in ea pactum intercedat, sed interius dumtaxat sit mala intentio, erit Simonia mentalis; si pactum interveniat, erit conventionalis; & denique, si pactum ex utraque parte per traditionem rei compleatur erit realis.

- 3 An Pontifex dispensare possit in materia Simoniae? *R. aff. locando de Simonia prohibita dumtaxat per Ecclesias constitutiones: quia in his legibus tantum, ut Supremus Legislator dispensare potest: ergo, &c. S. Tbo. Athesa. &c.*
- 4 Quomodo dignosci possit vitium Simoniae in obtinendis beneficiis. Supponendum est, pecuniam (aut aliam rem pretio estimabilem) pluribus modis, & titulis pro re spirituали tradi posse: vel in substantiationem clare notam Ecclesiae, vel in elemosynam Ecclesiarum, vel per modum oblationis, quae Deo fit in Persona Ministri, vel per modum liberalis donationis, & in signum gratitudinis: aut per modum pretii ipsius rei spirituали. Hoc supposito. *R. nunc, quoties aliquod spirituale, vel spirituали annexum emitur, aut venditur, vel pro tali aliquid pecunia estimabile datur, vel accipitur, ultimo modo dicto dumtaxat, tanquam scilicet *illius* pretium, toties Simoniae pactum contractitus: ad quod dignoscendum pro foro interno at-*

attendenda est assertio operantis , & ejus testimonio standum, cum magna ex parte vitium Simoniae ab intentione ipsius pendeat, ex cap. *Tua nos de simonia*; & pro foro externo ad desit aliquis titulus ex supradictis ; si enim adsit (dummodo verus , sit , & legitimus , non autem ad Simoniam palliandam appositus) tunc præsumendum est , rem temporalem non fuisse traditam in pretium rei spiritualis , cum nemo præsumatur malus , nisi probetur: Imò etiam si intercesserit pactum , cum hoc possit esse honestum , & ob titulum honestum initum , nisi contrarium ex conjecturis constet . *Bon. diss. 1. de simon. q. 1. sed. 2.*

- 5 An Sacerdos possit pecuniam pro exequiis , missis , processiōnibus , prædicatione , &c. recipere absque Simonia ? *R. aff. per modum stipendii pro suo labore , & substantiatione , vel per modum eleemosynæ , aut laudabilis consuetudinis ab Ecclesia approbatæ , præscindendo à quolibet pacto , & intentione vendendi , quod in supradictis spirituale est: etiam si habeat aliundè , quo ali possit: & quamvis labor exiguis sit . Primum constat ex Apost. primæ ad Corinth. 9. ubi ait : Qui in Sacrario operantur , qua de Sacrario sunt , edunt , & qui Altari deserviunt , cum Altari participanti: ergo , &c. probatur 2. quia præterquamquod per accidens est , quod Sacerdos aliundè ali possit , id non tollit , quin accipere possit , quod ei ex natura rei debetur : ergo , &c. Probatur 3. quia in prædictis exequendis , non præcise quantitas laboris attendenda est , sed quod ex illo labore , quamvis parvo , Sacerdos sustentari debet: ergo , &c. *Bon. q. 4. punt. 1. & 2. Sua. Lay. &c.**
- 6 An possit aliquid temporale dari ex motivo efficiendi spirituale , aut tanquam gratuita compensatio pro spirituali? *R. neg. & oppositum est damnatum ab Innoc. XI. prop. 45.*
- 7 An sit Simonia promittere temporale alicui sub conditione , ut ab ipso opus spirituale præstetur , e.g. frequentia Sacramentorum , Religionis ingressus , susceptio Baptismi , &c. *R. neg. quia talis promissio excludit modum conumulationis , aut retributionis , ut supponimus , ac proinde non excedit limites liberalis donationis; intelligitur enim facta absque reciproco onere , aut fine , seu motivo rei spiritualis , sed dunitaxat ad inclinandam voluntatem alterius ad opus virtutis ; itaut si velit rem promissam accipere , aliquid ab ipso præstetur in sui etiam utilitatem : ergo , &c. Vnde ob eamdem rationem dari potest Quarta Religiosis , ad hoc ut pro benefactoribus orent , quia non*

non datur ut pretium , sed tantum ut gratuita liberalitas. Lay. lib.4. tract.10. cap. ult. §.2. n. 11. Mol. Sua. &c. contra Syl. Med. Angel. etc.

- 8** An sit Simonia , dare pecuniam Sacerdoti e. g. nolenti sine ea baptizare constitutum in extrema necessitate ? R. neg. immo etiamsi baptizandus sit adultus : dummodo pecunia detur, non pro ipso actu Sacramentali , sed ad redimendam vexationem, & ad hoc, ut moveatur Sacerdos ad faciendum id , quod alias facere deberet : & dummodò Sacerdos non protestetur, se recipere pecuniam pro pretio Sacramenti . Rat. primi; quia ea traditio pecuniae non est Simoniacæ ex intentione operantis, ut patet , nec est Simoniacæ ex se , nam licitum est precibus , aut minis alterius animum movere ad deponendum odium' e.g. & ad eliciendum actum virtutis: ergo & licitum erit mediis munieribus id exigere : ergo sic etiam in casu nostro, cum non sit major ratio de uno , quam de alio: ergo, &c. Neque denique est Simoniacæ , quia ad Simoniam cooperativa , nam necessitate compulsus, exigendo, quod in se honestum est, & bonum, immo, & quod ab altero praestari debet, non cooperatur ad malum ex præcisa malitia operantis : ergo ex nullo capite est Simoniacæ: ergo , &c. Rat. 2. quia adulterum suæ saluti consulere per actum contritionis perdifficile est: ergo, &c. 3. constat. Rat. 4. quia tunc collatio pecuniae esset intrinsecè mala, ut patet, in quo sensu, puto, locutus fuisse D. Tho. Scot. Syl. Palud. &c. Est Pontii disp. 56. de simo. q. 2. Lay. Sua. etc.
- 9** An Simoniacum sit emere , vel vendere Calices, & similia ? R. neg. si prædicta vendantur eodem pretio, ac si non essent consecrati: Secus è contra. 2. constat . Primum probatur ; quia ut sic semper remanent pretio æstimabiles : ergo & vendibiles: ergo, &c. Tole. lib. 5. c. 89.
- Ex** dictis infertur, Simoniam esse , aliquid accipere à parentibus puellæ, præcisè pro susceptione status Religiosi , qui à Spiritu Sancto inspiratur ; vel aliquid dare , vel accipere pro absolutione à peccatis, à censuris, pro dispensatione voti, juramenti, irregularitatis, impedimenti matrimonii, &c. nisi forte ex Lay. c. ult. §. 2. n. 24. in his aliquid exigatur per modum mulæ ad piam causam applicandum, ut de Bulla Cruciatæ testatur etiam Bardus par. 2. tract. 1. sect. 1.
- 10** Quot modis cominiti possit Simonia in beneficiis obtinendis? R. ex cap. si quis 1. q. 3. Simoniam esse emere, aut vendere beneficium Ecclesiasticum, sicut aliquid dare, vel accipere pro colatio-

latione beneficii, etiam si detur, ut aliquis dignus in particula-
ri eligatur; quia tunc non nisi ejus electio emeretur. *Cajet.*
Pon. Sot. etc. Rursus Simoniacum est resignare alteri beneficium
in confidentiam, id est cum intentione obligandi illum, ut post
aliquod tempus beneficium, Nepoti e.g. vel alteri, cui resignan-
ti placuerit, resignet, vel ex eo pensionem solvat, quae Simonia
confidentialis mentalis dicitur: & si pactum intercedat, & rur-
sus ex utraque parte compleatur per rei traditionem, erit con-
ventionalis, vel realis. Ita DD. communiter.

Hinc Simonia non erit, primò pecuniam dare Electoribus, ut hi
dignum eligant; quia tunc non nisi datur ad tollendam inju-
stam actionem Eligentium, quod honestissimum est. 2. resigna-
re beneficium, reservata pensione, ut patet ex cap. *ad quæstionem de rerum permutatione;* quia revera pensio beneficii non
est hujus pretium, sed ejus pars, quæ renuncianti reservatur:
Vnde potest Pontifex alicui beneficium conferre, reservata
alteri pensione, cum hoc aliud non sit, quam dividere fructus
beneficii, quod fieri potest à Pontifice, qui è contra, eidem offi-
cio plura beneficia annexata potest, & constat ex communi
usu, & consuetudine. Denique nec erit Simonia in beneficio-
rum permutatione fructuum inæqualitatem compensare, dum-
modo id auctoritate Pontificis fiat, e.g. reservando pensionem
ex beneficio, quod proventus ampliores habet. *Less. cap. 15.
dub. 17.*

11 An excusatetur quis à Simonia, dum aliquid temporale tradit,
præciso titulo redimendi vexationem? *v. aff.* si vexatio sit in-
justa. Constat ex cap. *Dilectus de simonia.* Et probatur, quia
tunc tradit temporale, non pro spirituali, sed pro temporali,
nempè pro vexatione, quæ est temporale impedimentum
consequendi rem spirituali: ergo, &c. *Sua. Lay. cit. n. 21. Less.
Bon. etc.* Hinc licet poterit quis vexationem Episcopi in justè
ferentis censuras, vel minantis auferre beneficium, pecunia
redimere, quod *Alesianus* rursus probat ex cap. *extra de Ma-
gistris.*

12 An habenti jus litigiosum in beneficium possit aliquid dari,
ut cedat juri suo, & à lite cesset? *v. neg.* loquendo de beneficiis
jam obtentis, & posseditis: Secus de obtinendis, & dummodo d-
etur aliquid ad virandas expensas, non verò pro beneficio, quod
dans putat esse suum. Primum est certum, nam possessio bene-
ficii annexa est titulo spirituali, & jus beneficiarii possessione
magis firmatur: ergo, &c. *Bon.* Probatur 2. quia tunc neque
quod

quod datur, neque illud, pro quo aliquid datur, spirituale est: nam licet jus ad beneficium, sit quid spirituale, pro hujus tamen positiva cōfessione non datur aliquid temporale; nam accipiens juri suo non renunciat positivè, sed tantum negativè, illud scilicet cum lite amplius non prosequendo: sed præcisa negatio prosecutionis non est quid spirituale: ergo, &c. Penc. loc. cit.

13. Quænam sint pœnæ contra Simoniacos à jure constitutæ? Cum Ecclesia de internis non judicet, ideo pœnæ ab ipsa constitutas sunt contra Simoniacos Simonia reali dumtaxat, & completa in suo genere: Imò ex Bon. Lay. &c. ipsas de facto non incurere Simoniacos, nisi in clandis, aut procurandis Ordinibus, beneficiis, & Religionis ingressu. His suppositis. Dico primò, conferentes Simoniacè Ordines, ex cap. extra cum desponsabilitate simonia excommunicantur, & suspenduntur à collatione cujuslibet Ordinis, etiam primæ Tonsuræ, ac etiam ab executione omnium munierum Pontificalium ex Bulla Xisti V. contrà male promoventes, et promos: Item interdicti sunt ab ingressu Ecclesiæ. Et denique si quid contra interdictum, & suspensionem fecerint, remanent suspensi ab administratione suarum Ecclesiarum, & à perceptione omnium fructuum suorum beneficiorum, ita ut nullus, præter Pontificem, eos absolvere possit, etiamsi (ex Lay. S. 7. n. 71.) Simonia sit occulta.

Dico 2. Ordines suscipientes Simoniacè ipso facto excommunicantur, & suspenduntur ab omnibus Ordinibus, & eorum executione: imò per supradictam Bullam privantur omnibus dignitatibus, officiis, & beneficiis, & ad ea inhabilitantur, nec ab alio, quam à Sum. Pontifice absolvvi possunt. Ab his tamen pœnis, dumtaxat excusari possunt, quando ipsis ignorantibus, aliis pretium obrulit. Ita Nav. Lay. ibi. sua. etc.

Dico 3. Conferentes, vel Procurantes, Simoniacè conferri beneficia, eligendo, præsentando, confirmando, aut instituendo, vel operam suam interponendo, ut beneficia (vel etiam Ordines) Simoniacè obtineantur, ipso facto excommunicationem incurront Apostolicæ Sedi reservatam, ex estravag. Cum desponsabilitate.

Dico 4. acquirentes Simoniacè beneficia, ipso facto excommunicantur, eorum collatio nulla est, & irrita, nullumque jus per eam acquiritur, ac proinde ad restitutionem omnium fructuum perceptoruni tenentur ex cap. *Matribus de simonia*. Et denique ex cap. *Nobis cuius de simonia*. Et cap. penultimo de electione. Inhabiles fiunt ad beneficia obtainenda.

14 Quid

14 Quid nomine beneficii veniat ad incurrendam supradictam excommunicationem ; qd. venire non tantum beneficia propriè dicta (contra Bon. Nav. Less. etc.) sed etiam quæcumque officia , quæ spiritualem jurisdictionem , vel administrationem habent , ut sunt officia Religionum , videlicet Prioris , Guardiani , Provincialis , Generalis , &c. Rat. est : quia Pontifex in supra citata extrav. usus est nomine officiorum , & non beneficiorum , ut comprehendenderet quælibet officia Ecclesiastica , spiritualem jurisdictionem habentia: ergo , &c. Cœter. Lax. §. 7. n. 72. Fili. etc.

16 An beneficium simoniacè obtinens privetur suis beneficiis jam obtentis ? R. neg. nisi post Judicis sententiam , si Simonia sua culpa commissa sit . Vnde tuta conscientia ante ipsam potest percipere fructus. Ita colligitur ex cap. Presbiter. 1. q. 1. & cap. sicut simoniaca. Sup. Lax. nu. 74. Avil. etc.

16 An ad incurrendas supradictas poenas , & censuras , requiratur ut effectus sit completus , & consummatus ? R. aff. unde ob simoniām purè conventionalem , non incurrit quis supradictas poenas , benè verò ob simoniām realem ; ob confidentialem verò tunc eas incurrit , quando in ea intervenit pactum tacitum , vel expressum cum certa confidentia , & rursus traditio , & acceptatio beneficii cum onere e. g. resignationis , vel pensionis: nec requiritur pacifica possessio ipsius beneficii ; quia sufficit ut beneficiarius dicat beneficium recipere : & idem dic de pensionibus . Less. Bon. Sua. som. 1. de Reli. tract. 3. lib. 4. de simo. cap. 43. in fine .

17 An , & quid restituī debeat à simoniacis , & quomodo . R. pri- mò ob simoniām purè mentalem nulla facienda est restitutio ex cap. ultimo de simonia. R. 2. qui per alium absque sua culpa simoniacè obtinuit beneficium à se bona fide possessum , non tenetur simul cum beneficio fructus collectos , & bona fide con sumptos restituere , sed dumtaxat eos , quos habet , quando bona fides cessat , & beneficium resignat. D. Tbo. 22. q. 1 co. art. 6. ad 3.

R. 3. qui simoniacè pecunias accepit pro collatione Ordinum , & beneficiorum , vel pro administratione Sacramentorum , & Sacra mentalium , quando notabiliter excedunt id quod rationabiliter exigi poterat pro substantiatione , illas restituere tene tur ante Judicis sententiam ; quia jus Canonicum incapacem illum reddit dominii talis pretii. D. Tbo. art. ultimo .

R. 4. Beneficium simoniacè consecutum ex extrav. cum defessabi li

li de simonia retineri non potest, etiam ante Judicis sententiam, immo, nec fructus ex ipso jam percepti, cum adeptio talis beneficii sit ipso facto irrita.

18 Cui facienda fit restitutio pretii simoniace accepti pro collatione beneficiorum, Ordinum, Sacramentorum, & Sacramentalium? *v.* faciendani esse danti, quando hic ignoravit, contractum fuisse simoniacum, vel quando non fuit secuta collatio supradictorum. Ecclesia verò, vel pauperibus (ubi usu receptum est) non autem danti, quando res est tradita, & simonia ex utraque parte completa est. Rat. primi; quia tunc bona fide dedit: ergo, &c. Rat. 2. quia eo casu deest titulus retinendi acceptum, cum non praestetur id, pro quo datum est: ergo jure naturae danti competit: Rat. 3. quia tunc dans opotè complex delicti, quem etiam Ecclesia punire intendit, indignus est, ut ipsi fiat restitutio: ergo, &c. D. Tho. 22. q. 32. et 62. Lef. Syl. etc. contra quosdam.

Simplx Sacerdos, an validè absolvat, quando censeatur ei collata facultas absolvendi, etc. v. Sacramentii Pœnit. Minister Delegatus.

Simulare Sacraenta, an sit licitum. v. op. 29. Innoc.

Societas quid sit, etc. v. Contractus onerosi q. 46. etc.

Socios criminis an teneatur Reus revelare. v. Jus Prælati in Rei, etc. q. 8.

Sodomia quid sit, et quos ejus circumstantiae explicande. v. Luxuria peccati, etc. q. 12. etc. In conjuge an sit adulterium, etc. v. Luxuria adulterii q. 3. Sodomia cum consanguinitate, vel affinibus, an sit incestus. v. Luxuria incestus q. 5.

Solemnitates absolutionis censurarum. v. Censura q. 1.

Sollicitatio in confessione v. Denunciatio contra, etc. v. Denunciatio in materia, etc. q. 5. et 13. et 14.

Somniis credere an, etc. v. Superstitione q. 7.

Species peccatorum an sint manifestanda. v. Sacramenti Pœnit. materia proxima q. 34.

Sponsa an communicare possit cum sponso excommunicato. v. Censura excom. majoris q. 26.

Sponsalia quid sint, etc. v. Sacramentum matri. ubi, etc. q. 1. etc. Quando irritent matrimonium, etc. v. Sacramenti matri. etc. q. 29. etc. Initia à muliere rapta an, etc. v. ibi. q. 74. Sponsalia impediunt matrimonium. v. Sacramenti matri. etc. q. 8.

Status Religiosus an sit explicandus in sacrilegio. v. Luxuria sacrilegia. q. 50.

etc-

- Steriles an possint matrimonium contrahere. v. Sacramenti matris
etc. q. 51.
- Sterilitas an minuat pensionem. v. Contractus anerof q. 27.
- Stipendii missæ pars an possit retineri, etc. v. Sacramentum Eucha.
- cit. etc. q. 41. etc.
- Stipulare an possit alter pro altero. v. Contractus gratuitus q. 10.
- Suprum quid sit, quando constingat, etc. v. Luxuria supri q. 1. etc.
- Stylus Curia an obliget in conscientia. v. Legis obligatio q. 2.
- Subdiaconus an teneatur ad votum castitatis, etc. v. Sacramenta majorum,
etc. q. 5. etc. Ad quam partem Officii tenea-
tur, dum ordinatur, etc. v. ibi. q. 11. etc. An possit ministrare Eu-
charistiam, v. Sacramentum Eucha. q. 64. v. Sacramenta majorum,
etc. q. 4.
- Subditi qualia delicta visitare possint, etc. v. Jus Prælati ad, etc.
q. 4. etc. An possint communicare cum suis Prælati excommunicata-
tis. v. Censura excommunicato. q. 26.
- Subclitus, cuius sit habens in Confinio duarum Diocesum. v. Sa-
cramentii Pœnit. Minister Ord. q. 10. Quando possit non obedire.
v. Jus Rei in exceptione, etc. q. 24. v. Conscientia q. 23. v. ibi.
q. 75. etc.
- Suffragium prabens quando teneatur ad restitutionem. v. Restitu-
tionem quia, etc. q. 28.
- Suffragia, quibus privantur excommunicati, que sunt. v. Censura
excommunicato. q. 42. etc.
- Superioris Regularis an possit delegare suam jurisdictionem, etc. v. Sa-
cramentii Pœnit. Ministr. Ord. q. 6. An teneatur subdelegare facul-
tatem absolvendi à reservatis. v. Sacramentii Pœnit. Minister
Deleg. ad reservata q. 1.

S U P E R S T I T I T I O.

Quæres.

- Q** Vid sit, & quotplexi s. ad primum, superstitionem esse
vanam, & falsam Religionem. Vnde ad 2. superstitione
dupliciter evenire potest, vel tribuendo Deo falso, & indebito
cultum per ceremonias e. g. antiquæ legis, & dicitur pro-
priè superstitione, vel tribuendo creaturæ, quod Deo convenit, &
dicitur Idolatria, sub se continens Divinationem, Vanam ob-
servantiam, Magiam, & Maleficium, de quibus modo. Ren-
tom. 1. fol. 102. q. 1.
2. Quid sit Idolatria? s. esse cultura, quo Divinus honor tribui-
tur creaturæ sicuti Deo. Dicitur, scilicet Deus, ad excludendum

- materialem idolatriam , seu cultum exterius tantum Idolo datum, metu e. g. mortis, qui licet sit mortal is, excludit tamen veram rationem haeresis, & consequenter excommunicationem Bullæ Coenæ. *Ren. q. 2. Fag.. 3c.*
- 3 Quid sit Divinatio, & quotuplex? *R.* ad primum Divinationem esse cultum Diabolo praestitum, ut ipse aliquid occultum revelet. Vnde ad 2. Divinatio duplex est, explicanda in Confessione, una, in qua est invocatio, vel pactum expressum cum Dæmonie, & hic occulta docet per homines arreptios, per personas mortuorum, aliavè signa in aere, aqua, terra, igne, ex quibus varia sortitur nomina, Divinationis videlicet per Pytones, Necromantiae, Eromantiae, Hydromantiae, Geomantiae, Pyromantiae. Altera, in qua est invocatio, vel pactum tacitum, assumendo ea, quæ sunt ad cognitionem improportionata, & quibus Dæmon se immiscere solet: ut cum queritur cognitione ex lineamentis corporis, vocibus hominum, garritu avium, signis manuum, vel per fortés, & dici solet Physiognomia, Omen, Augurium, Chiromantia, vel divinatio per fortés, &c. *Ren. q. 3.*
- 4 An velle scire occulta per Astrologiam, aliquando licitum sit? *R.* neg. loquendo de Astrologia judiciaria, quæ casus fortuitos ab hominis arbitrio pendentes praedicit. Constat ex motu proprio Sixti V. Secus loquendo de naturali prognosticante ventos, pluvias, eclipsim, morbos, sterilitatem, &c. quæ ad medicinam, agriculturam, vel navigationem conducunt, itinè etiam cum ex punto nativitatis, sive horoscopo probabiliter praedicit complexionem corporis, & affectiones animi. Rat. quia haec divinationes omnes naturales sunt, & mediis proportionatis utuntur. *Ren. q. 4.*
- 5 An Physiognomia, vel Chiromantia aliquando sit licita? *R. aff.* si sit naturalis, & certa non praedicat: Secus si astrologica prognosticans effectus contingentes, & liberos, aut quæ à Deo pendent: ut statum animæ, dona gratiæ, divitias, honores, fortunam, nuptias, statum vitae, &c. 2. constat ex dictis. Primum probatur; quia judicare de ingenio, corporis temperie, pronitate, & inclinatione hominis, &c. spettat ad philosophiam naturalem. *Ren. q. 5.*
- 6 An aliquando licitum sit ex cantu, vel garritu animalium aliqua prognosticare? *R. aff.* tenuissima tamen conjectura; quia aliqua animalia naturaliter per corpora Cœlestia inclinantur ad prognosticandum sibi nociva: sic cornicula frequenter cre-

- citando pluvias prognosticat; & pàsserulus aeris contagionem
fuga prævenit. *Ren. q. 6.*
- 7 An aliqua per somnia prognosticare sit licitum? & licitum esse
observare somnia morbos indicantia dumtaxat; somnia enim
ex humoribus prædominantibus resultant: Eis autem ordina-
riè credendum non est, quamvis videantur à Deo immissa, &
ad bonum incitaria; quia in his frequenter immisceri solet
dæmon. *Ren. q. 7.*
- 8 An Divinatio per sortes sit licita? *q. 8.* neg. ex motu proprio Si-
xti V. *Ren. q. 8.* Hinc sors *Divinatio* licita est, præter in *Eccle-
siasticis* electionibus, ex cap. finali de fortificijs.
- 9 An divinatio per Duellum sit licita? *q. 9.* neg. quia ex duello fa-
sti veritas colligi non potest, cum passim innocens succumbere.
Ren. q. 9.
- 10 Quid sit Supersticio vanæ obsequantia? & eam esse superstitionem,
qua medio aliquo improportionato, iuxtili, & à Deo non
instituto procuratur aliquis effectus, v. g. sanitas, scientia, &c.
Sic superstitionem est gestare figuratas, & involucra falsis ca-
racteribus, contra vulnera, subitam mortem, &c. Differt autem
à divinatione quod hæc ad occultorum cogitationem, illa vero
ad effectum externum ordinatur. *Ren. q. 10.*
- 11 Quid sit Magia, & quotaplex? *q. 11.* ad primum esse facultatem,
& visa faciendi mira per signa ope dæmonis. Vide ad a ma-
gia, alia est superstitione, iam dicta; alia naturalis, & physica,
qua quis mira operatur per causas naturales, erutaque virtu-
tes, sympathias, & antipathias, incegnitas, applicando activa
passivas. *Ren. q. 11.*
- 12 Quid sit Maleficium, & quotaplex? *q. 12.* ad primum maleficium
est magiae species, qua quis ope dæmonis alteri damnum pa-
rat; quod fieri potest, vel ad amorem excitando (movendo sci-
licet phantasiam, non autem voluntatem cogendo). & dicitur
maleficium amatorium; vel ad ægritudines, mortes, & alia
damna in bonis inferenda, & dicitur veneficium. *Ren. q. 12.*
Delrio.
- 13 An licitum sit à malefico parato, petere maleficii solutionem?
& aff. si modo licito maleficium tollere possit maleficus: sciat
sic tollere: nec de tali scientia dubium in petente oriatur. Rat.
primi; quia tunc petitur, quod licitum est: ergo, &c. Rat. 2º
quia cum maleficus ignorat licitum modum, ab eo petitur, ut
modo illico tollat: ergo, &c. Rat. 3º quia tunc possessio staret
pro modo illico: ergo, &c. *Ren. q. 13.*

24. Quid sit modus licitus solvendi maleficium, licitum modum esse destruere signum, & conditionem, per quam plerumque Daemon nocere solet, vel contrarium signum apponere, absque alio tamen maleficio: ut si daemos esset pactus cum malefico, se tamdiu nociturum, quamdiu maleficiatus; se Crucifixum signaret, lavaret, aut quamdiu aliqua ligatura maneat, aut res aliqua certo loco defossa, tunc enim licebit illi se signare, lavare, &c. quia non est intentio positivè recuperandi sanitatem eo medio, sed tantum tollendi signum, & dissolvendi pactum cum Daemonie; ergo, &c. Tum quia ad id Iudex compellere potest Magum; ergo, &c. *Ren.* q. 4. Cætera de superstitione Vid. *Apud Martinum Delio.*

Suspensio quid sit. v. *Censura suspensionis* q. 4. *Sc.* Quando incurritur, vel non ab Ordinando, v. *Sacramentum Orationis* q. 9.

Suspicio unde procedat. v. *Jur. ex justitia in causis* q. 8.

Suffragio quid sit, *Sc.* v. *Dei ratiō*, *Sc.* v. *Dei ratiō*, *Sc.*

T *Abelliones excommunicati quid possint.* v. *Censura excom.* majo. q. 3. 1. *Sc.*

Tactus in honesti in Ecclesia an sint sacrilegi. v. *Luxuria sacrilegia* q. 16. *Tactus inter conjuges an,* *Sc.* v. *Sacramentum matrimonii,* *Sc.* q. 3. *Sc.* *Tactus conjugum post copulam,* *Sc.* v. *Sc.* *Luxuria simplicis fornicationis* q. 1. *Sc.*

Tangere vas a sacra in peccato an, *Sc.* v. *Sacramentum in genere* q. 21. *Tangere vas a sacra quando sit mortale.* v. *sacrilegium* q. 19.

Tantos agitare an sit prohibitum. v. *Volum* q. 23.

Tempora servanda in Ordinibus fuscipendis. v. *Sacramentum Ordinis* q. 44. *Sc.*

Tempus ad respondendum an concedi debeat Reo, *Sc.* v. *Jus Prae-liss in Rei,* *Sc.* q. 13. v. *Jus Rei in exceptiones,* *Sc.* q. 3. v. *Jur. ex justitia in proponendis,* *Sc.* q. 5. *Sc.* 6. *Tempus executionis voti* quomodo intelligendum. v. *Votis obligatio* q. 22.

Testamentum quid sit, *Sc.* v. *Contractus gratuiti* q. 23. *Sc.* v. *Contractus in genere.* Metu factum an sit ipso jure irritum. v. *Volun-tariatum* q. 43.

Testari, vel inservi barodes an possint excommunicati. v. *Censura excom.* majo. q. 42. *Sc.* q. 43.

Testes excommunicati an possint testificari. v. *Censura excom.* majo. q. 3. 1. *Sc.* *Sc.* q. 44. *Testes necessarii ad matrimonii valorem.* v. *Da-*

craventi magri. q. c. q. 72. Testes metu dotti an faciant nullum
Testamentum. v. Voluntarium q. 48. Testes in visitatione generali an, & quales, &c. v. Jus Prelati ad inquirendum q. 3. Testes
idonei in judicio, qui sint, &c. v. Justitia, & modus, &c. q. 1. &c.
Testes contestes, qui sint, &c. v. Justitia, & modus, &c. q. 70. &c.
Testes de auditu. v. ibi. q. 16.

Testis quando teneatur ad restitutionem. v. Restitutio q. 5. o. Restitu-
tionem quis, &c. q. 26. 27. &c. 28. v. Restitutionis ab, &c. q. 7. v. Ju-
stitia, & modus, &c. q. 18. Testis quando non est in præjudicium
Tertii, sufficit unus. v. Sacramenti Paenit. materia prox. q. 56.
Testis in denuntiatione facta à parte, vel à tertio quando teneatur,
&c. v. Jus Prelati ad, &c. q. 16. n. 3. Testis omni exceptione ma-
jor quis sit. v. Justitia, & modus, &c. q. 6.

Thesauri inventi an sint restituendi. v. Restitutionis quantitas q. 15.
Titulus quoctuplex sit. v. Dominium q. 1. Titulus requisitus ad Or-
dines. v. Sacramentum Ordin. &c. q. 31. &c.

Tortura quomodo exerceri debeat in Religionibus, &c. v. Jus ad
Torturam q. 1. &c. Quid præquiras. v. Jus Prelati ad, &c.
q. 15.

Tributum quando solvi debeat. v. Conscientia q. 43. &c. 77.

Trina monitio antecedens censuram qualis sit. v. Censura q. 8.
Tristari, vel gaudere de vita, vel morte proximi quando sit pecca-
tum. v. Op. 15. Inno.

Turpiter agens cum consanguineis quis dicatur. v. Censura excom-
isi quis, &c. q. 42.

Tutores excommunicati an in actionibus Fori civilis, &c. v. Censu-
ra excom. majoris q. 31. &c.

V

Vana observantia quid sit, &c. v. superstitione q. 10.
Vassalli an possint communicare cum Principibus excommu-
nicatis. v. Censura excom. mojo. q. 26.

Vendere supra iustum premium an, &c. v. Contractus gratuitus q. 45.

Venditio quid sit, &c. v. Contractus onerosus q. 2. &c.

Venialia an sint confienda ad satisfaciendum præcepio Confessionis.
v. Confessio annua q. 9. Omnia collectivè vitare an, &c. v. votum
q. 39.

Velci carnis humanis quando sit licitum. v. Voluntarium q. 41.

Viatores cujus paracie sint quoad annuam communionem. v. Com-
munio annua q. 7.

- Nicarius Episcopi quid possit proforo interno . v. Sacramenti Pœnit.
Minister Ordini ad reservata q. 2. c. 3. c.
Vindictam redimere medio mutuo an , c. v. Contractus gravissimi
q. 48.
Vini abstinentia voto promissa quomodo intelligenda. v. Votum q. 32.
Vinum in ablutione non adhibere an , c. v. Sacramentum Eucha.
st. c. q. 20.
Vinum aqua missum quando inducat obligationem restitutionis . v.
Contractus onerosi.
Virginitas quid sit , quorūplex quando amittatur , c. v. Luxuria
q. 3. c.
Virgo se polluens , vel integratē amittens an possit consecrari . v.
Luxuria q. 6.
Vis quando dissolvas matrimonium , c. v. Sacramenti matris.
q. 21. c.
Visitare quando tenentur Prelati . v. Jus Prelati ad inquirendum q. 3.
Visitatorem , vel Provincialem recusare , an possint Religiosi. v. Jus
Rei in exceptiones , c. q. 5.
Vitæ , membrorum , famæ , an homo dominium habeat . v. Domi.
nium q. 3.
Vitium rei quorūplex . v. Contractus onerosi q. 14.
Unico actu , vel diversis eodem tempore pluribus obligationibus fa.
cili facere an , c. v. Legis modus , c. q. 8. c. 14. c. 20. c. Uni.
co actu violare duo præcepta an , c. v. Sacramenti Pœnit. mate.
ria prox. q. 50.
Vota reservata qua fini , c. v. Voti irritatio , c. v. q. 22. 25. c.
v. satisfactio per Jubilatum q. 26. Vota que per Jubilatum com.
mutari possint , c. v. ibi. q. 26. c.
Votis simpliciis , et solemnis transgressio an duplex sacilegium im.
poret. v. Luxuria sacrilegii q. 2. Voti castitatis obligatio in sub.
diacono quomodo contrahatur. v. Sacramenta Majorum , c. q. 5.
etc. Voti pœnalis ignorantia an excuses à pœna. v. Actus Hu.
mani q. 16.
Votum , ejusque materia , et obligatio . v. Conscientia q. 59. etc. v.
Legis modus , etc. q. 1. 2. 7. 11. et 14. Votum in materia jejunii . v.
Jejunium Ecclesiasticum q. 13. etc. 60. etc. Votum simplex castita.
tis , vel Religionis an impediatur petitionem debiri , etc. v. Luxuria
simpliciis , etc. q. 8. etc. Votum castitatis an impediatur matrimonium
flupratoris. v. Luxuria stupri q. 8. etc. Votum quando dissolvas
sponsalia. v. Sacramentum matris . ubi , etc. q. 19. et 20. Quando di.
casur

Eatur solemne. v. Sacramentum matris. ut. etc. q. 22. v. Sacramentum matris. q. 6. Votum simplex castitatis non dissolvat matrimonium infidelium. v. Sacramenti matris. q. 20. Votum dirimens matrimonium. v. Sacramentis matris. etc. q. 20. etc. Votum item impediens. v. ibi. q. 80. Votum, vel paenitentia jejunandi quomodo obligat. v. Jejunium Ecclesiasticum q. 16.

V O T U M.

Quare

- 1 **Q** Vid sit, & quotuplex? R. ad primum votum est delibera-
rata, & voluntaria promissio facta Deo de bono possibili,
& meliori. Dicitur *volutaria*, ut scilicet yovens habeat
animum promittendi, & se obligandi, & revera promittat.
Dicitur, *facta Deo*, nam votum Sanctis factum, intelligitur
Deo factum in honorem Sanctorum. Vnde ad 2. votum di-
viditur primo in solemne, idest factum, cum quibusdam solem-
nitatibus, & ut tale acceptatum ab Ecclesia, & in simplex,
quod his solemnitatibus caret. 2. in absolutum, & condicio-
nale, quod quandoque paenale dicitur. Et denique in reale,
quando res scilicet, & personale, quando aliqua hominis actio,
vel cessatio ab actione promittitur. *Ren. tom. 1. fol. 137. q. 1.*
- 2 An amentes, mente capti, & ebrii validè voveant? R. aff. si ha-
beant lucida intervalla; nam haec ad peccandum sufficiunt: er-
go, &c. In dubio autem presumendum est, amentes non ha-
buisse: Secus ebrios, & phreneticos, quia phrenesis, & ebrietas
parvo tempore durant; amentia vero regulariter insanabilis
est. *Ren. q. 2. San.*
- 3 An virtualis voluntas, & deliberatio vovendi sufficiat ad vo-
tum? R. aff. si tempore voti sit yovens capax actus humani, &
non ebrius, vel dormiens. Rat. quia ea virtualis voluntas ad va-
lidè consecrandum sufficit: ergo, &c. *Ren. q. 3. Tamb. etc.*
- 4 An metus gravis injustè incussus à causa libera, & cognitus à
vovente reddat irritum votum, jure saltem Ecclesiastico? R.
aff. sive votum sit simplex, sive solemne. Constat ex usu Ec-
clesiae, & antiqua traditione illius. *Fag. Imò ex omnium ferè
DD. traditione. San. Ren. q. 4.*
- 5 An ignorantia *invincibilis* in voto auferat deliberationem re-
quisitam ad votum? R. aff. si ignorantia sit circa substantiam
voti, vel circu *notabiles* circumstantias variantes ejus substan-
tiam, sive interim sit positiva, errorem videlicet continens,
sive (*contra San.*) negativa, quæ inadvertentia dicitur; haec enim

- voluntarium simpliciter tollit, cum nil volitum, quia praecognitum. *Pelliz.* & deliberationi potissimum contrariatur error circa substantiam. *Ren. q. 5. Tamb.* Hinc si quis voleat certum aliquem suum Calicem, quem putat argenteum, vel se ingressorum Religionem, quam putat observantem, non tenetur ad votum, si postea Calicem inveniat aureum, vel Religionem relaxatam: E' contra, si quis voleat iter peregrinationis, quod paulo longius inveniat, quam putabat, tenetur ad votum.
- 6 An error circa causam finalem, vel impulsivam irritet votum? *R. primum dumtaxat errorem, irritare votum simplex;* quia sine causa finali tantummodo, votum simpliciter factum non sufficit: ergo, &c. *Ren. q. 6. San. Less.* Hinc si Cajo quis voleat eleemosynam ex motivo paupertatis, vel probitatis illius, non tenet votum, si dives inveniatur dumtaxat.
- 7 An sicut cessante, & mutata causa finali, cessat votum, ita rebus notabiliter mutatis quoad circumstantias *substantiales?* *R. aff.* pro eo tempore, quo mutatio perseverat; quia tunc votum non censetur voluntarium: ergo, &c. Hinc Religionem vovens tempore juventutis, vel eleemosynam, cum erat dives, non tenetur ad votum tempore senectutis, vel effectus pauper; tenetur vero, si iterum dives efficiatur. *San. Ren. q. 7. De Janu. Sc.*
- 8 Si mutatio substantialis sit è contrario, ut si tempore voti non sit apta materia, deinde fiat apta, an valeat votum? *R. aff.* si votum habeat tractum successivum: ut si quis dum est in mare, voleat quotidie Missam audire. *Rat.* quia attenditur tempus executionis, non emissionis voti: ergo, &c. *Ren. q. 8. San.*
- 9 Vtrum habens voluntatem vovendi, sed non se obligandi, teneatur ad votum? *R. neg.* nisi (ratione scandali) publicè vovet. *Azo.* Rat. quia de natura voti est obligatio iplius: ergo, &c. *Ren. q. 9. Bon. San.*
- 10 Quale peccatum sit ita fidè vovere? *R. esse mortale, sive votum sit soleme (ratione scandali, & deceptionis Religionis in re gravi) sive simplex, ratione mendacii in re gravi.* *Less. lib. 2. cap. 40. dub. 1. Nov. Sd. Sc.*
- 11 An votum irritum defectu deliberationis, vel voluntatis requisitorum, reddatur validum ex ratihabitione? *R. aff.* si tempore ratihabitionis adsit scientia irritationis voti, ex cap. *Significatum de Regularibus,* & ex aliis; quia sic dumtaxat ratihabito sponte, & liberè fit, & votum videtur de novo fieri. *Azo.* *Ren. q. 10.*
- 12 Vtrum simplex promissio, cum dubio an fuerit voluntas, seu intentio vovendi, obliget ad votum? *R. aff.* si fuerit per modum

paeti e.g. si Deus à naufragio me liberaverit faciam hoc , vel illud , &c. quia tunc ex pacto oritur obligatio exequendi pro missa: ergo,&c. *Ren. q.11. Nov.*

13 An votum rei malæ etiam venialiter, sit validum? *R. neg. Con stat ex ultima particula definitionis voti. Ren. fol. 142. q.1.*

14 An votum rei bonæ ex malo fine , sit validum. Supponendum est, hunc malum finem, vel esse ipsius rei promissæ , ut cum quis vovet eleemosynam, ob inanem gloriam ; vel ipsius voti, seu voventis , ut cum quis ipso voyendi auctu vult ab abstinenti bus laudari? *R. primum finem reddere irritum votum. 2. verò nequaquam: sed tantum illicitum; nisi finis intendatur, non ab hominibus, sed à Deo obtineri; ut si quis voyendo Religionem si foeminam ad fornicandum obtinuerit, intendat fornicationem à Deo obtineri . Rat. primi, 2. & 3. quia finis malus in primo dicto sensu se tenet ex parte rei promissæ ; in 2. verò ex parte voventis : ergo in primo casu votum est de re mala ; in secundo autem de re bona, licet mala ex parte voventis : ergo, &c. *Pelliz. Rat. 4. quia tunc ordinatio illa iniqua voti destruit votum: ergo, &c. San. Ren. q.2.**

15 Quale peccatum sit votum rei male , vel rei bonæ ob malum finem? *R. esse duplex peccatum mortale , sive res mala sit gravis, sive levis, dummodò tamen ipsa (sive malus finis rei) vo veatur, vel obtainenda à Deo, vel quali Deo placeret: & est primum peccatum blasphemiae. 2. peccatum est affectus executio nis ad rem malam ejusdem speciei cum ipsa. Ren. q.3. Ron. contra Lef. Buff. absolute dicentes, votum rei venialiter malæ es se mortale.*

16 Vtrum sit validum votum non fornicandi , nisi cum certa fo mina ? *R. esse validum , vel invalidum ratione finis boni , vel mali: sic validum est si amore continentiae voyens excipiat fo minam illam, à qua se abstinere non potest ; vel excipiendo illam, nolit omnimodam continentiani voyere. Ren. q.4. & idem dicendum , si (non quidem ad vindictam foeminæ , vel ob ejus deformitatem , &c.) quis voyeat non fornicari cum certa fo mina. Bon. Invalidum verò est, si exceptio sit in gratiam vehementioris amoris in fomina , obtainendus tamen per votum (non quidem à fomina) sed à Deo. San.*

17 Quis voyet centum, si ex adulterio filios suscepit , vel voyet eleemosynam, si obtainuerit vindictam inimici, an, &c. *R. pri mum votum esse validum ratione boni finis , proli scilicet suscipiendæ , ad quem dumtaxat , votum ordinatur. Nov. Buff.*

- art. 2. verò esse invalidum ratione mali finis, vindictæ videlicet.
Ren. q. 5. Bon.
- 18 Quis vovit eleemosynam ex usuris, vel ex meretricio lucro, an, &c. R. quia lucrum ex usuris in se malum est, non sic lucrum ex meretricando, ideo, &c. Ren. q. 6. San. contra Sos. Aragonium quoad primum.
- 19 Meretrix vovet centum, si ex *crebro* lucro meretricio lucrata fuerit mille, an, &c. R. neg. si ex affectu ad illud lucrum voveat: quia ea conditio in se mala est, ut patet. Ren. q. 7.
- 20 An votum rei indifferentis sit validum? R. aff. si bonus finis accedat. Lay. Azo. intentus rursus sit à vovente, nec cessaverit; & denique si tali fini proportionata sit res indifferens. San. Ren. q. 8. Hinc valet votum adeundi Romam curiositatis gratia tempore Jubilæi anni Sancti, si hoc perseverante intendatur finis bonus, ut loca sacra invisendi.
- 21 An valide vovet, qui vovit adire Romam, causa invisendi amicos, sed præmissa confessione? R. neg. quia confessio in casu est quid accessorium, quod naturam principalis sequi debet; non è contra: ergo si principale, ut potè indifferens, non obligat, nec, &c. Hinc quia conditio adeundi Romam flexis genibus, e. g. ut potè materia inepta, & quid accessorium, sequitur naturam principalis materiæ, & aptæ, aditionem scilicet Romæ, non è contrà, tenetur quis adire Romam sine tali conditio, nisi aliud exprestè constet de voventis intentione. San. Ren. q. 9.
- 22 An valeat votum non nendi die Sabbati in honorem B. Virginis? R. neg. si cætera servilia exerceantur, & votum non fiat ad mortificandam proclivitatem, si adsit, erga talem actionem. Rat. est; quia etsi finis sit bonus, materia tamen indifferens, stante exercitio cæterorum servilium; nihil confert ad honorem B. V. ergo, &c. Ren. q. 10. Sos. Lay. etc.
- 23 Vtrum votum agitandi Tauros in honorem alicujus Sancti, sit validum? Supponendum est ex Roder. tom. 3. quest. Regul. q. 58. art. 2. peccare mortaliter Religiosos interessentes agitationi taurorum, etiam præciso scandalo; prout ipse contra Remi. Pet. Lix. &c. probat ex motu proprio Clem. VIII. 3. Junii 1596. moderantis prohibiciones aliorum Summ. Pontificum in hac materia ad fqls Religiosos. R. nunc de secularibus neg. quia res indifferens debet esse apta ad recipiendam bonitatem finis boni; agitatio autem taurorum nihil conferre potest ad honorem Sanctorum: Iuñò cum ex eodem Roderico prohibita sit etiam se.

secularibus , si ex ea mors alicujus sequi possit , sequitur quod non tantum indifferens , sed etiam mala sit: ergo , &c. *Ren. q. 11.*
San. Tamb.

24 An validum sit votum rei bona factum ob finem indifferenter? *q. neg.* si finis sit rei promissa: Secus si sit ipsius votantis. Rat. primi; quia accessorium sequitur naturam sui principalis: ergo , &c. Hinc invalidum est votum jejunandi , dumtaxat , ut sumptibus vovens parcat. Rat. 2. quia tunc res promissa remanet bona, quia non afficitur fine indifferenter ergo , &c. *Ren. q. 12.*
San. contra Bon. Sua. &c. absolutè affirmantes.

25 Quis votū non ludere neque ludo licto , solum ob finem non faciendi jacturam rerum temporalium , an validè voveat? *q. aff.* etiam si neque ludo licto voveat non ludere . Rat. primi; quia talis finis non indifferens , sed bonus est , & contrarius prodigalitati: ergo , &c. Rat. 2. quia etsi ludus lictus spectet ad virtutem Eutropeliam , ejus tamen abstinentia (etiam praescindendo à fine assignato) majus bonum est. *Ren. q. 13. Dia. etc.*

26 An votum de operibus contra consilia Evangelica , ut votum matrimonii ineundi , sit validum ? *q. neg.* si nulla alia causa concurrat , quia melior est castitas , quam matrimonium: ergo , &c. *Ren. q. 14. Lay. San.*

27 An votum non nubendi emissum à proclivi in venerem , valeat ? *q. aff.* quia licet in casu prædicto particulari melius sit matrimonium , votum tamen debet esse de meliori bono , in se , & generaliter sumpto , in quo sensu melior est castitas: ergo , &c. *Ren. q. 16. Dia. contra Homobonum.*

28 An votum contrahendi matrimonium cum aliqua puella paupere , ut illam scilicet collocet , vel cum hac meretrice , ut illam à peccato tollat , sit validum ? *q. neg.* si sit absolutum , & præscindat à circumstantia sedandi stimulos , vel suscipiendi prole ob bonum publicum: Secus si sit conditionale , ut si nupsero , ducam , &c. nisi id fieret intuitu consanguinitatis , vel affectionis , & non intuitu pietatis. Rat. primi; quia majus bonum est cælibatus: ergo , &c. *Sua. Tamb.* Rat. 2. quia ex suppositione , quod nolit cælibatus servari , melius est matrimonium supradictorum: ergo , &c. *Bon. Tamb.* Rat. 3. quia tunc licet concureret pietas , hæc tamen non esset causa voti : ergo , &c. *San. Ren. q. 15.*

29 Vtrum valeat votum non petendi dispensationem , commutationem , vel irritationem à voto ? *q. neg.* absolutè loquendo præscindendo à quovis alio fine , vel circumstantia bona . Rat. quia

quia quandoque necessaria, & utilior est dispensatio, &c. Tum quia tale votum præjudicat jurisdictioni Superioris: ergo, &c.
Ren. q.16. Pala. &c.

- 30 An qui *validè* vovit non petere dispensationem, possit petere irritationem voti? *neg.* quia qui vovit minus, intelligitur vovisse maius, non è contrà: ergo, &c. Hinc est, quod possit petere commutationem, quæ est quid minus dispensatione, etiam si ejus intentio non fuit, non petendi dispensatione *santum*, sed absoluta. *San. Ren. q.17.*
- 31 Quis vovet, se non posse dispensari in voto, vel absolvī, frangendo votum, nisi à Pontifice, an *validè* voveat? *Si. aff.* si sic vovo-
ndo statuat poenam ad voti observantiam; quia ea poena sic optima est: Secus aliter; quia præjudicaret facultati aliorum
extra Pontificem. *Ren. q.18.*
- 32 An votum ingrediendi Religionem laxiorem sit validum? *Si.*
valere in seculari, non verò in Regulari. *Rat. primi;* quia sta-
tus secularis inferior est statu religioso: ergo, &c. *Rat. 2.* quia in
Regulari tale votum effet *contrā consilia Evangelica*: ergo, &c.
Ren. q.19.
- 33 An valeat votum illius, qui promisit hanc tantum Religionem
ingressurum, & non aliam? *Si. aff.* si exclusio aliarum Religio-
num non sit ex aversione ab illis; quia melior est status unius,
quam nullius Religionis: ergo, &c. *San. Ren. q.20. contra Pala.*
absolutè negantem.
- 34 An sicut non valet votum non ingrediendi Religionem, ita
votum non acceptandi Episcopatum? *Si. neg.* quia Religio est
via ad perfectionem; Episcopatus verò status ipsius, qui præ-
humilitate renui potest: ergo, &c. *D. Tho. Lay. Ren. q.21. &c.*
contra *Syl. Nav. Azo. &c.*
- 35 Quis vovet non vovere absque consilio Confessarii, deinde
vovet absque tali consilio, an teneat hoc 2. votum? *Si. neg.* peccare
mortaliter sic voventem, ut patet, sed votum non obligare, si
primum votum sit emissum cum expressa intentione auferendi
a se potestatem in posterum vovendi sine consilio Confessarii,
ut etiam patet. *Ren. q.22.*
- 36 An votum non fidejubendi, vel non mutuandi sit validum? *Si.*
neg. absolutè loquendo; quia sic est *contra misericordiam*.
Ren. q.23.
- 37 Quis vovit materiam, partim aptam, & partim ineptam, ut
easilitatem per aliquod tempus, & posteà matrimonium, an,
&c. *Si. neg.* si utraque materia collectivè sit volita, & una
de-

dependenter ab alia : Secus si divisivè . Rat. primi ; quia tunc materia apta intendi non potest à voente, nisi cum inepta : atqui inepta non est materia voti : ergo , &c. Rat. 2. quia tunc reputantur duo vota: ergo votum , cuius materia est apta, erit validum. *Ren. q.24. Bon. Lay. etc.*

38 An votum disiunctivum, occidendi Cajum e.g. vel ingrediendi Religionem sit validum quoad materiam aptam? & neg. quia obligatio talis voti æqualiter respicit & materiam aptam , & ineptam, ut patet: ergo,&c.*Ren. q. 25. Bon.*

39 Vtrum votum rei impossibilis obliget? &. neg. quia ad impossibile nemo tenetur . Hinc contra *Bon. Sua. etc.* non valet votum vitandi omnia venialia collectivè , quia est de re moraliter impossibili. *San. Ren. q.26.*

40 Quando duo vota sunt incompossibilia , ad quod illorum quis teneatur? & teneri ad illud, quod est de meliori bono ; vel ad illud, quod prius est emissum, si vota sint æqualia , & unum post aliud sit emissum ; vel dari electioni locum , si simul sint emissæ . Rat. primi ; quia irritum est votum minoris boni impeditivum majoris honi : ergo, &c. *San. Rat. 2.* quia æqualia vota non irritantur ad invicem : ergo si non ratione materiæ, saltem ratione prioritatis prævalet prius votum. *S. Azor. Unde patet ad 3. Ren. q.27.*

41 An votum rei necessariæ, secundum quid, ut rei alioquin præceptæ, sit validum ? &. aff. quia res præcepta est in nostra potestate: ergo,&c. *Ren. q.28. Leff. San. etc.*

42 Vtrum qui totum votum implere nequit, teneatur ad partem, quam potest? &. aff. si materia voti sit divisibilis, & in parte salvetur ratio, & finis votis: Secus è contrà . Hinc non tenetur quis ædificare partem Ecclesiæ, quam vovit , nec tamen potest totam ædificare. *Ren. q.29.*

V O T I O B L I G A T I O . Quæres.

1 **A**n obligatio voti sit ejusdem speciei infinitæ in omnibus votis, etiam circa diversas virtutes? &. aff. seclusa expressa voventis intentione, volentis se obligare ex diversis virtutibus. Rat. quia in qualibet voto oritur ejus obligatio ex virtute Religionis , & materialiter ad ejus transgressionem se habent aliæ concurrentes virtutes. *Ren. 10.1. fol. 152. q.1. Bon. Cara. etc.*

2 An obligetur quis ex voto ad id , quod si prævidisset, non se

obligasset r. aff. si ex prava dumtaxat voluntate, & sine ulla ratione non vovisset: Secus si rationabiliter, vel ex aliqua qualitate, quæ reddit materiam voti omnino illicitam, vel impossibilem. Hinc nihil cogitans de die Natalis Domini, non teneatur ad votum jejunii, emissum pro singulis 6. feriis, quando in 6. Feria incident Natalitia Domini: Et è contrà tenetur jejuna-re, si ipsi eo dìe adveniant bellaria, vehementer ab ipso appetita: Vel qui post votum emissum castitatis, expertus sit, se non posse castè continere. *Ren.q.2.San.De Ianu, contra Nov.Moli.Tabien. &c. & contra Cara.* id ad vota solemnia etiam extendentem.

- 3 An votum rei parvæ obliget sub mortali? R. neg. quia votum est ad instar præcepti: ergo, &c. *Ren.q.3.San.contra Caje.*
- 4 An in potestate voventis sit se obligare ad levem culpam in materia gravi, vel ad gravem in materia levi? R. ad primum aff. Ita *San.Sua. &c. contra Sor.Vasq.etc.* Ad 2. verò neg. Ita *Vasq.Sanci. Sor. etc. contra Fog.* Rat. utriusque; quia legislator in materia gravi obligare potest sub levi, non verò è contrà: ergo ita vovens: consequentia probatur; quia votum est ad instar legis: ergo, &c. *Ren.q.4.*
- 5 An peccet mortaliter omittens toto anno Orationem Angelicam, per votum quotidie promissam? R. neg. si Oratio Angelica sit promissa in honorem diei, & huic sit affixa, ita ut cum die expiret: Secus è contra. Rat. utriusque; quia in secundo tantum casu orationes illæ Angelicæ continuantur saltem moraliter pro toto anno. *Ren.q.5.Bauci.Sag.*
- 6 An poenitere de voto factō, sit peccatum saltem veniale? R. aff. quia talis displicentia aliqualiter executionis propositum infirmat: ergo, &c. *Ren.q.6.Pala.contra Sua.*
- 7 An toties peccet, quoties quis comedit carnes in die jejunii per votum dumtaxat promissi? R. neg. quia votum jejunii non est ad instar præcepti jejunii, in quo principaliter veniunt tam jejunium, quam abstinentia à carnibus, sed tantum in eo principaliter venit jejunium: ergo, &c. *Ren. q. 7.San. Lar. &c. contra Sua.Axo. &c.*
- 8 Quis vovit non bibere vinum pro certo die, an toties peccet, quoties illud babit? R. aff. nisi indeterminatè pro aliqua die vi-ni abstinentiam voveret; quia tunc, ex *San.* in tantum non peccaret, quia teneretur pro alia die votum differre. Vel nisi abstinentia à vino esset promissa ut accessoria, in voto e. g. jejunandi in pane, & aqua, ut patet. Rat. quia tale votum est ad instar

- star præcepti negativi, quod obligat semper, & ad semper: ergo;
&c. *Ren. q.9.*
- 9 An vovens se panem, & aquam solum comedeturum pro tali die, pluries peccet, bibendo pluries vinum. *R. aff.* quia sic principaliter, & non accessoriè ad jejenum vovet panem, & aquam; & sensus est, in omnibus comeditionibus se vovere, ea tantum comedeturum: ergo, &c. *Ren. q.9. San. Portel. contra Pasqualig.*
- 10 An vovens jejenum in pane, & aqua (de cuius tamen intentione non constat an voverit utrumque per modum unius) teneatur ad jejenum, bibendo vinum? *R. neg.* quia in odiosis, & libertatem minuentibus, ut est votum, stricta est facienda interpretatio. *Ren. q.10. Pasq. contra San.*
- 11 Quis vovit jejenum in pane, & aqua, an possit comedere pastillos esculentos, vulgo *maccaroni*? *R. neg.* quia pastilli, etiam crudi non veniunt nomine panis promitti, & intenti per votum: ergo, &c. *Ren. q.11. Tamb.*
- 12 Quis vovit decem missas, an satisfaciat voto, si inveniat Sacerdotem gratis illas celebrantem. *R. neg.* si eleemosyna principaliter vovetur, sicut missæ (ut patet) nec vovetur danda Sacerdoti in communione: Secus si accessoriè, vel danda determinato Sacerdoti. *Rat. 2.* quia determinatus Sacerdos dumtaxat, juri suo cedere potest cum effectu ad satisfactionem voti; nam quando Sacerdoti in communione eleemosyna principaliter prominitur, & unus cedit juri suo, est alius habens ad eam ius: ergo, &c. Vnde ad primum. *Ren. q.12. San.*
- 13 Quis vovit abstinentiam à lacticiniis, an possit comedere ova? *R. neg.* quia votum est ad instar legis Ecclesiasticae, quæ cum lacticiniis in jejuno prohibet etiam ova: ergo, &c. *Ren. q.13. contra San.*
- 14 An vovens jejenum teneatur abstinere à lacticiniis? *R. aff.* etiam extra Quadragesimam, si vigeat consuetudo ab eis abstinenti in die jejunii; quia cum illa ad lacticiniorum abstinentiam obligat præceptum jejunii, ad cuius instar est votum: ergo, &c. *Ren. q.14. Azio. contra San.*
- 15 Quis vovit jejenum singulis sextis feriis, an si eo die incidat festum Nativitatis Domini, teneatur jejunare, & non comedere carnes. *V. Jejunium Ecclesiasticum q.54.*
- 16 An si Vigilia Nativitatis ea die, qua quis vovit jejenum occurrerit, possit vovens juxta consuetudinem facere ferotinam refectiunculam. *V. Jejunium Ecclesiasticum q.53.*
- 17 An in dubio voti teneantur ad votum. *V. Conscientia q.8.*

18 Verum

- 18 Vtrum votum teneat in dubio , an res promissa sit bona , vel mala. v. *Conscientia* q.66.
- 19 Quis vovit quotidie Rosarium , vel vovit Religionem , sed dubitat , an voverit tertiam partem , vel integrum Rosarium , vel an professionem voverit; vovendo Religionem , vel saltem ingressum ad illam , ad quid teneatur . v. *Conscientia* q.65.
- 20 Quis vovit Religionem ex fine martyrii subeundi in partibus infidelium , an censeatur vovisse martyrium? R. neg. si non novit etiam martyrium ; quia finis præcepti , ad instar cuius est votum , non cadit sub præcepto: ergo, &c. *Fili. Ren.* q. 20.
- 21 Quis vovit eleemosynam , non determinando quantitatem , vel vovit frumentum , nihil determinando , ad quid teneatur? R. Satisfacere dando quamcumque eleemosynæ quantitatem , prudentis tamen arbitrio , spectata videlicet , facultate Personæ voventis , dando scilicet non quamlibet infimam mensuram tritici , sed unam ex usitatis in eo loco . Rat. quia vota strictè sunt interpretanda . *Ren.* q. 21.
- 22 Quis vovit Religionem , non assignando tempus , quando tenetur illam ingredi ? R. teneri , cum primum commode potest , prudentis judicio ; quia tunc Deus , cum quo contractum est debitum executionis voti , hanc petit: ergo, &c. *San.* Quod si dubitet , an tempus in voto determinaverit ; vel si certus sit de tempore , dubitet verò de qualitate ipsius , tunc longius tempus censeri debet statutum in secundo casu , & nullum in primo; quia in dubio favendum est libertati . *Tamb. Ren.* q. 22.
- 23 Qualis dilatio executionis voti constitutæ mortale in vovente ? R. (præscindendo à quovis periculo votum numquam implendi .) Dico , eam tantum dilationem esse mortale , quæ minuit rem voto promissam , e. g. servitium , voto perpetuo Religionis , vel Xenodochio inserviendi promissum. Rat. quia ea tantum dilatio damnum affert Deo creditori: ergo , &c. *Tamb. Ren.* q. 23.
- 24 Quis determinavit tempus implendi votum , an eo transfacto , teneatur ad votum ? R. aff. si determinatio facta sit à vovente ad solicitandam obligationem , vel solum ad majorem commoditatem ipsius: Secus si ad eam terminandam. Rat. utriusque; quia in secundo tantum casu tempus voveretur per modum unius cum re promissa : Vnde eo clapso , votum amplius non obligat: in primò verò oppositum evenit: ergo , &c. *Ren.* q. 24. *San.*
- 25 Quis

- 25 Quis vovit jejunare semel in hebdomada proxima, an teneatur prævenire, & jejunare die Martis, si prævideat, se non posse sequentibus diebus jejunare? R. aff. quia tempus proxima hebdomadæ, (non ad suspendendam, sed ad differendam obligationem voti) designatum est à vovente: ergo, &c. *Fili. Ren. q. 25.*
- 26 Ad quid teneatur vovens principaliter, vel Religionem in communi, vel talem in particulari? R. teneri adhibere, quantum in se est, moralem diligentiam, ut in aliqua Religione. vel aliquo Conventu talis Religionis recipiatur, etiam si in una, vel altera Religione, uno, vel altero Conventu fuerit exclusus; in quo tamen casu non tenetur nisi quinque, vel sex Monasteria, aut Religiones, (exclusis strictissimis) extantes intra Civitatem si vovens sit mulier, vel intra Regnum, si sit vir, & Monasteria non sint diversarum linguarum, & morum, adiutor. Rat. quia ea moralis diligentia adhibetur in rebus gravissimis, inter quas est etiam Religio. *Ren. q. 26. San.*
- 27 Ad quid teneatur vovens Religionem, si dubitet, an determinatam, vel in communi eam voverit? R. teneri ad Religionem in communi; quia per hanc dumtaxat, simpliciter seculum dimittitur, quæ intentio videtur esse voventis Religionem. *Ren. q. 27. San. Pelliz. contra aliquos apud San. faventes libertati voventis.*
- 28 Ad quid obligetur vovens, nihil sibi fore impedimenti, vel nullam Personam fore sibi obstaculum, quominus Religionem ingrediatur? R. in utroque casu obligari ad superandas omnes difficultates, ut patet, sed in primo dumtaxat, obligari ad Religionis ingressum; quia in eo, dumtaxat, verè Religionem vovet. *Ren. q. 28. San. Pelliz.*
- 29 An vovens Religionem satisfaciat voto, assumendo habitum Sancti Iacobi, Calatravæ, &c. R. neg. etiam in nostra opinione admittente Militares prædictos pro veris Religiosis: impò. etiam (contra Vidal.) si assumendo habitum fieret in eo Ordine Clericus, vel Sacerdos, Rat. quia Religionem vovens, intendit vivere in communi, & alienus à curis, & fastu hujus saeculi: ergo, &c. *Ren. q. 29.*
- 30 An qui vovit ingressum in Religionem, teneatur ex vi voti perseverare in ea? R. neg. etiam si nulla justa causa exeundi à Religione intercedat; quia in voto prædicto adest hæc tacita clausula, si voventi Religio placuerit: Maximè quia *Trid. sess. 25. f. 15. & 16.* ingredienti Religionem concedit annum de-

Novitiatus ad experientiam. *Ren. q. 30. Azo. Nov. contra Sua. San. Sotum, etc.*

- 3: An qui vovit ingressum in Religionem, & perseverantiam in ea, possit egredi adveniente justa causa? *R. neg. quia nulla justa causa militare potest contra voventem expresse perseverantiam: ergo, &c. Ren. q. 31. San. Azo. etc. contra Dia. Soto. Ledes. etc.*
- 22 An vovens perseverantiam in Religione in genere, teneatur unam ingressus, & ab ea dimissus, aliam ingredi. *R. aff. quia in casu sic vovens duo vota emitit, una de Religione, alterum de perseverantia: ergo licet ex vi prioris voti non teneatur alias adire Religiones, tenetur tamen ex vi posterioris, si speret in eis profelitionem emissurum.* *Ren. q. 32. Pellegr.*

VOTI IRRITATIO, DISPENSATIO, ET COMMUTATIO. Quares.

- 1 **Q**uid sit irritatio voti? *R. esse obligationis voti annulationem: & fieri potest invito vovente, & sine causa ab his dumtaxat, qui potestatem dominativam habent, qualis est potestas Patris in filios, viri in uxorem, Pontificis in Religious, (non autem in seculares) Curatoris in Minores, &c. Dispensatio vero, & Commutatio requirunt causam, potestatem spiritualem, & (contra San. loquendo de dispensatione) consensum voventis. Et denique commutatio non tollit, sed differt obligationem voti in aliam. Vnde patet differentia inter irritationem, dispensationem, & commutationem.* *Ren. 10. 1. fol. 163. q. 1.*
- 2 Quæ vota Religiousorum subditorum irritari possint à Prælatis? *R. exceptis tribus votis essentialibus, vel quarto aliquarum Religionum; & denique voto transeundi ad arctionem Religionem, ex cap. Licet de Regul. Cætera irritari possunt; quia ex communi usu Ecclesiæ hanc imbibunt conditionem, si scilicet Superior consenserit.* *Ren. q. 2.*
- 3 An vota Novitiatorum irritari possint à suis Superioribus? *R. neg. sed tantum suspendi possunt, non quid omnia, sed ea, quæ impediunt Novitiatus exercitia. Rat. primi; quia Novitii non subduntur potestati dominativæ: ergo, &c. San. Sua. Rat. 2. quia tempore Novitiatus opera Religionis sunt de meliori bono, quam ea opera voti: ergo, &c.* *Ren. q. 3.*
- 4 An Abbatissæ, & Prierissæ possint vota Monialium sibi subjicta-

- charum irritare, & idem queritur de Superioribus Militarium. S. Joannis, &c. i. R. ad primum aff. quia ratione voti obedientiae eamdem tacitam conditionem, si Prelatus consenserit, includunt vota Monialium, ac includunt vota Religiosorum; ergo, &c. *Ley. Sua. Sae. Et. contra Aza. Et P. l. u. d.* id tantum concedentes de votis gubernationi domus præjudicantibus. Hinc ad 2. R. neg. quia non omnes operationes Militarium supradictorum à suis Superioribus diriguntur; vnde hi potestatim dominativam totaliter in ipsis non habent: ergo, &c. *Rer. q. 4.*
- 5 An per professionem Religiosam vota facta in seculo, vel in Novitiatu irrikentur, (séu melius) extinguantur? R. aff. sive realia sint (contra Tabien. Patud. &c.) sive personalia: dummodo in favorem tertii non sint emissa, & ab eo acceptata. Rat. primi: quia debitor totum se tradens creditori, eminenter satisfacit omnibus suis debitibus: ergo ita, &c. *S. Tbo. Lay. San. &c.* Rat. 2. quia tunc nec commutatio, quae est quid minus, valida esset, quia (ratione juris tertio acquisiti) non esset in melius: ergo, &c. *San. Res. q. 5.* Hinc infertur primò, à fortiori posse supradicta vota commutari per professionem Religiosam, etiā ab ipso vovente. Infertur: per vota simplicia Biennalium Societatis, non extingui, sed tantum suspendi eorum vota in seculo, vel Novitiatu emissia. *Temb. Petrix. &c.*
- 6 An per Episcopatum extinguantur vota emissa ante illius susceptionem? i. neg. sive Episcopus statui Religioso, sive statui seculari succedat. Excepitur quartum votum aliquarum Religionum, quod suspenditur per assumptionem Episcopatus. Rat. primi: quia Religiosus factus Episcopus remanet verè Religiosus; nam ex vi votorum Obedientiae, & paupertatis obligatur Pontifici, & Ecclesiæ, cui & obediere tenetur, & cui tamquam purus administrato, bona Ecclesiastica acquirere debet: Imò habitum suæ Religionis deferens incurrit excommunicationem latam in cap. *Ne Clerici, vel Monachi in 6. Rer. q. 6. D. Tbo. San.* Rat. 2. nam in tantum professor religiosa extinguit antecedentia vota, quia id speciali jure, & legitima consuetudine habet; secus status Episcopalis, quamvis statu Religioso sit perfectior: ergo, &c. *Sua. Rat. 3. quia quarti voti materia in Religioso facto Episcopo notabiliter mutatur: ergo, &c. San. contra Vag. id negantem de quarto voto Professorum Societatis.*
- 7 Quæ vota irritare sibi possint vir, & uxor? R. nisi de consensu utriusque conjugis vota sint emissa, potest vir omnia vota uxori.

- uxoris post matrimonium emissa irritare , sive materiae in matrimonio promissae dumtaxat , sive etiam (contra *Fili. Sua. L. c.*) easteris materis gubernationem familiæ spectantibus , prejudicent : Vxor vero non potest nisi quis prejudicant materiae in matrimonio promissae . Rat. primi ; quia tunc utresque per consensum juri suo cedit : ergo , &c. est contra *Pala.* Rat. 2. quia vir est caput uxoris , non quidem in actu conjugali (ratione aequalis utriusque obligationis) sed in easteris ad gubernationem spectantibus : ergo , &c. *Fag. D. be. Sor. &c.* contra *Pala. Paus. Sytii. &c.* Rat. 3. quia in actu conjugali , ex dictis , unqualiter vir uxori , & hanc viro subditur ergo , &c. *Ran. q. 7.*
- 8 An possit conjux adulteri irritare vota conjugis innocentis & p. aff. dumtaxat quando innocens de adulterio non conqueritur , volendo facere divortium ; quia tunc adulteri adhuc jus habet in corpus innocentis : ergo , &c. antecedens probatur ; nam adhuc ius habet non tantum petendi , sed etiam exigendi debitum : alias scipsum proderet , & poena privationis petendi debitum multaret : ergo , &c. *San. Ren. q. 8. Fag.* contra aliquos absolutè negantes.
- 9 Quae vota Parentes , & qui loco Parentum sunt , ut Tutores , Curatores , irritare possint Dico primò . Potest Pater , vel Tutor omnia vota puberum irritare ex cap. *mulier. 31. q. 2.* Dico 2. Pater , vel Curator potest irritare vota realia , aut mixta puberum , quandiu sunt sub Curatorum , vel Patria potestate , & vota non sunt de bonis castrenibus , vel quasi castrenibus . Personalis vero irritare non potest , nisi graviter prejudicant patris potestati . Rat. primi ; quia tunc administratio bonorum , Patri , vel Curatori dumtaxat , competit : ergo , &c. *Ren. q. 9. Rat. 2.* quia puber quoad ea , quae sunt Personam concernunt , non subditur alterius potestati . *D. T. be. San. &c.* contra *Sor.*
- 10 An Mater possit irritare vota filiorum , deficiente Patre , Tuttore , vel Curatore ? &c. posse irritare vota puberum , & realia dumtaxat , vel gubernationi domus prejudicantia . Rat. utriusque ; quia tunc Mater convenienter loco Tutoris , vel Curatoris subdistrat : ergo , &c. *Ren. q. 10. Sor. Tamb. &c.*
- 11 Quae vota Servorum mancipiorum irritari à Dominis possint ? &c. loquendo de personalibus (de realibus enim non est dubium) ea tantum irritare possunt , quo eorum servitio , & si partialiter , prejudicent , vota tamen sint indivisibilia : quia in his dumtaxat Dominus potestatem habet in servum . *Ren. q. 11.* *San.*

- San. Dicte in quæsto mōcipiōrem; quia familia vota servorum
famulorum suspendi tantum possunt à Dominis. Sus. Saz.
- 12 An vota emissa tempore subjectionis, nec tunc irritata, possint
irritari tempore subjectionis solutæ? q. aff. dūm taxat quando
subiectio non est omnino soluta, dummodò post solutionem
subjectionis, vota non sunt confirmata. Rat. quia tunc adhuc
perseverat aliqualiter potestas irritandi, ergo, &c. Hinc Pater
irritare potest vota personalia impuberum adyacente puber-
tate, quia adhuc tunc perseverat imbecillitas vovenis, quæ
est ratio irritandi vota impuberum. Saz. Resq. 12. Loff. Das. &c.
- 13 An sicut votum personale eam sūm ab impubere potest irritari
à Patre, etiam vovente facta pubere, ita possit irritari à Cu-
ratore, mortuo Pato? q. aff. quia Curator gemit vices Patris:
ergo, &c. Resq. 13. Saz. Faz. &c. contra Saz.
- 14 An vota emissa tempore subjectionis, implenda tamen subje-
ctione soluta, possint ab habente potestate irritari? q. aff. ab
habente dūm taxat plenam potestatem. Hinc non potest Do-
minus irritare vota servorum famulorum, nec Pater vota
filiorum puberum; quia hi habent potestatem limitatam, quoad
ea dūm taxat, quæ eorum potestati præjudicant: & è contraria
potest Superior vota Religiorum irritare implenda tempore
Episcopatus consecuti, & Tutor irritare potest vota impube-
rum tempore puberoris implenda. Resq. 14. San. contra Caje.
Novis &c. absolute negantes, & contra Loff. Vega. absolute
concedentes.
- 15 An vota emissa tempore libertatis, irritari possint tempore
subjectionis ab habente potestate? q. irritari non possit bene
vero suspendi, utpote dominativæ potestati præjudicantia, un-
dè subiectione soluta reviviscunt. Rat. primi: quia vota
emissa tempore libertatis excludunt conditionem illam: si Su-
periori placuerint; quæ conditio, est ratio cur vota irritari
possint tempore subjectionis: ergo, &c. Rat. 2. quia obligatio
justitiae, quæ contrahitur per subiectionein, prævalet obliga-
tioni Religionis contractac per vota: ergo, &c. Resq. 15. San.
contra Prepositum.
- 16 An vota emissa, & irritata tempore subjectionis, reviviscant
subiectione soluta? q. neg. quia cetera vota conditionalia
conditione non impleta, perpetuo extinguuntur: ergo, ita
emissa cum hac conditione, si Superior consentierit, &ve hic
limitatam (contra Saz. Vaten. Rosellum) sive plebam habeat
potestatam: ergo, &c. Resq. 16. Faz. &c. contra Saz.

- 17 An potestas irritandi vota extendatur ad vota emissâ de licentia ipsius, & ejusdem Superioris irritare volentis? si. validè extendi, et si fine justa causa, venialiter illicite. Rat. primi; quia licentia emitendi vota, præterquamquod intelligitur cuncta tacita conditiones, nisi aliud expedire videbitur, non eximit subditum à dominativa potestate Superiorum: ergo, &c. San. Lay. Fug. Rat. 2. quia oppositorum eadem est ratio: ergo si cooperatio Superioris concedentis licentiam fuit bona, & irritatio postea sine causa erit venialiter sicutem mala. Ren. q. 17. 3. 8. 6. Ser. &c. Dixi, in qua. ipsius, & ejusdem, &c. quia certum est alium Superiorum, sicutem aequalis potestatis, posse licere, & validè.
- 18 Si dubium sit an vota sine emissâ tempore subjectionis, vel ante subjectionem, aut dubium sit, an in ipsa subjectione sint emissâ, vel non, possint à potestate habente irritari. aff. in utroque casu, videbunt, sive dubium supra votum, sive supra subjectionem cadat. Rat. quia in utroque casu possessio stat pro Superiore, proculdubio subditum possidente: ergo, &c. Ren. q. 23. San. Sanci. &c.
- 19 An peccet subditus implendo votum post irritationem? si. pecare venialiter, si Superior, vel Regula sub præcepto interdicat voti executionem: Secus si tantum irritet: vel si sub præcepto interdicat, non votum, sed modum ipsius, ne scilicet subditus sine licentia voveat, interdicit. Rat. primi; quia tale votum à principio fuit invalidum, utpote de materia illicita contra præceptum Superioris, vel Regule: ergo, &c. Vnde patet ad 2. Rat. 3. quia tunc votum etiam sine licentia emissum validum est, & licitum à principio, quia inhabitat tacitam conditionem, si Superior consenserit; unde obligat donec Superior non contradixerit: ergo, &c. San. Ren. q. 19.
- 20 Quid sit dispensatio? si. esse relaxationem obligationis in totum, vel in partem, factam per autoritatem Ecclesiasticam. Vide q. 1. Causæ ad dispensandum, ex Tamb. fuit i. imperfecta deliberação in votis, notabilis difficultas in illis exequendis, vel temporale damnum; & denique dubium, an ejus execučio maius bonum impedit, vel damnum inferat. Ren. fol. 122. q. 1.
- 21 Quis possit in votis dispensare? Cum obligatio voti sit de jure Divino naturali, nullus, ea perseverante, in voto dispensare potest, alias in jure Divino naturali dispensaret; sed tantum humana potestas declarare potest in casu particulari, votum non obligare: sic dispensare possunt omnes Praelati habentes ju-

- jurisdictionem in foro externo , vel privilegiam . Vnde potest primò Papa respectu omnium fidelium . 2. Episcopus respectu suorum subditorum . 3. Praelati Regulares exempti respectu suorum subditorum . 4. ex privilegio Innuic . VIII . possunt Confessarii Ordinum Mendicantium dispensare in omnibus votis , in quibus potest Episcopus , excepto voto peregrinationis ultra viginti leucas . Excipiuntur quinque vota , videlicet castitatis *perpetuum* , Religionis approbatæ , peregrinationis ad limina Apostolorum , Ad S. Jacobum in Compostellam , & in Terram Sanctam , quæ à solo Papa dispensari possunt . Ren . q . 2 .
- 22 An Papa possit etiam in votis solonib[us] dispensare ? R. neg . propriè loquendo , & in sensu composito obligationis voti , ex modis dictis : nec de facto ullus Pontifex sic dispensavit , sed in aliquibus casibus declaravit dumtaxat , iusta existente causa , vota non obligare . Ren . q . 3 . contra Nœv . Sæc . Aro . 8c .
- 23 An Abbatibus possint dispensare in votis suarum Monialium ? R. neg . quia carent jurisdictione ad dispensationem , immo & ad conunutationem requisita . Hinc sequitur , nec posse propriè dispensare in cæteris Regulæ observantibus , sed tantum declarare , hic , & nunc , subditam non ligari haec , vel illa observantia . Ren . q . 4 . Pellec . Tomb . 8c .
- 24 An Praelati Regulares possint sacerdotem dispensare in votis subditorum tranfeundi ad actiorem Religionem ? R. aff . quia talia vota non sunt Religionis simpliciter , sed talis Religionis , unde non sunt reservata : ergo , &c . Dixi in qua possint sacerdos , 8c . quia per Canones prohibita est superioribus calium votorum irritatio dumtaxat . Ren . q . 5 .
- 25 An Episcopi , vel alii Praelati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem possint opinia vota subditorum dispensare ? R. aff . exceptis votis , quæ sunt in præjudicium tertii , & quinque enumeratis q . 22 . nisi (de quinque loquendo) dubium oriatur , vel periculum sit in mora , aut Pontifex ob paupertatem adiri non possit , &c . Ratiocinia reservatio strictè est interpretanda . Vnde votum peregrinationis , non ad limina Apostolorum , sed ad alia loca invisa , non censetur reservatum Pontifici . Tomb . Sam . Ren . q . 6 . 8c .
- 26 An sicuti potest Episcopus dispensare in votis Pontifici reservatis in casu magna necessitatis , ita possint Regulares , qui habent privilegium dispensandi in omnibus votis , in quibus possunt Episcopi ? R. neg . quia virtute privilegii cit . q . 22 . Mendicantes dispensare possunt in votis , in quibus potest Episco-

- pus jure ordinatio, non autem ex quadam interpretatione voluntatis Pontificis: sed in supradictis non potest Episcopus iure ordinario: ergo, &c. *San. contra Crouser.* Hinc si vota reservata deficiant à vera natura voti reservati, possunt Regulares; quia in ipsis jure ordinario Episcopus dispensat. *Ren. q. 7. Fag. &c.*
- 27 An Episcopus possit dispensare in votis cum Incolis, Peregrinis, vel Vagis sua Dioecesis? *q. neg.* cum Vagis absolute posse; quia hi nullibi domicilium habent: cum ceteris vero posse, dumtaxat quando domicilium in Dioecesi acquirunt cum animo ibi habitandi majori parte anni; quia sic efficiuntur subditi. *Ren. q. 8.*
- 28 An votum virginitatis, vel castitatis conjugalis sint ex reservatis Pontificis? *q. neg.* quia votum castitatis conjugalis non est omnino de castitatis, & sola virginitas (dumtaxat voto promissa) votum castitatis excludit: ergo reservatio, ut pote, odiosa, ea non comprehendit: sicut nec comprehendit votum non-fornicandi: vel (*contra Caj. Nas. &c.*) votum non incundi matrimonium. *Ren. q. 9. San.*
- 29 An votum assumendi Ordines Sacros, censatur reservatum, propter votum castitatis annexum? *q. neg.* quia in tantum votum absolute virginitatis est reservatum, quia qui sic virginatem vovit, immediate votus etiam castitatem; non vero praeceps, quia voto virginitatis est annexum votum castitatis: sed qui vovit assumere Ordines Sacros, non vovit immediate castitatem; alias peccaret contra votum, si fornicaretur antequam Sacros Ordines assumeret, quod non est verum: ergo, &c. *Ren. q. 10. Fag. Less. etc. contra Sos.*
- 30 An votum ingrediendi arctiorem Religionem, vel votum perseverandi in Religione sint ex reservatis? *q. neg.* quia circumstantiae voti sub reservatione non cadunt. Hinc, justa intercedente causa, potest in his votis dispensari. *Ren. q. 11. San.*
- 31 An vota disiunctiva, quorum altera pars tantum est reservata, altera non: ut votum castitatis, vel perpetui jejunii, possint ab Episcopo dispensari? *q. aff.* dumtaxat quando vovens non dum elegit partem reservatam: & hoc etiam si pars non reservata reddit a impossibilis; *Rat. 2.* quia per accidens, ratione impossibilitatis alterius partis, & non ex natura voti hoc ad partem reservatam obligat: ergo, &c. *Rat. primi;* quia tunc vovens indifferens est ad eligendum partem non reservata; ergo, &c. *Ren. q. 14. Lay. Less. etc.*

33 An

32 An prædicta quinque vota censeantur reservata, si sunt poena-
lia, vel conditionalia de futura consingenti? q. neg. unde di-
spensari possunt, sive post impletam conditionem (contra *Azo.*
Sot. Nav. etc.) sive ante; quia similia vota sunt ex affectu ad con-
ditionem dum taxat, non verò ex affectu ad rem promissam:
ergo non formaliter, sed materialiter sunt vota, castitatis e.g.
Dixi in quæs. *conditionalia de futuro consingenti;* quia vota
conditionalia de præsenti, de præterito, vel futuro necessario,
non conditionalia, sed merè absolute sunt. *Res. q. 15. San.*

33 Quid sit commutatio voti? q. esse substitutionem operis hone-
sti loco alterius per votum promissi eodem vinculo (intellige
voti non reservationis) manente: unde facta commutatione,
non esset amplius votum reservatum. *Res. fol. 173. q. 15. Tamb.*
Fili.

34 Quis possit vota commutare? q. in evidenter melius, vel in-
evidenter æquale, posse unumquemque sibi votum commuta-
re, exceptis votis Papæ reservatis: in minus verò commutari
votum non posse, nisi ab habente potestate dispensandi. *Rat.*
primi; quia procul dubio creditor Deus acceptat opus eviden-
ter melius: ergo, &c. *San. Rat. 2.* quia in commutatione ope-
ris in evidenter æquale, nulla admissoetur dispensatio: *Præter-*
quamquod certum est, Deum æquale opus acceptare: ergo,
&c. *Bon. Dis. par. 2. mss. 16. resol. 7. Infest. etc. contra Pala. San.*
Fag. etc. *Rat. 3.* quia in commutatione in minus requiritur au-
thoritas dispensantis in ea parte voti, quæ, facta commutatio-
ne, amplius non exigitur. Hinc quia in *Jubilæo*, vel *Bulla*
Cruciatæ non conceditur nisi facultas communandi dumtaxat
vota in minus commutari non possunt. *Res. q. 2.*

35 Quid sit spectandum ad servandam æqualitatem inter voto-
rum commutationem? q. id remitti pudentis arbitrio, atten-
ta dignitate materia subrogata, utilitate spirituali votentis,
hujus fine, difficultate executionis rei promissa, &c. de quibus
Res. q. 4.

36 An votum in favorem tertii emissum, possit sine hanc con-
sensu, authoritate propria, vel per Episcoporum in melius com-
mutari? q. aff. si tertius nondum acceptavit rem voto pro-
missam: Secus (contra *Cajer. Nav.*) si acceptavit. *Rat. utriusque;*
quia jus tertio, per acceptationem dumtaxat acquiritur ergo,
&c. *Res. q. 5. San. Sot. etc.* contra aliquos apud *Fag.* absolute ne-
gantes, si votum primario non ad Deum, vel Santos, sed in
favorem tertii sit directum.

- 37 An in commutatione voti in evidenter æquale requiratur iusta causa , sicut requiritur in dispensatione: R. nego quia ex dictis q. 2. in tali commutatione nulla admiscetur dispensatio ergo, &c. Ren. q. 6. Lef. contra San. esc. Dicte in quæ in evidenter æquale ; quia certum est , in minus requiri , & in melius nequaquam .
- 38 An liberum sit voventi post commutationem voti de ejus consensu factam , redire ad prius votum ? R. aff. sive commutatio facta sit in minus , sive (contra Sua Fili.) in melius , vel æquale . Primum est certum. 2. & 3. probatur; quia in tali commutatione de consensu voventis imbibitur tacita conditio , ut liberum sit voventi ad prius votum redire si velit ergo, &c. Ren. q. 7. Lef. Ako. esc.
- 39 An si materia per commutationem subrogata , culpa voventis reddatur impossibilis , vel inepta materia voti , teneatur vovens redire ad prius votum ? R. neg. quia cum non possit vovens duplice obligatione teneri ad votum ; idcirco facta commutatio sive per legitimam jurisdictionem , sive (contra Tamb.) propterea auctoritate , prior obligatio voti prorsus extinguitur : ergo, &c. Ren. q. 8. San.
- 40 An peccet contra votum , qui materiam per commutationem subrogatam non implet ? R. aff. quia materia subrogata , sub voto à vovente acceptatur ; & quamvis non sit perjurus , qui materiam in commutatione juramenti subrogatam non implet , hoc est quia eam sub juramento non acceptavit , ut supponitur. Ren. q. 9. Lef. Tamb.
- 41 An qui ordinariam facultatem habet commutandi vota , possit in illis dispensare , & è contra R. ad primum neg. Ad 2. verò aff. Rat. utriusque ; quia dumtaxet cui competit maius , & competere videtur , quod est minus , non è contra ; commutatio enim tanquam quid minus dispensatione , sub hac continetur , non è contra: ergo. &c. Dicte in quæ Ordinariam ; nam de delegata locuti sumus Ver. satisfactio per Iubileum. q. 29.
- 42 An commutatio votorum necessariò à confessario facienda sit in confessione ? R. neg. loquendo de commutatione facienda , vel virtute Jubilæi , & Cruciarum , vel per privilegia Regulatum : Secus de facienda virtute literarum Apostolicarum , vel ordinaria auctoritate Confessarii. Rat. primi; quia (præterquam quod clausula illa. *auditis confessionibus* , quæ apponi solet , refertur ad absolutionem peccatorum dumtaxat) privilegia sunt amplianda , non restringenda: ergo, &c. Ren. q. 11. San. Dia. contra

tra Lsy. &c Pertigr. Rāt. 2. quia in dictis literis apponitur hæc clausula, *udius confessione, non aliter, nec alio modo. Fili.* Et rursum ordinario Confessario seculari non ex privilegio, (quod est quid favorable) competit ea consummatio, sicut competit cæteris supradictis, sed potestate dumtaxat ordinaria: ergo, &c.
Ren. cit.

Visura quid sit, Quando committatur, etc. v. *Contractus gratuitus* q. 43. etc. v. *Contractus onerosi* q. 20. 41. 43. 81. v. op. 41. et 42. *Innoca-*

Visusfructus quid sit, etc. v. *Dominium* q. 1.

Vti privilegio an sit quid liberum. v. *Missam audire, etc.* q. 7. et 20.

Vxor an possit communicare cum suo marito excommunicato. v. *Cen-*
sura excom. majo. q. 26. **Quando constitutere possit.** v. *Contractus*
in genere. q. 35.



PRO

PROPOSITIONES DAMNATÆ AB ALEX.
VII.

- 1 **N**emo nullo unquam vitaæ suæ tempore tenetur elicer actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.
- 2 Vir equestris ad Duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios inturrit. *V. Censura excom. ob Duellum q. 10.*
- 3 Sententia afferens, Bullam Coenæ solum prohibere absolutiōnem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii in Confistorio Sacrae Congregationis Emin. Cardinalium visa, & tolerata est.
- 4 Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa. *V. Sacramenti Pœnit. Minister Ordin. ad re servata q. 9.*
- 5 Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis. *V. Denunciatio in materia, etc. q. 7.*
- 6 Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit poenitenti chartam, postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proinde non est denunciandus. *V. Denunciatio in materia, etc. q. 9.*
- 7 Modus evadendi obligationem dedunciandas sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante: Hinc potest ipsum absolvere absque onere denunciandi. *V. Denunciatio in materia, etc. q. 5.*
- 8 Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missâ lictè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsiuset Celebranti correspondentem, idque post Decretum Vrb. VIII.
- 9 Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendi sibi retenta. *V. Sacram. Eucha. ut, etc. q. 41.*
- 10 Non est contra justitiam, pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre. Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione, etiam juramento firmata dandi stipendium, quod pro nullo alio offeram. *V. Sacram. Eucha. ut, etc. q. 43.*

ii Pcc-

- 11 Peccata in Confessione omessa , seu oblita ob instans periculum vitæ , aut ob aliam causam , non tenemur in sequenti confessione exprimere . V. *Sacramentum Panis. Minister Deleg. ad reservata q. 15.*
- 12 Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis , non obtenta ad id Episcoporum facultate . V. *Sacramentum Pœnit. Minister Ordin. ad reservata q. 9.*
- 13 Satisfacit præcepto annua confessionis , qui confitetur Regulari Episcopo præsentato , sed ab eo injuste reprobato .
- 14 Qui facit confessionem voluntariè nullam , satisfacit præcepto Ecclesiæ . V. *Confessio annua q. 14. v. ibi. q. 17.*
- 15 Pœnitens propria auctoritate subsistere sibi potest alium , qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat . V. *Sacramentum Pœnit. mater p. ox. q. 68.*
- 16 Qui Beneficium curatum habent , possunt sibi eligere in Concelarium simplicem Sacerdotem , non approbatum ab ordinario . V. *Confessio annua q. 32. v. satisfactio per, etc. q. 76.*
- 17 Est licitum Religioso , vel Clerico Calumniatorem gravia crimina de se , vel de sua Religione spargere minantem , occidere , quando alias modus defendendi non suppetit , uti suppetere non videtur , si calumniator sit paratus , vel ipsi Religioso , vel ejus Religioni publicè , & coram gravissimis viris prædicta impingere , nisi occidatur . V. *Homicidium q. 19.*
- 18 Licet interficere falsum Accusatorem , falsos testes , ac etiam Judicem , à quo iniqua certò imminet sententia , si alia via non potest innocens damnum vitare . V. *Homicidium q. 9. v. Ius Prelati in Rei cistrationem, etc. q. 4.*
- 19 Non peccat Maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam . V. *Homicidium q. 20.*
- 20 Restitutio Pii V. impedita Beneficiatis non recitantibus , non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis , eo quod sit pœna . V. *Horæ Canonice q. 14.*
- 21 Habens Cappellaniam collativam , aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum , si studio literarum vacet , satisfacit suæ obligaationi , si officium per alium recitet . V. *Horæ Canonica q. 15.*
- 22 Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis , quia collator conterens illa Beneficia Ecclesiastica , pecunia interveniente , non exigit illam pro collatione Beneficii , sed veluti pro emolumento temporali , quod tibi conferre non tenebatur .

- 23 Frangens jejenum Ecclesiarum ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subiicere praecepto. *V. Jejunium Ecclesiasticum.*
- 24 Mollities, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimae, ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem. *V. Luxuria peccatis contra naturam q. 2.*
- 25 Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis praecepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam. *V. Sacramentis Penitentia proxima q. 39.*
- 26 Quando litigantes habent pro se opiniones aequè probabiles, potest Iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius praे alio. *V. Conscientia q. 18.*
- 27 Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica, tanquam improbabilem. *V. Conscientia q. 10.*
- 28 Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam. *V. Legis obligatio q. 11.*
- 29 In die jejuniis qui saepius modicum quid comedit, et si notabilem quantitatem in fine comedenter, non frangit jejuniuum. *V. Jejunium Ecclesiasticum q. 28.*
- 30 Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejuniis, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejuno. *V. Jejunium Ecclesiasticum q. 64.*
- 31 Excusantur absolute à praecepto jejuniis omnes illi, qui iter agunt equitando, uerumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei confiant. *V. Jejunium Ecclesiasticum q. 69.*
- 32 Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget. *V. Jejunium Ecclesiasticum q. 7.*
- 33 Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas ante Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. *V. Hora Canonica q. 29.*
- 34 In die Palmnarum recitans officium Paschale, satisfacit praecepto. *V. Hora Canonica q. 36.*
- 35 Unico officio potest quis satisfacere dupliciti praecepto pro die praesenti, & crastino. *V. Hora Canonica q. 43.*
- 36 Regulares possunt in foro conscientiae uti suis privilegiis, quae sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum. *V. Sacerdotium Ord. q. 99.*

37 In-

- 37 Indulgencie concessione Regularibus , & revocatione à Paulo V.
hodie sunt revalidatae . *V. Satisfactio per Indulgencias, etc. q. 53.*
- 38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali , confitendi quam primum, est confessum non præceptum . *V. Communio annua q. 23. etc.*
- 39 Illa particula , quam primum intelligitur , cum Sacerdos suo tempore confitebitur . *V. Communio annua q. 23. etc.*
- 40 Est probabilis opinio , quæ dicit , esse tantum veniale osculum habicium ob delectationem carnalem , & sensibilem , quæ ex osculo oritur , secluso periculo consensu ulterioris , & pollutionis . *V. Luxuria q. 8.*
- 41 Non est obligandus Concubinarius ad ciuiendam concubinam , si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii vulgo regale , dum deficiente illo , nimis ægræ ageret vitam , & alias epulæ etatio magno concubinarium afficerent , & alia famulatimis difficile inveniretur . *V. Sacramenti Pœnit. materia pœx. q. 15.*
- 42 Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere , si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus . *V. Contractus gratuiti q. 63.*
- 43 Annum legatum pro anima relictum non durat plusquam per decem annos .
- 44 Quidam forum conscientiae , reo coram , ejusque contumacia cessante , cessant censuræ . *V. Denunciatio in materia, etc. q. 4.*
- 45 Libri prohibiti , donec expurgentur , possunt retineri usque dum adhibita diligentia corriganter .

PROPOSITIONES DAMNATAE AB INNOC. XI.

- 3 **N**on est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti , relicta tutione , nisi id vetet lex , conventio , aut periculum gravis damni incurandi . Hinc sententia probabili tantum utendum est in collatione Baptismi , Ordinis Sacerdotalis , aut Episcopalis . *V. Conscientia q. 24. v. ibi. q. 68.*
- 2 Probabiliter existimo , Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem . *V. Conscientia q. 17. etc.*
- 3 Generatim dum probabilitate , sive interinseca , sive extrinseca , quantumvis tenui , modò à probabilitatis finibus non excedatur , confisi aliquid agimus , semper prudenter agimus . *V. Conscientia q. 10.*

4 Ab

- 4 Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ducus opinione minus probabili.
- 5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.
- 6 Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenaiis per se obligate præceptum charitatis erga Deum.
- 7 Tunc folum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.
- 8 Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam volupatem, non est peccatum, modo non oblit valetudini, quia licet potest appetitus naturalis sui actibus frui.
- 9 Opus conjugis ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.
- 10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formaliter.
- 11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per actus externos.
- 12 Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando teneatur tantum ex superfluo statu. *V. Resistitio q. 2.*
- 13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita aliquius tristari. & de illius morte naturali gaudere, illam ineffaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex disiplicitia Personæ, sed ob aliquod temporale emolumen-
- 14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem, ut malum Patris, sed ut bonum cupientis / quia nimisram ei obventura est pinguis hæreditas.
- 15 Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas.
- 16 Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.
- 17 Satis est actum fidei semel in vita elicere.
- 18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere ut peccaminosum per se, non damno. *21. in corpore.*
- 19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis fitinus, quam mereatur pondus rationem ad assensum impellentium. *22. in corpore.*
- 20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalē. *23. in corpore.*

21 Af-

- 21 Assensus fidei supernaturalis , & utilis ad salutem statu cum...
notitia solum probabili revelationis; sed cum formidine , qua
quis formidet , ne non sit locutus Deus . 19. *in corpore*.
- 22 Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate remedii,
non autem explicita Remuneratoris . 20. *in corpore*.
- 23 Fides latè dicta ex Testimonio creaturarum , similive motivo
ad justificationem sufficit . 18. *in corpore*.
- 24 Vocare Deum in testem mendacii levis , non est tanta irréver-
entia , propterquam velit , aut possit damnare hominem .
V. Iuramentum q. 24.
- 25 Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi , sive res sit
levis , sive gravis . *V. Iuramentum q. 23.*
- 26 Si quis vel solus , vel coram aliis , sive interrogatus , sive pro-
pria sponte , sive recreationis causa , sive quocumque alio fine
juret , se non fecisse aliquid , quod reverè fecit ; intelligendo
intra se aliquid aliud , quod non fecit , vel aliam viam ab ea , in
qua fecie , vel quodvis aliud additum verum , reverè non
mentitur , nec est perjurus .
- 27 Causa justa utendi his amphibologis est , quoties id necessa-
rium , aut utile est ad salutem corporis , honorem , res familia-
res tuendas , vel ad quemlibet alium virtutis actum , ita ut ve-
ritatis occurratio conatur tunc expediens , &c studiosa .
- 28 Qui mediante commendatione , vel munere ad Magistratum ,
vel ad Officium publicum promotus est , poterit cum restrictio-
ne mentali prestare juramentum , quod de mandato Regionis
similibus solet exigi , non habito respectu ad intentionem exi-
gentis , quia non tenetur fatari crimen occultum .
- 29 Vrgens metus gravis est causa justa sacramentorum admini-
strationem simulandi . *V. Actus humani q. 39.*
- 30 Fas est viro honorato occidere invasorem , qui nictitur calam-
niam inferre , si aliter haec ignominia vitari nequit ; idem quo-
que dicendum , si quis impingat alapam , vel fuste percutiat ,
& post impactum alapam , vel ictum fustis fugiat . *V. Honori-
dum q. 10. & 18.*
- 31 Regulariter occidere possum forem pro conservatione unius
aurei . *V. Censura excessus si quis q. 45.* 33. *in corpore*.
- 32 Non solum licitum est defendere defensione occisiva , quae actu
possidemus , sed etiam ad quae jus inchoatum habemus , & quo
nos possessuros speramus . 31. *in corpore*.
- 33 Licitum est tam heredi , quam legatario contra injurie im-
pedientem , ne vel hereditas adestur , vel legata fulvantur ,
se

se taliter defendere , sicut , & jus habenti in Cathedram , vel Præbendam contra eorum possessionem injuste impedientem ,

32. in corpore.

- 34 Licet procurare abortum ante animationem fætus , ne puella deprehensa gravida occidatur , aut infameretur . *V. Censura excom. propriæ abortuum. q. 7.*
- 35 Videlur probabile , omnem fætum , quamdiu in utero est , carere anima rationali , & tunc primum incipere eandem habere , cui paritur , ac consequenter dicendum erit , in nullo abortu homicidium committi .
- 36 Permissum est furari non solum in extrema necessitate , sed etiam in gravi . *V. Furtum. q. 11.*
- 37 Famuli , & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam , quam majorem judicant salario , quod recipiunt . *V. Contractus onerosi. q. 13.*
- 38 Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere , quod oblatum est per pauca furtæ , quantumcumque sit magna summa totalis . *V. Furtum. q. 13.*
- 39 Qui alium inovet , aut inducit ad inferendum grave dampnum tertio , non tenetur ad restitutionem istius damni illati . *V. Restitutionem qui facere debet. q. 30.*
- 40 Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem Personæ , & cum contractu retrovenditionis præcisè iusto , cum intentione lucri . *V. Contractus onerosi. q. 21.*
- 41 Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda , & nullus sit , qui non majoris faciat pecuniam præsentem , quam futuram , potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere , & cō titulo ab usura excusari .
- 42 Usura non est , dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia , & gratitudine debitum , sed solum si exigitur tanquam ex justitia debitum . *V. Contractus gratuit. q. 50. & 53.*
- 43 Quidni non nisi veniale sit detrahentis autoritatem magnam sibi noxiā , falso crimen elidere . *V. Ius Prælatis in Rei , &c. q. 4.*
- 44 Probabile est , non peccare mortaliter , qui imponit falsum crimen alicui , ut suam justitiam , & honorem defendat ; Et si hoc non sit probabile , vix ulla erit opinio probabilis in Theologia . *V. Ius Prælatis in Rei , &c. q. 4.*
- 45 Dare temporale pro spirituali non est simonia , quando temporale non datur tanquam pretium , sed solum tanquam motivū con-

- conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando tempore
tale sit futurum gratuita componatio pro spirituali, aut e contra.
46 Et id quoque locum habet, ut iam si temporale sit principale
enotivum dandi spirituale, immo etiam si sic finis ipsius rei spiritu-
alis, sic ut illud plures aestimetur, quam res spiritualis.
47 Cum dicit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis com-
municantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesie magis utiles, ipsi iudicaverint, ad Ecclesias promovent,
Concilium, vel primò videatur per haec digniores, non aliud
significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto compa-
rativo proposito; vel secundò locutione minus propria
ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel
tandem loquitur tertio, quando sit concursus. V. Refutatio q. 4.
48 Tam clatura videatur, fornicationem secundum se nullam ip-
volvere multiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut
contrarium omnino rationi dissonum videatur. V. Luxuria
juxta fornicationem q. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 5510. 5511. 5512. 5513. 5514. 5515. 5516. 5517. 5518. 5519. 5520. 5521. 5522. 5523. 5524. 5525. 5526. 5527. 5528. 5529. 5530. 5531. 5532. 5533. 5534. 5535. 5536. 5537. 5538. 5539. 5540. 5541. 5542. 5543. 5544. 5545. 5546. 5547. 5548. 5549. 5550. 5551. 5552. 5553. 5554. 5555. 5556. 5557. 5558. 5559. 55510. 55511. 55512. 55513. 55514. 55515. 55516. 55517. 55518. 55519. 55520. 55521. 55522. 55523. 55524. 55525. 55526. 55527. 55528. 55529. 55530. 55531. 55532. 55533. 55534. 55535. 55536. 55537. 55538. 55539. 55540. 55541. 55542. 55543. 55544. 55545. 55546. 55547. 55548. 55549. 55550. 55551. 55552. 55553. 55554. 55555. 55556. 55557. 55558. 55559. 55560. 55561. 55562. 55563. 55564. 55565. 55566. 55567. 55568. 55569. 55570. 55571. 55572. 55573. 55574. 55575. 55576. 55577. 55578. 55579. 55580. 55581. 55582. 55583. 55584. 55585. 55586. 55587. 55588. 55589. 55590. 55591. 55592. 55593. 55594. 55595. 55596. 55597. 55598. 55599. 555100. 555101. 555102. 555103. 555104. 555105. 555106. 555107. 555108. 555109. 555110. 555111. 555112. 555113. 555114. 555115. 555116. 555117. 555118. 555119. 555120. 555121. 555122. 555123. 555124. 555125. 555126. 555127. 555128. 555129. 555130. 555131. 555132. 555133. 555134. 555135. 555136. 555137. 555138. 555139. 555140. 555141. 555142. 555143. 555144. 555145. 555146. 555147. 555148. 555149. 555150. 555151. 555152. 555153. 555154. 555155. 555156. 555157. 555158. 555159. 555160. 555161. 555162. 555163. 555164. 555165. 555166. 555167. 555168. 555169. 555170. 555171. 555172. 555173. 555174. 555175. 555176. 555177. 555178. 555179. 555180. 555181. 555182. 555183. 555184. 555185. 555186. 555187. 555188. 555189. 555190. 555191. 555192. 555193. 555194. 555195. 555196. 555197. 555198. 555199. 555200. 555201. 555202. 555203. 555204. 555205. 555206. 555207. 555208. 555209. 555210. 555211. 555212. 555213. 555214. 555215. 555216. 555217. 555218. 555219. 555220. 555221. 555222. 555223. 555224. 555225. 555226. 555227. 555228. 555229. 555230. 555231. 555232. 555233. 555234. 555235. 555236. 555237. 555238. 555239. 555240. 555241. 555242. 555243. 555244. 555245. 555246. 555247. 555248. 555249. 555250. 555251. 555252. 555253. 555254. 555255. 555256. 555257. 555258. 555259. 555260. 555261. 555262. 555263. 555264. 555265. 555266. 555267. 555268. 555269. 555270. 555271. 555272. 555273. 555274. 555275. 555276. 555277. 555278. 555279. 555280. 555281. 555282. 555283. 555284. 555285. 555286. 555287. 555288. 555289. 555290. 555291. 555292. 555293. 555294. 555295. 555296. 555297. 555298. 555299. 555300. 555301. 555302. 555303. 555304. 555305. 555306. 555307. 555308. 555309. 555310. 555311. 555312. 555313. 555314. 555315. 555316. 555317. 555318. 555319. 555320. 555321. 555322. 555323. 555324. 555325. 555326. 555327. 555328. 555329. 555330. 555331. 555332. 555333. 555334. 555335. 555336. 555337. 555338. 555339. 555340. 555341. 555342. 555343. 555344. 555345. 555346. 555347. 555348. 555349. 555350. 555351. 555352. 555353. 555354. 555355. 555356. 555357. 555358. 555359. 555360. 555361. 555362. 555363. 555364. 555365. 555366. 555367. 555368. 555369. 555370. 555371. 555372. 555373. 555374. 555375. 555376. 555377. 555378. 555379. 555380. 555381. 555382. 555383. 555384. 555385. 555386. 555387. 555388. 555389. 555390. 555391. 555392. 555393. 555394. 555395. 555396. 555397. 555398. 555399. 555400. 555401. 555402. 555403. 555404. 555405. 555406. 555407. 555408. 555409. 555410. 555411. 555412. 555413. 555414. 555415. 555416. 555417. 555418. 555419. 555420. 555421. 555422. 555423. 555424. 555425. 555426. 555427. 555428. 555429. 555430. 555431. 555432. 555433. 555434. 555435. 555436. 555437. 555438. 555439. 555440. 555441. 555442. 555443. 555444. 555445. 555446. 555447. 555448. 555449. 555450. 555451. 555452. 555453. 555454. 555455. 555456. 555457. 555458. 555459. 555460. 555461. 555462. 555463. 555464. 555465. 555466. 555467. 555468. 555469. 555470. 555471. 555472. 555473. 555474. 555475. 555476. 555477. 555478. 555479. 555480. 555481. 555482. 555483. 555484. 555485. 555486. 555487. 555488. 555489. 555490. 555491. 555492. 555493. 555494. 555495. 555496. 555497. 555498. 555499. 555500. 555501. 555502. 555503. 555504. 555505. 555506. 555507. 555508. 555509. 555510. 555511. 555512. 555513. 555514. 555515. 555516. 555517. 555518. 555519. 555520. 555521. 555522. 555523. 555524. 555525. 555526. 555527. 555528. 555529. 555530. 555531. 555532. 555533. 555534. 555535. 555536. 555537. 555538. 555539. 555540. 555541. 555542. 555543. 555544. 555545. 555546. 555547. 555548. 555549. 555550. 555551. 555552. 555553. 555554. 555555. 555556. 555557. 555558. 555559. 555560. 555561. 555562. 555563. 555564. 555565. 555566. 555567. 555568. 555569. 555570. 555571. 555572. 555573. 555574. 555575. 555576. 555577. 555578. 555579. 555580. 555581. 555582. 555583. 555584. 555585. 555586. 555587. 555588. 555589. 555590. 555591. 555592. 555593. 555594. 555595. 555596. 555597. 555598. 555599. 5555100. 5555101. 5555102. 5555103. 5555104. 5555105. 5555106. 5555107. 5555108. 5555109. 5555110. 5555111. 5555112. 5555113. 5555114. 5555115. 5555116. 5555117. 5555118. 5555119. 5555120. 5555121. 5555122. 5555123. 5555124. 5555125. 5555126. 5555127. 5555128. 5555129. 5555130. 5555131. 5555132. 5555133. 5555134. 5555135. 5555136. 5555137. 5555138. 5555139. 5555140. 5555141. 5555142. 5555143. 5555144. 5555145. 5555146. 5555147. 5555148. 5555149. 5555150. 5555151. 5555152. 5555153. 5555154. 5555155. 5555156. 5555157. 5555158. 5555159. 5555160. 5555161. 5555162. 5555163. 5555164. 5555165. 5555166. 5555167. 5555168. 5555169. 5555170. 5555171. 5555172. 5555173. 5555174. 5555175. 5555176. 5555177. 5555178. 5555179. 5555180. 5555181. 5555182. 5555183. 5555184. 5555185. 5555186. 5555187. 5555188. 5555189. 5555190. 5555191. 5555192. 5555193. 5555194. 5555195. 5555196. 5555197. 5555198. 5555199. 5555200. 5555201. 5555202. 5555203. 5555204. 5555205. 5555206. 5555207. 5555208. 5555209. 5555210. 5555211. 5555212. 5555213. 5555214. 5555215. 5555216. 5555217. 5555218. 5555219. 5555220. 5555221. 5555222. 5555223. 5555224. 5555225. 5555226. 5555227. 5555228. 5555229. 5555230. 5555231. 5555232. 5555233. 5555234. 5555235. 5555236. 5555237. 5555238. 5555239. 5555240. 5555241. 5555242. 5555243. 5555244. 5555245. 5555246. 5555247. 5555248. 5555249. 5555250. 5555251. 5555252. 5555253. 5555254. 5555255. 5555256. 5555257. 5555258. 5555259. 5555260. 5555261. 5555262. 5555263. 5555264. 5555265. 5555266. 5555267. 5555268. 5555269. 5555270. 5555271. 5555272. 5555273. 5555274. 5555275. 5555276. 5555277. 5555278. 5555279. 5555280. 5555281. 5555282. 5555283. 5555284. 5555285. 5555286. 5555287. 5555288. 5555289. 5555290. 5555291. 5555292. 5555293. 5555294. 5555295. 5555296. 5555297. 5555298. 5555299. 5555300. 5555301. 5555302. 5555303. 5555304. 5555305. 5555306. 5555307. 5555308. 5555309. 5555310. 5555311. 5555312. 5555313. 5555314. 5555315. 5555316. 5555317. 5555318. 5555319. 5555320. 5555321. 5555322. 5555323. 5555324. 5555325. 5555326. 5555327. 5555328. 5555329. 5555330. 5555331. 5555332. 5555333. 5555334. 5555335. 5555336. 5555337. 5555338. 5555339. 55553310. 55553311. 55553312. 55553313. 55553314. 55553315. 55553316. 55553317. 55553318. 55553319. 55553320. 55553321. 55553322. 55553323. 55553324. 55553325. 55553326. 55553327. 55553328. 55553329. 55553330. 55553331. 55553332. 55553333. 55553334. 55553335. 55553336. 55553337. 55553338. 55553339. 55553340. 55553341. 55553342. 55553343. 55553344. 55553345. 55553346. 55553347. 55553348. 55553349. 55553350. 55553351. 55553352. 55553353. 55553354. 55553355. 55553356. 55553357. 55553358. 55553359. 55553360. 55553361. 55553362. 55553363. 55553364. 55553365. 55553366. 55553367. 55553368. 55553369. 55553370. 55553371. 55553372. 55553373. 55553374. 55553375. 55553376. 55553377. 55553378. 55553379. 55553380. 55553381. 55553382. 55553383. 55553384. 55553385. 55553386. 55553387. 55553388. 55553389. 55553390. 55553391. 55553392. 55553393. 55553394. 55553395. 55553396. 55553397. 55553398. 55553399. 555533100. 555533101. 555533102. 555533103. 555533104. 555533105. 555533106. 555533107. 555533108. 555533109. 555533110. 555533111. 555533112. 555533113. 555533114. 555533115. 555533116. 555533117. 555533118. 555533119. 555533120. 555533121. 555533122. 555533123. 555533124. 555533125. 555533126. 555533127. 555533128. 555533129. 555533130. 555533131. 555533132. 555533133. 555533134. 555533135. 555533136. 555533137. 555533138. 555533139. 555533140. 555533141. 555533142. 555533143. 555533144. 555533145. 555533146. 555533147. 555533148. 555533149. 555533150. 555533151. 555533152. 555533153. 555533154. 555533155. 555533156. 555533157. 555533158. 555533159. 555533160. 555533161. 555533162. 555533163. 555533164. 555533165. 555533166. 555533167. 555533168. 555533169. 555533170. 555533171. 555533172. 555533173. 555533174. 555533175. 555533176. 555533177. 555533178. 555533179. 555533180. 555533181. 555533182. 555533183. 555533184. 555533185. 555533186. 555533187. 555533188. 555533189. 555533190. 555533191. 555533192. 555533193. 555533194. 555533195. 555533196. 555533197. 555533198. 555533199. 555533200. 555533201. 555533202. 555533203. 555533204. 555533205. 555533206. 555533207. 555533208. 555533209. 555533210. 555533211. 555533212. 555533213.

- 57 Probabilis est sufficere strictiori naturale*modo honestam.*
 58 Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus
 consuetudinem. *V. Sacramenti Paenitentia proxima. q. 16. 15. 21.*
 59 Licet sacramentaliter absolvere, dimidiatque sententiam confessos,
 ratione magni concursus paenitentium, qualis v.g. potest con-
 tingere in die magna alicujus festivitatis, aut indulgentie.
 - *V. Sacramenti Penit. Minister Deleg. ad reservata. q. 10.*
 60 Paenitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem
 Dei, naturae, aut Ecclesie, & si emendationis spes nulla ap-
 pareat, nec est neganda, nec differenda absolutione; dannatio
 ote proferat, se dolere, & proponeke emendationem. *V. Sa-*
cramenti Paenit. materia proxima. q. 16.
- 61 Potest aliquando absolviri, qui in proxima occasione peccandi
 versatur, quam potest, & non vult omittere & quinquino direxte,
 & ex proposito querit, aut ei se ingerit. *V. Sacramenti Penit.*
materia prox. q. 15.
- 62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa ali-
 qua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.
- 63 Licetum est, querere directe occasionem proximum peccandi
 pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.
- 64 Absolutionis est capax handi; quantumvis laboret ignorantia
 Mysteriorum fidei; & etiam si per negligentiam omnia culpa-
 bitem, & sciat Mysterium Sanctissimae Trinitatis, & Incarna-
 tionis Domini Nostri Iesu Christi.
- 65 Sufficit illa Mysteria semper credidisse.
- 66 Scientia ex Confessione acquisita ut licet, modo fiat sine di-
 recta, aut indirecta revelatione, & gravamine paenitentis, ni-
 si aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cuius compa-
 tione prius merito contaminatur. *V. Sacramenti Penit. Sist. 1.*

D . E . C . R . E . T . U . M .

De Communione Quotidianâ, modo deferendi Sacram. Eucharistiam
 ad infirmos, & alios, ac venialium confessione. simplice. Sa-
 credotti non approbat, &c. Roma. Datum 22. Febr. 1679.

Cum ad aures Sanctissimi D. N. fide dignoram testimonio
 pervenerit, in quibusdam Dioecesis vigore utrum quoti-
 tanat Communionis, etiam in Perla sexta Parrocchie, & simul
 affirmari, eandem quotidiana Communionem præceptam
 esse à iure Divino, quia etiam in illius administratione ali-
 quos abusus inolevisse, videlicet, quod aliqui, non in Eccle-
 sia,

fla, sed in privatis Oratoriis, & Domi, inde cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravi infirmitate nota, sumant Sacro-sanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in eru-menis, aut secreto illis deferum Sacerdotes Seculares, aut Regulares: aliqui in communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solito; ac tandem quod aliqui consteantur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbat ab Episcopo, aut Ordinario.

Com. autem haec sanctissimum consideranda comimitit Sac. Cong. C. O. Concilii Tridentini interpretum, eadem Sac. Congregatio pravia matura disculpsione super predictis unanimi sententia ita censuit. Et si frequens quotidianusve Sacrosancta Eucharistie usus a Sanctis Patribus fuerit serisper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut sepius illam percipiendo, aut ab ea abstinenti certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum prescripsit, sed quasi hunianari insinuataeni secum reputaret, nihil praecipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: Optere quidem Sacrosanta Synodus, ut in singulis missis fideles adstantes Sacramentali Eucharistie perceptione communicarent. Ideque non immorito, multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variae ob negotia spiritus alienationes, multae e contra gratiae, & Dei dona parvulis concessa: quae cum humanis voculis scrutari non possumus, nihil certe de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiane vitalis panis esu potest constitui: & propter eas quod ad negotiatorum ipsos attinet, frequens ad lacram almoniam percipiendam accessus, Confessariorum secreta cordis explorantium iudicio est relinquendus: qui ex conscientiarum puritate, & frequentia fructu, & ad pieatatem processu, facili negotiatoribus, & conjugatis, quod prospicent eorum saluti prospicuum, id illis prescribere debebunt; In Conjugatis autem hoc amplius animadventent, cum B. Apostolus nolit eos invitem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admoneant, tanto magis ob sacratissimam Eucharistie reverentiam continentiae vacandum: puriorique mente ad Coelestium Epularum communionenit esse convenientium. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacra Communionis sumptione unica precepit formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis, quid singulis permittentur.

Unita posse, iuxta Parochos, seu Confessorum sedis decemendam
pros. illudque omnino provideat, ut nemo a sacro Convivio,
sacra frequentia, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihil omni-
nia: Deo agens, ut impinguusque dignus pro decessione, ut pre-
parationem credere possit, omni ceteris Dominicae Cibaris suauis-
tatem defuerit.

Ikides. Moniales quotidie Sacram Communionem, potentes
admonendas erunt, ut in diebus ex eorum Ordinis insi-
tuco presulnisi, signa tunc propria membra evanescant, ac fortis
et spiritus, ita incaluerint, ut digne frequentierit, aut quotidiana
Sanctissimum Sacramenti perceptione videri possit. Id illis a Supe-
rioribus permittatur.

Proderit etiam præter Parochorum, & Confessorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis con-
stitutum haberi, ut cum Fideles ad Sanctissimum Sacramentum fre-
quentiam (quod facere debent) accesserint statim de manu, ad
illud suspendum præparatione orationem babeamur: generaliusq;
offendit eos, qui ad frequenterem, aut quotidianam, fastigia-
si Cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sine laici
negociatorum fine, sive conjugati, sive quicunque alii, suam
agnosceret infirmitatem, ut dignitate Sacramenti ac Divini Ju-
dicii formidige discant celestem mentam, in qua Christus est,
revereri; & si quando se minus paratos senserint, ab ea absti-
nere, sequi ad maiorem præparationem accingere.

Episcopi autem, in quorum Dioecesibus viget hujusmodi devo-
tio erga Sanctissimum sacramentum, pro illa gratias Deo
agant, eamque ipsi exhibito prudenter, & judicij tempera-
mento aere debebunt: & ab eorum officio postulari sibi ma-
xime persuadebunt, nulli labore, aut diligentiae parcendum,
ut omnis irreverentia, & scandali suspicio in veri, & imma-
culati Agni perceptione tollatur, virtutesque ac dona in su-
mentibus augentur. Quod abunde contingit, si u. qui devoto
hujusmodi studio divina prestante gratia tenentur, seq; sacra-
tissimo pane frequentius refici cupiunt, suis vites expendere,
seque probare cum timore, & charitate affluerint: quibus
Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se
premium in morte tradidit; atque in Cœlesti Regno se pre-
mium est datus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem
ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur.

Porrò Episcopi, & Parochi, seu Confessorii redarguant afferen-
tes communionem quotidianam esse de jure divino, doceant
in

in Ecclesiis, seu Oratorijs privatis, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanct. Eucharii. nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut sacerdoti ad existentes Domi, vel cubantes in lecto, preter quam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca predicta accedere non valeant, de quod ad eos, si ab Ecclesia deferatur publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani, si vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam ut circa communionem in Feria sexta Parasceve, Missalis Rubricas, & Ecclesiæ Romana usus serventur, insuper admonent nulli tradendas plures Eucharistie formas, seu particulas, neque grandiores, sed coquetas. Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti unum approbato, ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, Confessarii etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secundum egerint, aciant, Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrasistentes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de praemissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac praesens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c. Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. CARD. COLVMNA PRÆF.

S. Archiepisc. Brancati Episc. Viterbiensis Secr. Diag. 15. mensi Februarii 1679. Supradictum Decretum affixum, est publicatum fuis per Urbe, ad valvas Curia, & in aice Campi Flora, us moris est, per me Regidum Faticem SS. D. N. R. P. Curarem, Pro Magistro Cursorum Gregorius Stoggius Apofl. Curs.

SS. D. N. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA P A P E X.

Confessio in qua Regularium privilegium quo ad predicationem Verbi Dei, & Sacramentis Poenitentia administracionem declaratur.

Superne, &c.
Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis predicare voluerint, teneri ab Episcopo Dioecesano benedictionem petere; Prædicare tamen posse, quanvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedum non concederit, sed etiam contradixerit, nec in predictis quidem Ecclesiis licere Regularibus pra-

prædicare; Eosque contravenientes ab illo tanquam à Sedis A-
postoli licet Delegato censuris , aliisque poenitentiis Ecclesiasticis in-
vim Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris Nostri,
incipientis , *Inscrutabilis Dei providentia* , coereri , & puniri
posse . Episcopum tamen absque justa , & rationabili causa con-
tradicere non debere ; Et hujusmodi benedictionem teneri
etiam Regulares parere ; Si in quibuscumque Oratoriis sui Or-
dinis sermonem coram Populo , vel in Ecclesiis , vel ad Crates
Mopalsteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subje-
ctorum , licet clavis januis , & nullus Sæcularis ibi interficit , ha-
bere voluerint . Poste autem Episcopum licentiam concessam
Regularibus in Ecclesiis , quaæ suorum Ordinum non sunt
prædicare volentibus illos , quamvis ab Universitatibus , aut à
Magistratibus laicis nominatos , etiam si Episcopi Antecessores
per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine
concedere consueverint , quoad doctrinam examinare ; Si ita
ipsius arbitrio , quod moderatum , & discretum esse debet , vi-
sum fuerit . Et licentiam prædicandi semel sisdem concessam
ob rationabiles causas licet occultas , prædictioinem tamen
concernentes suspendere posse . Non posse tamen Episcopum
generatim prohibere Regularibus , quin in Ecclesiis suorum
Ordinum prædicent .

Ad hæc Regulares ab Episcopo ad confessiones secularium in sua
Diœcesi audiendas approbatos , non posse in alia Diœcesis eas ab-
sque Episcopi Dioecesani approbatione audire , quamvis pos-
nitentes subditæ sint ejus Epistoli , à quo ipsi religiosi jam
fuerunt approbati . Et generaliter ab Episcopo ad Perso-
narum sacerdotalium confessiones audiendas , nequaquam
censi approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi
subjectarum ; sed egero quoad hoc speciali Episcopi approbatio-
ne ; Atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium
unius Monasterii minime posse audire confessiones Monia-
lium alterius Monasterii . Itidem Confessores extraordina-
rios semel deputatos , atque approbatos ab Episcopo ad Mo-
nialium confessiones pro una vice audiendas , haud posse ex-
pleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illaruin
confessiones audire , sed toties ab Episcopo esse approbando ,
quoties casus deputationis contigerit . Ceterum in Monaste-
riis , ac etiam Collegiis , ubi juxta Regularia instituta vivitur ,
posse tam Praelatos Regulares , quam Confessores Regularium
eorumdem Monasteriorum , seu Collegiorum audire confes-
sio-

sones illorum secularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistincte absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis Personarum in Diocesi propria admittendos. Quoad coeteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum relinqui ipsos cum limitata facultate; prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diocesi Episcopi approbatis, quovis anni tempore etiam Paschali, & quorundamcumque etiam Infirmorum confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsis Episcopi licentia; De qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem Infirmorum Parochum illis, certiorum reddere: Et hoc posse illis ab Episcopo sub poena suspensionis à facultate audiendi Confessiones praecipi, sufficere tamen ut certior ratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore concessi fuerint, Constitutioni, qua incipit: *onnis utriusq; fatus, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio exame simpliciter & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo;* Secus vero si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias ipsis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat; de qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolice dumtaxat, ubi eam aperiri postulaverit; Porro si Regulares cum scandalo, aut alias in honeste vivant, vel aliquod delictum commiserint, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi, in quo ipsis Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Penitentia qualitas sit vita integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere, ac proinde nihil obstare, quo minus ob eam possit Episcopus Regularis a semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis. Autem quæ Confessiones audiendi:

cultate in omnibus statu*m* unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare magnum, aliave Privilégia Regularibus cuiuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis etiam Iesu concessis factam eis non esse potestatem, absolvendi in casibus ab Episcopis sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum Privilégiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt nequaquam revixisse privalégia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quae habebant absolvendi in casibus Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis, non ideb' à casibus Episcopo reservatis posse absolvete: posse autem Regulari Confessorem in ea Diocesi in qua est approbatus, confluente ex alia Diocesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa ubi idem Confessor est approbatus absolvere, nisi eodem Pénitentibus noverit in fraudem reservationis ad alienam Diocesim pro-absolutione obtemperanda migrasse. Vigore supradictorum Privilégiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pénitentes à Censuris, quoad exterium, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pénitentiali, utique non censeri absolutos in exteriō iudicio, & contentiouso. Quintūm Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cognoscere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Priviligiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipso non suffragari casui de quo agitur; Si dictorum Privilégiorum verba obscurata sint, & ambigua non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum Privilégiorum interpretationem Sedis Apostolicae iudicio, prout alias Constitutione Praedecessoris nostri, &c. sel. rec.

Clementis IV. Statutum fuit esse exequendam.

Non obstantibus quibuscumque, &c. etiam in fulcitate casibus. Datum Romæ anno 1670. undecimo Kalendas Julii. Pontificatus nostri anno Primo.

Notanda sunt verba: *Ex facultatibus per mare magnum, &c.* quibus Clemens X. magis ampliæ loquitur, quam Alexander VII. in duodecima Propositione ab eo damnata,

F I N I S.

